tiĩ pallio cõi. & idẽ ĩ Archiepo, ſi vult celebrare exꝰ ꝓuinciã, alibi
que priuilegio Papę, & Inſa Epi, vel Archiepi, per ea q̃ dixi in
5 c. præce. & in c. ex tuarũ. † Itẽ hæc vera, qñ ſimpliciter uoluerit celebrare miſſam ſed ſi vellet ordinare clericos ſuos in alia ꝓuincia, vel diœceſi, qa Archiepꝰ nõ dẽt clericos ordinare, ſine pallio ſ. de cle. ẽt c. q̃ ſicut. §. ꝑterea, non poſſet ſine priuilegio apoſtolico, & ſine illius Inſa, ad quẽ eccℓia ꝑtinet, in qua vult celebrare, & ordines cõferre, qđ intellige, vt dictũ fuit in c. q̃ dẽti, & in ꝑdicto c. ex tuarũ. Sed ſi eſſet Epꝰ, q̃ nõ vtiꝰ pallio, vel
in aliena diœceſi non poſſet ordinare clericos, ſine Inſa ipſius diœceſani, & ẽt retigi ĩ d. c. ex tuarũ. & voluit gl. ĩ d. cle. Archiepiſcopo. & ſic licèt Archiepꝰ in aliena diœceſi poſſet celebrare in Pontificalibus, ſine aliqua licẽtia, dũmodo nõ ꝓhibeat ex
gñali conſuetudine eccleſiæ, facit qđ habetur in ſimili in l. diuus. ff. de ſer. ruſt. præd. tñ nõ poterit ordinare clericos, ẽt ſuos, ſine
6 Inſa diœceſani, de quo ẽt p gl. in d. cle. Archiepo. † In gl. ſi. melius facit. c. porrò, qđ ibi ſequtur. Inn. verò dicebat qđ 4. q̃ſtio. de qua hic, ſolu. ĩ ex eo, qđ nõ põt Archiepꝰ vti pallio, niſi in diebus ſolennibus, ſeu ſolennitatibus: ergò non poterit vti, qñ celebrat p defunctis. qa nõ cenſetur eſſe ſolẽnitas. Sed Hoſt. tenet intellectũ gl. qa hic in litera nõ fit mẽtio de ſolẽnitatibus, ſed ſolum de diebus: ſed ſcpe Inno. habuit reſpectum ad id, q̃ dixit in c. præcedenti, vbi fit mẽtio de d. ebus ſolennibus. Tene cum gl. quod niſi in priuilegijs eccleſiæ exprimatur, non poterit vti pallio.

De renunciationib. Rub.

Quia ea, quæ per poſtulationem, electionem, & translationem acquiruntur, ſcpe per renunciationem perduntur, ideo poſt præcedentes ponit iſtam. de materia tractatur. 7. q. 1. & q. 3. xvij. q. 2. & reperitur in ſexto.

SVMMARIVM.

1 *Senectus, & ignorantia, ſunt cauſæ, propter quas conſueuit peti ceſſio.*
2 *Mutatio pallij tempore iuuentutis, diſcriminis, periculi, ſeu belli, uidetur periculoſa.*

3 *Regimen eccleſiæ non eſt committendum incognito, nec ſalua conſcientia in cognitus eligitur.*
4 *Maceratio corporis facit ſublimationem ſpiritus.*
5 *Importunitaæ repellenda.*
6 *Miles non eſt licentiandus durante bello.*
7 *Deuotio magis creſcit in ſene, quàm in iuuene cæteris paribus.*
8 *Dictio, è, ſtat aliquando priuatiuè.*
9 *Defectus ſcientiæ an, & quando ſit cauſa ſufficiens ad admittendam renunciationem alicuius.*
11 *Scholaris licẽtiatus, ſi iurauit nõ aſſumere gradũ alibi q̃ in loco ubi fuit licẽtiatus, põt ſine metu periurij aſſumere gradum, ſi de nouo faciat ſe examinari.*
12 *Renunciatio facta de omni iure quod quis habet, uel habere ſperat ſuper aliqua re, an trahatur ad ius poſtea ſuperueniens.*
13 *Renunciatio cum iuramento facta de beneficio occaſione iuris in poſterum ſibi quærendi, an indiſtinctè præiudicet.*

CAP. PRIMVM.

Iteras. Propter ſenectutem non datur licentia cedendi Epiſcopo, ſi ſit neceſſarius, uel vtilis eccleſiæ ſuæ. hoc d. In prima, deciſa ſupplicatio. In ſecunda, ipſius repulſio. In tertia concluſio. Secunda ibi, ſi tuam. Tertia ibi, Monemus. Caſus lit. Epiſcopus Lodoñ. ſæpe petijt licentiam cedendi à domino Papa: reſcribit ei Papa, dicens, quòd quamuis ipſe conſiderans ſenectutem, vel inſufficientiam ſuam petijt renunciandi licentiam, ſciat, quòd Papa credit quòd tutius ſit ei, illam eccleſiã, ſub vmbra ſui nominis gubernari, quam alicui nouæ perſonæ in tanto diſcrimine committi, quia in ipſo vigor deuotionis, corpore licet ſenescente, nõ deficit: monet ergo illum, vt ſup hoc diebus iſtis nulla importunitate faciat ſe moleſtũ, quia incedens eſt prius militiæ ſoluere cingulũ q̃ cedat victori aduerſitas præliorum. B. In tex. ibi, emeritũ, i. non meritum tenet ipſum Epiſcopatũ.
1 Item ibi, Relaxari. ſ. à uinculo eccleſiæ Epalis. † Nota. i. duas cauſas, pp quas cõſueuit peti ceſſio, videlicet pp defectũ ſcientiæ, & ẽt pp ſenectutem. An aũt quælibet iſtarum cauſarum, ſẽ
2 per ſit ſufficiens, patebit cum gl. 1. & 2. † No. q̃ tempore iuuentutis, diſcriminis, ſeù periculi, vel belli, palij mutatio vĩ eſſe pe
3 riculoſa, niſi euidẽter aliquæ circunſtãtiæ aliud ſuadeãt. † No. * q̃ incognito non eſt committendum regimen eccleſiæ. * Et ex hoc ẽt not. q̃ ſalua conſcientia non eligitur, vel promouet perſona incognita, facit ſup. de poſtu. præla. c. bonæ. il 2. ad fi.
4 † Not. q̃ ad maceronem corporis, ſequitur ſublimatio ſpiritus, & ſic vĩ, q̃ ad ſanitatẽ, & robur corporis, ſequitur depreſſio ſpiritus, nam ad depſſionem vnius ex contrarijs, ſequitur alterius ſublimatio, facit quod habetur. 3 2. q 1. c. cum renunciatur.
5 & 3 2. diſt. c. hoſpitiolum. † No. importunitatem repellendã. ª
a facit quod habetur in l. 1. C. de pe. bo. ſubl. li. x. † No. q̃ miles ñ
6 eſt licẽtiãdus ᵇ à militia tpe quo durat bellũ, & tũc circa hoc ñ
b dẽt exaudiri eius petitio. Ex hoc potes no. ꝛ vitiũ incõſtãtiæ &
7 puſillanimitatis, facit qđ ẽt no. gl. hic. † Not. q̃ cæteris paribus magis creſcit deuotio in ſene, q̃ in iuuene. † No. de dictione, è, quia aliqñ ſtat priuatiuè, rõne ſubiectæ materiæ, vt hic patet.
9 † In glo. 1. ibi, prorſus ineptũ, ſeu inutilem. Quæro, cũ hic fuit ſufficiens, & iuſta cã ad renunciandum, videlicet defectus ſciẽtiæ, quare non admiſit Papa renunciationem iſtius? Potes dicere, q̃ quando defectus ſcientiæ eſt magnus, ut eſt uidere exemplum in c. vl. inf. de ẽta. & qual. tunc eſt iuſta cauſa cedendi: ſecus quando non eſt magnus defectus, quia tunc imperfectum ſcientiæ ſupplere poteſt perfectio charitatis, vt patet in c. niſi. §. pro defectu, hic alleg. & tũc talis defectus non eſt legitima cauſa cedendi, & maximè tempore periculoſo, ut hic colligitur in gl. in fi. quia nihil creditur eſſe actum, dum aliquid reſtat agendum. Et no. ex concordantiis requiſitis poſitis in gl. quòd non debet deſiſti ab incæptis, ſed perſeuerari vſque ad fi.

ADDITIONES.

a ¶ Importunitatem repellendam. Vide bonum tex. in l. 1. §. ſexum. ff. de poſt. vbi propter importunitatem Calphurniæ mulier non poteſt poſtulare, uide etiam Bal. in l. ab Anaſtaſio. C. man. ubi per illum tex. dicit, quòd aduocati [illegible] ſolliciti, præſumuntur fouere malam cauſam, & ideo præſumun[illegible] conſcientię, commendat Fel. in c. tua nos. col. 1. de homi.

[illegible] No. Bar. & poſt eum Iac. Reb. in l. 1. C. de commeat [illegible] etiam ſi eſſet vulneratus. Idem no. Bald. in l. 1. C. qui nõ [illegible] & qualiter puniẽ dãs illi licẽtiã ſe abſentãdi tali tpe uel [illegible] ſolitio, commendat Bar. & Rebuf. & qđ not. i addi. ad D. Rebuf. i l. [illegible] aliqđ p Ro. fin. ſuo 790. inci. dantes licentiã.

SVMMARIVM.

[illegible] canonicæ, & accẽſoria ad illud, ut eſt ſtallus in choro, & locus in capi[illegible] tula, dicuntur ſpiritualia iura.
[illegible] ſtallus in choro, & locus in capitulo cẽſentur ſpiritualia iura.
[illegible] renunciationis, ingrauescens, in dubio reſtringitur ad tpe competens tẽp[illegible]
[illegible] renunciationis.
[illegible] Quæ ſit conferendi particularia beneficia in eccleſia collegiata ſpectãt ad [illegible] collegium eccleſiæ.
[illegible] beneficium videtur transferre quaſi poſſeſſionem beneficii.
[illegible] Quomodo committatur iudicium ſuper beneficio, non videtur ipſum [illegible] poſſidere.
[illegible] Quæ ſit differentia inter iudicia, & interdicta uti poſſidetoria.
[illegible] Quomodo ſine cauſa contra ſententiam ab aduersario latam, non admittitur [illegible]

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et sic apertè innuit, ꝙ habeat quasi possessionẽ, de quo, an uidelicet ex inuestitura trãsferatur possessio, cõsueuit dici in c. trã smissam. ℣. de ele. & facit q. ℣ no. ℣. de instı. c. authoritate. & ℣. de
6 cõsue. c. 2. † Vl. no. ꝙs non vr pacificè possidere beneficiũ, su-
a per quo patiẽ cõtrouersiã iudicialẽ, a ut hic vr innuere circa fin.
7 iũcto prin. † Et sic facit; in ar. ꝙ ꝙ cõtrouersia iudiciali dari de-
beat interdictũ uti possidetis. de quo per Bar. in l. si prius, ff. de
8 ope. no. nun. & ꝙ D. An. inf. de restı. spo. in c. audita. † In glo. j. in
prin. hæc gl. facta est timore contrarij, c. si uero. de iureiu. & co.
ti. c. cũ contingat. de restı. spo. c. accepta. in quibus patet iurm esse seruãdũ, & nõ dẽre audiri iurãtẽ, ueniẽtem ℨ suum iurm. sed glo. uoluit soluere illud ℨrium, ꝙ hic non ueniebat contra iu-
ramentum, ex eo, quia non repetebat beneficiũ ex causa subsistente fm tempus renunciationis, & iurı, sed uolebat repetere ex causa nouiter superueniente post iuramentum, & renuncia tionem, & sic ex iure nouiter postea quæsito, ad quod non ex tendebatur iuramẽtum, ꝙa simpliciter renũciauerat beneficio, & iurauerat non repetere, ꝙ iuramentũ in dubio restringitur ad causam subsistentẽ secundum tps renunciationis, & iuramẽti. & facit qđ hr in l. si de certa. C. de transact. non autem ad ius q̃-
rendum in futurum ex noua cã, si forte iterum eligeretur, ꝑ id qđ hr in c. audientiã. inf. qđ met. cau. & c. clericus ℣. de iureiu. & facit qđ no. per glo. & doc. in d. l. si de certa. & ideo non hẽt ob stare iurm si uellet agere ex iure nouiter q̃sito, si illud fuerit q̃si-
tũ ex dispõne capituli. siue papæ, siue utriusq;, ꝙa ubi est eadem rõ, est & ꝙ cõsequẽs idẽ ius, ar. c. ii. sup. de tran. epis. & sup. de cõ sti. c. trãslato. Nec ob. iste tex. q vr uelle, ꝙ ad hoc, ut hic possit repetere beneficiũ, duo debeãt concurrere, uidelicet, ꝙ sit rece ptus authotitate Papæ, & de cõsensu maioris partis capituli, & sic vr, ꝙ requiratur ius q̃situ esse ab utroq;, & non sufficit ab al tero tm quæsitum, ꝙa potest dicere, ꝙ illud fuit ex eo, ꝙa fortè se astrinxit ad utrunq; probãdũ, ar. eorum quæ hũr in f. de ꝓba. c. licet cãm. aliàs sufficeret probare ius quæsitum ab altero eo rũ, & sic a Papa, uel a capitulo. uel fortè ꝑt dici, ꝙ illud fuit ex eo, ꝙa forma rescripti papalis, quo mãdabat istũ recipi in cano nicũ, & assignari sibi beneficiũ. f. si ad illud caderet consensus capituli, facit qđ hr in c. pro te. de reſci. in 6. unde potest dici, ꝙ iste Petrus renunciauit oi iuri, qđ habebat in beneficio, uel ad beneficiũ, & iurauit ipsis de capitulo nõ repetere beneficiũ, & demũ postea impetrauit a Papa, ꝙ reciperetur in canonicum, si ad id accederet cõsensus capituli. vnde postea, quia maior pars capituli consensit, & ꝑ ons pro maiori parte repræsentat. l. quod maior ff. ad muni. & sup. de elec. c. quia pp. fuit receptus, & inuestitus de beneficio: uerũ quia minor pars contradice-
bat, & opponebat deliuro, habuit iterato recursum ad Papam, qui in eius fauorem dedit literas ad iudices, de quibus hic hr in suprascriptione ne, & mandauit eis, ut dr in litera. Et lec. gl. plana est. Inno. uero aliter * soluebat ℨrium, dicẽs *ꝙ iste Pet. post renunciationem, & iuramentum fuit a maiori parte capituli e-
lectus, & consequenter ab ipsis canonicis, qui poterant remit-
b tere b iurm sibi præstitum per dictum Pet. ad eorum utilitatẽ, & absoluere illũ, facit quod legi. & no. in c. j. inf. de spon. Ideo merito fuit auditus repetens beneficiũ, nõ obstãte iuro. & simi-
liter dicit, ꝙ nõ obstabit iurm, si postea ex mãdato papæ recipe
c retur, quasi iurm non extẽdatur ad casum qñ Papa prouidet, c ar. l. ex facto. ff. de uulg. & pup. certè illa l. modicũ facit, ut patere põt illam intuenti. Et ℨ hoc dictum facere vr qđ hr, ℣. de reſci. c. constitutus, ubi papa non vr uelle in dubio tollere iurm. Vnde singulariter dicit, hoc dictũ debere intelligi, quando Pa-
pa habuit notitiã iuri, & causa subsistẽte dispẽsauit contra iu-
ramentũ, seu notitiã iuri, in d. c. constitutus. † Vel ẽt si non in-
terueniſſet iusta cã dispensandi ℨ iurm, ꝙ tunc non esset ei con sulendũ, ꝙ ueniret ℨ iurm, ꝙ quo ad Deum ligasset ipsum iu
d rantem, d & ligatũ teneret, facit quod not. in c. non est. inf. de uoto, & sic uult Inn. ꝙ contra iurm non possit Papa dispensa-
e re, e cã non subsistente, adeo, ꝙ in foro conscientiæ nõ erit tũc tutus talis dispensatus, si ueniat ℨ iurm, quod tene mẽti, & idẽ uoluit gl. in d. c. non est. facit ẽt quod no. 7. q. j. c. scias, & j. q. vij. c. regritis. §. nisi rigor, & c. si qui. §. necessitatis. cũ seq. & infra de iureiu. c. quanto, & 15. q. 6. c. authoritatẽ. & 85. di. c. Florentinũ.
f Et no. ẽt, ꝙ istud vr esse in materia beneficiali, f ut hic patet iuncto dicto Inn. In alia materia vr esse magis clarũ, ꝙ quo ad forũ cõsciẽtiæ non possit fieri dispensatio sine cã, ℨ iuramentũ, de quo dixi in d. c. quanto. Aduerte tũ, ꝙ ut dicit d. An. in foro contentioso in dubio cã ꝑsumitur, si appareat de dispẽsatione Papæ, ar. ℨ. eo. c. in præsentia. & ℨ. de re iu. c. sicut. & facit qđ no. Cy. in simili in l. fi. C. si ℨ ius, uel uti. pu. Et ideo in foro conten tioso non posset argui de periurio dispensatus, licet a fortiori ap pareat de cã dispensationis, qđ ẽt tene menti, & ꝑ predicta hẽs solutionẽ ad ℨrium Inn. fed Host. tenet intellectũ gl. Tu potes di cere, ut ẽt in effectu uoluit sentire D. An. ꝙ sol. gl. procedat, qñ iurauit simpliciter nõ repetere, sed qñ iurasset nõ repetere etiã occasione iuris q̃rendi in futurũ, tunc posset ꝓcedere sol. & in-

10 tellectus Inn. † Et ꝑdicta faciũt ad q. si aliquis facit pactẽ alicui & promisit eũ nõ offendere sub certa pœna, ꝙ talis promissio referat, & restringat ad casum offendẽdi rõne inimicitiæ ꝓtis,
g uel præteritæ, g nõ ãt si ex postfacto inimicitia insurgat ex no-
11 ua causa. & hoc tenuit Bart. in l. aut facta. §. causa. ff. de pæn. ℣ Et facit iste tex. ad q. Si scholaris licentiatus iuraueritꝰ nõ recipere doctoratũ alibi, q̃ in loco ubi est examinatus. an possit de nouo facere se examinari in alio studio, & si ꝓtextu nouæ licẽtiæ reci piat ibi doctoratũ, an ꝑ hoc sit piurus. & cõcludit ꝙ nõ sit piu-
rus, ꝙa ex noua cã assũmit sibi doctoratũ, qđ est no. scdm do.
12 Ant. †Faciunt autẽ prædicta ad q. Si aliquis renũciauit oi iur, qđ hẽt, uel hre sperat, aut hr põt in tali re, an hæc renũciatio
h trahat ad ius postea de futuro h supueniẽs: i Nã vr ꝙ ñ, nisi ius
i superueniẽs superuenit ex cã, uel spe supueniente tpe renũcia-
tionis, facit qđ hr in l. ꝙ seruus. ff. de condi. ob cau. & qđ hr in l. i. & 2. ff. de sta. lib. & qđ not. Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres,
13 maxime in 5. & 6. q. ff. de uer. obl. † Vlti. aduerte, ꝙ inquantũ di xi sup. qđ si aliquis iurat nõ repetere bñficiũ, ẽt occasione iuris quærẽdi sibi in posterũ, qđ talis renũciatio hẽt sibi nocere ꝙa le iurm, nisi relaxet ꝑ illũ, cui fuit prestitũ, uel per Papã an hoc simpliciter, uel indistinctè procedat. & cõcludit, ꝙ tale iurm habet sibi nocere, nisi necessitas aliud suaderet ecclesiæ, ut quia alius non reperiretur idoneus, nisi ipse, cum tale iurm nõ ligaret in dicto casu, nec in dubio ad dictum casum trahetur, & si expres se uoluisset trahi, censetur illicitũ, & sic nõ obligatorũ, ut uo-
k luit gl. in c. Florentinũ. 85. di. & ibi ẽt ꝑ Arch. sup. gl. ubi ꝺcludit tale iurm ligare, k qñ alius reperiꝛ idoneus, aliàs secus, co tñ ca su, quo ligat, sufficit, ꝙ relaxet ꝑ capitulũ, cui fit prælatũ, uel ꝑ papã, ut sup. dixi post Inno. qui ẽt ℨrium, quod formatu in prin. gl. soluebat alijs duobus modis non sup. tactis, uidelicet, ꝙ hoc iurm non ꝓiudicabat, quia erat prælatum post spoliationẽ, ꝛc-
cus si ante, ut in ℨrijs. Sed certè (vt ipse dicit) iurm sponte præ-
latum etiam post spoliationẽ dẽt seruari, per ea quæ hũr in ca. veneti-

ADDITIONES.

a ¶ Iudicialem. Adde quod uoluit Cal. consil. 1. de transla. epi.
b ¶ Remittere. Adde Rom. consi. 20. ubi iuramentum potest remitti per partẽ, dũ nouissimã impressionẽ, ubi uult, ꝙ quotiescunque ius cuilibet acquisi iuramẽtũ, si quis iurauit, nõ ꝓt aliquo modo Papa habilitare ab illo iuro, & sic Papa non ꝓt se intromittere in iuramento firmato super ius cuius
c ¶ Dispensare. Adde Roma. consil. 12. ubi dicit, ꝙ papa dispensat super iura-
mento, & illud interpretatur.
¶ Tu adde in terminis q. quã format iste, ſ. utrũ papa ꝓssit super iuramẽto sine cã dispensare. & concludẽ cũ illo, ꝙ non, ut per eundẽ Ro. consil. 425. inci. In re præsenti, nec est aliter dispensatus quo ad Deũ, ut plene per Fel. in c. 2. col. 8. ver. & est aduertendum ꝙ prædicta, inf. de spon. & in c. cum tus. sup. de consti, quibus adde, q̃ posui in apost. ad istũ, in c. j. Quæ ãt dicun cã, per quã possit dispensare dicit tu, post Card. in cle. j. §. fi. 18. q. de iuram. si iurm fuerit illicitũ, alle. Inno. in c. debitores, eo. tit. Idẽ tenet Pan. de Cast. consi. 126. incip. Præsupposito sine præiudicio, col. 2. ubi dicit, ꝙ absolu a iuramẽto peti nõ põt, nisi qñ iuramentũ esset extortum dolo, uel metu, uel super re illicita, puta super usura, per Inn. in c. si uero. de iureiu. & sic fuerit licitum, absolutio sequi non potest, ut ꝑ Arch. Io. An. & Do. in c. si uis, de pac. lib. 6. Pau. de Cast. d. consi. Ale. consi. 42. inci. Super præmissis, ver. pe. uol. 1. & cõsi. 52. incip. uisis, uol. 3. & Ro. consi. 427. inc. In casu ꝓpo-
¶ An, & quando iuramentũ possit remitti, & a quo, dicas, ꝙ in dubio iura mentũ semper est obseruandum, ubicunque seruari potest sine interitu fidei tis æternę. c. debitores, & c. cum contingat. de iureiu. tamen quãdo iuramen tum est præstitum parti, & ad eius solã utilitatẽ, potest per partẽ remitti, no. in c. constitutus. de reſcri. & in c. uenerabilem. de ele. & in c. 1. de uoto, & in c. authoritatem. 15. q. 6. & ui de gl. & Archi. in c. Florentinum. 85. di. & habetur ꝑ Spe. in ti. de lẽg. in §. nunc ostendendũ. uer. 24. & uer. hoc quoque, & in ti. de iureiu. circa fi. in uer. quid si is, & habetur ꝑ Inn. in c. ad aures. de metus causa, & per Io. An. in c. cum quidã. de iureiu. & per D. An. in c. quã to. e. ti. An autem papa dispenset super tali iuramento, præstito ipsi par ad partis utilitatẽ, sine partis consensu dicas, ꝙ in dubio, maxime sine pu gnã cã, q̃ ipse hẽt declarare, in c. audientiã. de cle. non resi. & in c. uenerabi lẽ, de ele. & in c. uerum. & in c. quanto. & in c. intellecto. de iureiu. quod ut tellige uerum, nisi iuramentũ esset prælatum solum ob reuerentiam Dei & ipsi Deo, quia istud etiã Papa nõ remittit, ut in præall. iuribus, & hr ꝑ D. Car. in cle. j. in §. nos autẽ, in 4. q. de iureiu. ubi plene examinat istũ passum.
f ¶ Beneficiali. Adde uidendum qđ uoluerunt do. de Ro. deci. j. de iureiu. no.
g ¶ Vel prætereꝛ. Adde Ro. consi. 183.
h ¶ De futuro. Adde Frã. Are. cõl. 183. & Ro. cõl. 22. & 172. & 180. Ang. cõl. 24.
i ¶ Superueniens. Vide Bar. in l. si uxor. §. diuus. ff. de adul. in l. post emancipa tionẽ. §. j. ff. de lib. leg. in l. qui cum tutoribus. ff. de transl. Bal. in l. si pen. C. de do. in l. pactũ, in 3. q. C. de coll. Pet. de Anc. in cle. literas, de reſcri. & in cons. 205. incip. Visis, in 2. col. & Ro. in consi. 404. inci. diligenter inspectis, in ul. col. & in consi. 168. circa primum, quo quæritur, circa prin. ubi ponit: de filia renunciante hæreditati patet. nunquid possit succedere fratri, qui succedit in hæreditate paterna, & Fed. de Sen. in consi. 222. incip. Factũ tale est, dubo fratres. Ale. in consi. 187. inci. Visis, & mature discusso, col. 3.
K ¶ Ligare. Adde Ro. fin. fuis, fo. 15. cõtra gl. i. c. Florentinũ, all. tex. ¶ Adde q est sing. in ordine, nu. 403. & quod ibi no. in apo. in uer. peruenit nu. 2. ubi all. etiam istud fin. & quod posui ibi post alios in apost. meis.

venerabilẽ, de ele. Nec ob. c. solicite, de reſt. spo. ꝙa illud intelli-
gitur quõ ad possessoriũ recuperandæ, ꝙa tale iurm præstitum post spoliationẽ nõ vr respicere possessorium, sed solũ petito-
rium, vt ibi plenè consueuit no. & facit quod dicetur, ℨ. eo. c. su per hoc. Vnde etiam dabat aliam solutionem, ꝙa hoc iurm ñ nocebat, quia præstitum fuit coram iudice nõ suo, facit quod habetur, j. e. c. admonet. sed ista sol. etiam sibi non placet, ꝙa ta-
le iurm sponte ꝑtitũ obligaret, donec fieret absolutio, ꝑ ea, quę habẽtur i ꝑdi. c. venerabilẽ. lõ tene mẽti, q̃ superiùs dixi cũ gl. post Inn. intelligendo dictũ Inno. ꝓut superiùs dixi super glo.

SVMMARIVM.

1 *Persona aliquando certificatur ex qualitate inhærenti.*
2 *Votum emissum in infirmitate, ualet sicut aliæ dispositiones, dummodo in firmitas non sit tanta quod excludat sanitatem mentis.*
3 *Per petitionem habitus monachalis, an quis uideatur tacitè nouere de in trando religionem. 6.*
4 *Bona concessa alicui ecclesiæ ab ingresso possunt repeti ipso recedente ab ecclesia. 7.*
5 *Priuatus aliquo honore, si restituatur, an recipiat ipsum honorem.*
8 *Renuntians beneficio an illud repetere possit.*
9 *Religiosus transiens ad aliam religionem, est penitus separatus à prima, etiam intra tempus probationis in secunda.*
10 *Religiosus trãsiẽs ad aliã religionẽ, an retineat aliqd de primo monasterio.*
11 *Restituens, an censeatur de nouo dare?*
12 *Clericus uerbaliter depositus, potest per solum Episcopum restitui, secus si est actualiter degradatus, quia tunc solus papa restituit.*
Cetera uide infra in isto cap. in fin. lect. D. An. quæ ponitur in proxi.

CAP. III.

EX transmissa. Qui renũciat bñficio suo tacitè, uel expsse, illud repetere nõ ꝑt, h. d. In prima ponit partis q̃rela. In scda
5 San. Ni. de Ceparano infirmitate laborãs apud monasteriũ S. Sal. petiit sibi habitũ monasticũ idulgeri, tandẽ sanitate recu perata transiuit ad monasteriũ ꝓdictũ gratia ꝓplẽdi uotũ suũ, & aliquãtulũ mora facta in monasterio fecit sibi restitui illa q̃ cõtulerat ecclesiæ San. Nic. postmodũ nihilominus volebat, ut restitueret in ecclesia ꝓdicta uolũtate mutata, sed Abb de Ce-
parano & clerici eũ recipere nolebãt, vñ hoc significauit dño Papæ idẽ Abbas, sup hoc scribit Papa Epo Veruiano, dicẽs qđ dicta ecclesia ab eo soluta est, ex quo ea, q̃ sibi cõtulit, ad petitio nẽ eius sibi restituit. Mãdat quatenus, si ita res se hẽt, ꝓdictũ Ab batẽ & socios eius ad receptionem illius Petri nulla rõne ꝓpel lat, nec ꝙsilij ꝑmittat, ti rogare poterit illos, ut illũ de nouo recipiant, sed non ex antiqua receptione. Ber. In tex. ibi, indul-
geri, non tamen forte, prout hic, fuit habitus datus, sed postea dũ accessit ad monasterium recuperata sic sanitate. Item ibi, ꝙ-
plendum votum. i. defiderium, uel propositũ, quia re vera nul-
lum uotum fecerat, vt patebit in gl. 2. Item ibi, a Ceparano. i. ab hominibus de Ceparano, seu illius loci, & sic ponitur continẽs pro contento, facit quod hr in l. ciuitas. ff. si cer. pe. & no. ꝙ il-
3 le, qui ad sui petitionem licentiatus transit ad ecclesiam aliã, vr pdere ius, qđ habebat in prima ecclesia. † No. ꝙ ex qualitate in hærẽti aliquãdo certificat psona, vt colr hic, dũ dicit Pet. Ru-
beus, facit qđ plenè no ꝑ Bar. in l. demonstratio. §. quod ãt, ff. de condi. & de. sicut ẽt alibi certificatur ex singularitate nominis, ut uoluit gl. in l. hac consultissima. C. qui testa. facere posse. dũ po
2 suit exemplũ de Galloprcsso, qui fuit bidellus Azo. & posset po ni exemplũ in Cerbero bidello. † No. ꝙ corporis infirmitas nõ vr impedire actũ uoti, a vel ꝓfessionis, & sic vr, ꝙ valeat uotũ
a firmum in infirmitate, sicut etiam ualet actus, dummodo infir mitas non sit tanta, ꝙ excludat sanitatem, & discretionem mẽ
3 tis. Quæ tenas, ℣. de succes. ab inte. c. fi. † No. ꝙ per petitionẽ ha-
b bitus monachalis, quis uidetur tacitè uouere de intrando reli-
gionem, uel contra tene, b licèt d. An. hic transeat: uidetur hoc
c nerum, per ea, quæ retuli in tex. & quæ dicentur cum gl. 2. & ꝑ hoc enam non vr procedere aliud notabile, quod ipse hic col-
ligit, videlicet, qđ post uotum simplex si quis ingrediatur mo
d nasterium, & nouam ibi aliquã contrahat, non vr profiteri, nisi aliud intercedat, nam istud non ꝓbat hic, intelligendo, ꝙ non
e intercessit votum simplex. Et ẽt vr contra uo. ꝙ Host. in c. cur-
sus, ℣. de cle. vel vo. facit, quod dicam super gl. 2. No. ꝙ per rece-
f ptionẽ collatorũ ecclesiæ secularis, quis vr renũciare beneficio
g seculari, cui bona contulerat. † Et ex hoc no. ꝙ sicut bona pos-
h sunt accedere personæ in ingressu monasterij, qđ ꝑt postea re-
i peri qñ ab ecclesia recedit, ꝛ secundum no. plenè ℣. de cle. con
k iugati, a tesic ẽt vr, ꝙ bona, q̃ clericus ecclesiæ seculari contu
l lit, ꝛ per quo in ecclesia fuit bñficiatus, ꝑt repetere, eo recedente
m ab ecclesia, & transeũte ad aliã, qđ est no. dcm D. An. ga
n de facili alibi non inuenitur. Not. ꝙ lare sumpto uocabulo põt
o dici matrimonium esse inter bñficiatũ & ecclesiam in qua est bñ
p ficatus, & abillo diuolui tur, qñ renunciat ipsi beneficio, ut hic
q videtur colligi. No. ꝙ ad capitulum, & prælatum uidetur ipe-

ADDITIONES.

a ¶ Non uidetur impedire actum uoti. Vtrum infirmitas impediat uotum: dicas, ꝙ in uoto plus attenditur intẽtio, quàm uerba, ℣. fi cupis. 1-16. q. 1. c. quod super. de uo. & ideo si esset emissum i graui infirmitate, quæ excluderet ani mũ, & intentionem, ac mentem uouentis, non obligaret, aliàs secus, ut in c. licet. & in c. sicut nobis, & in c. porrectum, de regula. & ideo dicebat beatus Tho. secundę secundę q. 87. ar. 1. quòd uotum constitit in solo proposito uo lentis, & uide eũdem in ea. q. ar. 3. & in 4. sen. di. 38. ar. 2. ubi ponit, an, & quando uotum obligat ad sui obseruantiam, & ipse in præal. q. 138. dicit, ꝙ pueri ante annos discretionis non obligantur ex uoto, quia nõ dicuntur ha bere dispositionem mentis, nec discretionem uoluntatis, & ibi etiam ponit, qđ de leuio, & religioso, & de aliis subiectis alteri, ut de uxore & de filio fa miliis, ut xm cales obligentur ex uoto.
b ¶ Sed contra tene. Adde Cal. consi. 5. de reg.
c ¶ Quod est notandũ. Adde infrà de Pan. de Cast. cõl. 30. n. 7. Ang. de Bur. cõ. 34.
d ¶ Hortamur. Vide tamẽ gl. in c. 1. in uerbo, hortantur, de reſt. & in clemen. 1. de reſtitu. & quæ late tradunt in cnã concupiſcentiã, de cõl. Sab.
e ¶ Regula. Vide no. ꝙ tão. in c. monasteria. de relig. domi. ubi ponit, an monachi qui mittuntur per prioratus, & ꝙ cellas debeãt uocari ad eligẽdũ Abbatem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est uocandus, per ea q̃ hñr in c. quia pp. de elect. & etiam dicit gl. in clerico seculari, qui erat canonicus, trãseunte ad religionẽ, ut si uacet intra annum ꝓbationis ecclesia, in qua erat canonicus, nõ sit necesse eũ uocari, de quo plene no. per gl. i d. c. bñficiũ. † Item aduerte, qa facit hæc decr. ad quæstionẽ, An monachus ꝓmotus ad Abbatiam alterius monasterij, si postea illi renunciat, an poterit postea repetere locum in illo monasterio, nam facit ꝙ non, & etiam hoc tenuit Fed. in opere suo consi. xix. & sic etiam tractat, an remanebit monachus secũdi monasterii. & determinat, ꝙ ñ, & sic erit solũmodo sub Epo. Dicit tñ, qd̃ si diceremus eũ remanere in sẽcõ monasterio, faceret nouã ꝓfessionẽ. An ãt, & qñ possit qs eligi in Abbatẽ alterius monasterij, tecurrẽdũ est ad ea, q̃ hñr in cle. j. de ele. † Vltimò indu cit tex. iste ad q. de clerico depositò à bñficio, an possit eũ Epṡ ĩstituere inuito patrono? nã vr, ꝙ nõ, ꝓ istũ rex. cũ videat quodãmodo receptio noua, de quo dicendũ est, ut no. per gl. & doc. in c. ḡuis. de rescrip. in vi. in gl. pe. An autem clericum, depositũ ab ordine, possit Episcopus restituere, not. j. de cle. non resi. c. ex tuæ, ubi per Io. An. sup gl. & dicendũ est, qd̃ sic, si est tñ verbaliter depositus, secus si fuisset actualiter, & sic soleniter degradatus. de pœ. in vi. quia tunc solus papa potest talẽ restituere, per id qd̃ habet in d. c. ex tuæ. ad fi. & ĩ. q. vj. c. ideo huic.

SVMMARIVM.

2 *Beneficio non potest quis renunciare, nisi in manu sui prælati.* 3. 4. 8. 14.
2 *Collatio beneficiorum in ecclesia non patronat. spectat ad Episcopum, & capitulum.*
Licentia siue consilium sufficit quòd petatur, licèt non obtineatur.
4 *Religiosus transiens ad aliam religionem, an debeat petere licentiam à superiore.* 7. 10.
5 *Consilium ponitur aliquando pro consensu.*
6 *Rectores hospitalium non possunt renunciare administrationi, sine authoritate Episcopi.*
9 *Clericus electus ad aliud beneficium, non tenetur ad hanc electionem acceptandam requirere consensũ sui prælati, uide inf. nu. 14.*
11 *Beneficium primum an uacet statim quòd quis adeptus est secundum.*
12 *Eligi, uel postulari, qui debeant.*
13 *Papa potest tollere ius tertij, & compellere aliquem sine causa.*
Cætera, & supra dicta, uide infra in lec. do. Anto. in isto cap.

CAP. IIII.

ADmonet. † Beneficiatus absque licẽtia sui prælati beneficio renũciare non potest. h. d. Et primò ponit prohibitionem. Secundò contrafacientes puniri præcipit. Secunda ibi, quod si quis. Casus literalis. Nullus authoritate sua audeat intrare ecclesiam, vel eam dimittere sine authoritate sui superioris, & q
2 contrafecerit puniri debet. Ber. † Not. primò ꝙ de iure cõi ius conferendi bñficia vr̃ spectare ad Epm, quod est uerum in ecclesia non patronata, uel collegiata, de quo plenè no. in c. cùm ecclesia Vulterana, de elec. Si autem esset beneficium in ecclesia cathedrali, videretur, quòd spectet ad Episcopũ, & capitulũ, & similiter in alia inferiori collegiata vr̃ spectare ad prælatũ, & capitulũ, de quo plenè in præalle. c. cũ ecclesia, ubi autẽ beneficium est patronatum, ius præsentandi spectat ad patronũ, & ius instituendi præsentatũ spectat ad Episcopum, de instit. c.
3 1. & 2. lib. 6. † Item not. quòd absq; authoritate illius, ad quem spectat collatio, quis non potest beneficium recipere. Item no. ꝙ beneficiati non possunt dimittere beneficia, uel illis renunciare, absque authoritate Episcopi. [a] & sic uidetur, ꝙ non sufficiat authoritas inferioris, quod uidetur intelligendum, nisi ad ĩferiorem prælatum spectaret collatio beneficij, ut tãgit hic gl.
4 2. † Item not quod uidetur sufficere consulere Episcopum ad hoc, ut quis possit dimittere bñficium. quod vr̃ ꝺ id quod habetur in c. quod in dubiis, ſ. eod. ubi patet, quòd non sufficit petere consilium in renũciatione beneficij, imò exigitur cõsensus; dic, quòd hic accipi debet consilium pro cõsensu, per illũ tex. & facit quod habetur in simili, infra de offi. deleg. c. venerabili. qd̃ est intelligẽdũ, nisi beneficiatus peteret licẽtiam. licet nõ obtineret, infra de regula. c. licet, secundùm Host. quod est notandũ, quia per hoc habes ampliationem ad dictam decr. licet. nã sicut de latiori religione ad strictiorem potest transiri, licen
b tia petita, [b] licèt non obtẽta, ita etiam poterit de ecclesia seculari transiri ad religionem licentia petita, licèt nõ obtẽta, quod est notãdum secundùm D. Ant. Sed certe glo. 2. in uer. Ad religionem, uidetur velle, ꝙ clericus secularis possit transire ad religionẽ, ẽt nulla licentia petita, qd̃ iõ facit, quia religiosus hẽt magis ligatam uolũtatem, quàm clericus secularis, de electio. c. nullus. lib. 6. & iõ videtur, quòd faciliùs transire possit clericus secularis, quàm religiosus. Tutiùs tamen est ad opinionem
5 uitandam petere licentiam, saltem in clerico seculari. † Et ex prædictis etiam no. consilium capituli poni quasi pro consensu, licèt de proprio significatu differãt, ut colligitur ex his, quæ habentur in c. cum olim, infra de arbit. in gl. 1. in fi. & hæc potest dici canonica, de qua in litera. Vel potest intelligi, quòd erit
6 pœna arbitraria, ex quo de illa hic non exprimitur, facit quod habetur, infra de officio delega. c. de causis. † An autem quod hic dicitur in beneficiis, habeat locum in hospitalibus, ut non possit quis accipere administrationem hospitalis sine authoritate Episcopi, uel illam acceptam dimittere, dic quòd sic, quia illa etiam sunt sub dispositione Episcopi, inf. de relig. do. c. de
c xenodochiis, etiam si per laicos habeant administrari. [c] 18 q. 2. c. quidam, & facit quod habetur in clemẽ. ga contingit. de re lig. do. ubi etiam plenè habes, qui pñt esse rectores hospitaliũ. In glo. 2. ibi, idem est in clericis, &c. & sic vult glo. quòd si collatio beneficij non spectat ad Episcopum, sed ad inferiorem ꝓlatũ, non poterit dare licentiam cedendi, sed inferior prælatus, ad quem spectabit ius conferendi, uel instituendi rectorem in ipso bñficio. Et pro hoc facit tex. iste. dũ dicit, quod ordinationẽ tuã &c. Idem ẽt not. glo. ĩ. c. Episcopus de loco. alle. hic in prin. Et no. etiam per glo. in clemẽ. cum illusio de renũ. refert
7 tũ ibi glo. o pin. Inn. quam ponit in d. c. quod in dubijs, vbi dicitur quid sit tenẽdum. † Not. etiam gl. ĩ d. c. Episcopus de loco. in prin. an clericus nolẽs trãsire de minori ad maiorem possit cogi ab Episcopo suo. nam vr̃, ꝙ non, cùm nemo cogatur cõsentire inuitus. 74. dist. in c. gesta. de quo dicendum est, ut no. in d. c. Episcopus de loco. per gl. & Arch. facit etiam quod habetur
8 c. fi. supra de postu. præla. cum ibi not. † Qualis autem exigatur consensus, ut clericus possit dimittere ecclesiam? dic ꝙ si transiit ad ecclesiam aliã ciusdem diœc. potest exire de tacito consensu Episcopi, ga sufficit quòd Episcopus sciat, & non contradicat. Si autem vult transire ad religionem extra diœcesim, exigitur expressus consensus Episcopi, ut no. glo. 8. q. 1. c. placuit illi, & 17. q. 2. c. 2. & hoc tenẽr hic Vincen. & Tan. In cad. glo. ubi
9 lator primæ ecclesiæ statim conferre, & quãdo. † Circa primum conclude, quòd existens in primo beneficio põt eligi ad aliud,
d & electioni consentire, ẽt sine licentia prælati, [d] quando est clericus secularis, ga non reperitur ꝓhibitum, sed potiùs concessum, supra de elect. c. cũ inter canones. & in religioso si eligatur in prælatum alterius monasterij recurrere debemus ad cano-
10 nes, & c. si religiosus de elect. in 6. † Circa secundum concludo, ꝙ transire non potest sine licentia superioris, aliàs reuocari posset, ut colligitur hic ex tex. & glo. & maximè ex uer. qd̃ si fece-
11 rint. † Circa tertium vr̃, quod si bñficia sint cõpatibilia, non potest primum conferre, antequàm priuetur illo, facit qd̃ habetur in c. pe. & fin. ſ. de cle. non resi. Si autem essent beneficia incompatibilia, ut quia utrunq; est curatum, tũc uidetur, quòd primum vacat ipso iure, per id quod habetur, infra de præb. c. de multa. §. 1. sed Innoc. dicit hoc esse falsum, nisi transierit de licẽtia superioris secũdùm Inno. quod est notan. uel nisi superior habeat ratũ transitum. Nec ob. c. de multa, quia debẽt intelligi quando clericus transit de licentia superioris, secundùm Inn. quod est no. pro intellectu d. c. nam non uacabat prima ecclesia, licèt illa possit priuari per id quod habetur de cle. non resi. in c. pen. & fi. Intellige ꝙ ubi transiuit sine licentia, non uacabit prima ecclesia, saluo nisi expresse ratificetur trãsitus, uel tacitè. Et intelligitur tacitè ratificare, si intra tẽpus sex mensium, (ultra quod beneficium nõ debet uacare, ut in c. 2. ſ. de ꝓcess. ꝑbẽ.) prælatus non reuocauerit ipsum, nec ei mouerit quæstionem. Et per prædicta dicit Inno. ꝙ si ad alios spectat electio, uel præsentatio primæ ecclesiæ, & ad aliũ datio licentiæ de cedendo, qd̃ nõ poterit eligere, nec præsentare aliquẽ ad ipsam primam ecclesiam, habẽtem ius eligendi, uel præsentandi in primo beneficio, nisi
c prius petat licentiã ab ipso, uel alio superiore, [e] ad quẽ spectat dare licentiam transeundi. Nam si det licentiam, tunc uidetur habere ratũ trãsitũ, iõ tũc cẽsentur vacare, & ꝑ ꝑs postea poterit filio electio, uel priuatio: si ãt nõ petatur licẽtia ab ipso, ꝙ habet dare licentiã transeundi, tunc quia iterũ non uacat eccle-

sia,

ADDITIONES.

a ¶ Authoritate episcopi. Adde quod voluit Cal. consil. 2. de renun. & consil. 3.
b ¶ Licentia petita. Adde Ro. consil. 441.
¶ Adde quod not. plenè in apost. ad istum in c. cum dilectus, in apost. uers. licentiam, nu. 2. supra de consue. Iac. Reb. in l. fi quis, la 1. & in apostil. positum, in princ. C. de decu. lib. 10. Zac.
c ¶ Administrari. Vide tamen quod no. Card. post glo. in cle. 2. de relig. dom. & Alex. in consi. 71. in 4. parte. nam concludit, quòd hospitale constructũ sine authoritate Episcopi, non dicitur pius, nec religiosus locus; nec gaudet priuilegio piorum locorum, non gaudet etiam beneficio restitu. in integ. secundum Bal. in auth. hoc ius porrectum, col. 2. C. de sacrosan. eccl. in Lothanotrophos. in prin. & in fi. C. de epis. & cle. Sch. Sap.
d ¶ Sine licentia prælati. Tu uide plenè de hoc per Io. An. in c. ut li. pen. in no. uel. lib. 6. eundem in c. licet. in fi. de proc. eo. lib. Zac.
e ¶ Vel alio superiore. Adde an sit petenda licentia etiam à patrono. Cal. consil. 6. de renun. do. de Ro. deci. ulti. de renunciatio. Sch. Sap.

stã, non poterit fieri electio, uel priuatio, saluo nisi iuxta si. sex mensium, intra quos non renouauerit ipse superior clericum, qui transiuit sine eius licentia, quia tunc tacite uidetur habere ratũ transitum, ex quo tanto tpe tacuit, & non contradixit: dicit tamen, ꝙ si spectaret ad ipsum, qui haberet dare licentiam, tunc collatio beneficij, demum lapsis sex mensibus, deuoluitur potestas conferendi ad superiorem, per id quod habetur, infra de ꝓb. c. de multa. §. & si ultra. dic etiam, ꝙ tutius est, quando ad aliũm spectat dare licentiam transeundi, & ad aliũ electio, uel præsentatio beneficij, qui petat antequã fiat electio, quia ratificatur transitus per habentẽ dare licentiam: & subdit etiã, ꝙ si intra sex menses charitatiue monitus cũ aliquibus interuallis, ut debeat, uel reuocare clericũ, uel ratificare transitum, non uoluerit respõdere, ꝙ ex tunc postea etiam ante finẽ sex mensium potest fieri electio, per id qd̃ hr̃ in c. 1. de sup. neg. prælaquasi aliter non prouidendo uideatur tacitè ratificare transitũ. Sed iuxta prædicta insurgit dubiũ, quid faciet secundus diœcesanus, uel prælatus ad cuius ecclesiam transiuit sine licẽtia al terius prælati, in cuius diœcesi tenebat primum beneficiũ? dicit Innoc. ꝙ diœcesanus secundæ ecclesiæ poterit ipsũ clericum stauere terminũ, intra quẽ obtineat licentiam a primo diœcesano, alioquin lapso dicto termino, si non obtineat, poterit illum priuare ecclesia, & de alia persona prouidere. arg. c. qũ frequẽter. §. fi uero aliter, infra ut li. non cont. & infra de cle. nõ resi. c. quia nõnulli. & c. relatum, & prædicta dicit Hostien. esse uera de iure. Dicit tñ ꝙ quotidie de facto tales sine licentia eligũtur, secundo transferuntur. Et ex quo sic trãslati, & recepti sunt ad prælaturã, uel rectoriã cũ cura, priora beneficia, quę habebant similia ipso iure intelliguntur uacare, quæ tñ plerũque de facto retinentur. Sed omnibus istis potest responderi secundũ eum, per id quod habetur in c. cum iam dudũ, inf. de ꝓb. quia multa per patientiam tolerantur, &c. facit quod no. in d. c. de multa. ad hoc etiã emanauit extrauagans Io. 22. quæ incipit, execrabilis, contra tenentes plura beneficia curata, uel plures dignitates, & ibi ẽt multas pœnas imponit talibus. In ead. gl. ibi, Ad religionem. No. gl. ex eo, quod dixi, & etiã hic sequit Inn. Nec ob. si dicatur, ꝙ potius debet hic transiri posse ad aliam dignitatẽ, ubi uersatur publica utilitas, sed in transitu ad religionẽ uersatur priuata utilitas transeuntis solùm, licet secus in dignitate. facit quod habetur in l. Barbarius. ff. de off. præto. quia potest responderi, ꝙ præsumptio ambitionis, quę uerisimiliter cadit circa dignitatẽ, potius, quã circa transitũ ad religionẽ, tollit ꝛium, ut no. glo. in c. literas. 63. dist. facit quod no. supra de
12 post. præl. c. bonæ, il 1. † In ea. gl in si. Et sic tenet gl. ꝙ prælatus, uel clericus unius ecclesiæ dũmodo sit idoneus, põt eligi ad aliã ecclesiã, nec est necesse ꝙ postuletur. Potest ẽt electioni consentire, ut patet in c. cum inter canonicos. alle. in gl. non potefit tamen transire ad aliam ecclesiã sine licentia superioris. Et hæc est cõis opin. quam etiam sequutus fuit Vinc. in nouo apparatu quem fecit super hac noua compilatione, licet in antiqua compilatione teneret ꝛium, ut dixit gl. & cum glo. concor. etiam Io. in c. Osius. §. sed aliud 61. dist. Aliqui tamen uoluerunt facere differentiam inter prælatũ, & curatum ex una parte, & alios clericos ex alia, ut prælati & curati, quia uincula ri. & alligati ecclesiæ non pñt eligi, sed debent postulari: sed alij bene pñt eligi. Sed hæc opi. (ut dicit Io. And.) expresse reprobatur per id qd̃ hr̃ in c. fi Abbatem. de ele. in 6. Vbi Abb. et am exemptus non posset transire ad aliã ecclesiã sine licentia Papæ. tamen potest eligi, & non debet ante postulari. ut hic, & sic non ualet consequentia, non potest transire sine licentia superioris, ergo est postulandus, non eligendus; quia illud nõ est ue
13 rum. Et si requiratur licẽtia Papæ, ut ibi est expressum, & sic spe
cialis est in Epo, & superioribus, ut non possint eligi, sed postu-
lari debeant, quia sunt matrimonialiter alligati ecclesiæ, & nõ possunt abstrahi a dicto uinculo sine licentia Papæ, ut plene ꝙ fuerit dictum, & no. supra de postu. prælat. & sic patet propriè, & stricte loquendo, ꝙ solum Episcopi, & superiores possunt de
14 cernere annuli, licet alij inferiores ẽt ex priuilegio possint. Et per prædicta ẽt patet Abbatẽ, uel alium prælatũ non dici proprie esse matrimonialiter alligatũ suæ ecclesiæ, aliàs non posset eligi, sed deberet postulari, & præcipuè qua do non posset transire sine licentia Papæ, ut quia est exemptus, quod est contra tex.
15 in d. c. si Abbatẽ. † Item aduerte, quia ubi eligitur clericus ad alian ecclesiam, si Episcopus suus nolit sibi dare licentiam, potest Episcopus cogi per iudicem superiorem, & sic per Archiepiscopum
16 sibi ad dãdũ licentiam, ut dixit glo. per id quod habetur in c. nullus. alle. in glo. & facit quod no. & le. in c. si religiosi. de ele. in 6. & hoc intellige, ut dicit glo. ꝙ id ꝙ habetur in c. nullus. & c. si religiosus. Quis autẽ sic superior, ꝙ habeat compellere ipsũ eo casu quo cõpelli põt. Quinã dat, quod Archiepiscopus, ut supra dixi. Alij uero dicũt, ꝙ erit Papa, quia nemo alius inferior potestatem alterius dare, uel iuri alterius præiudicare, facit quod hr̃ in c. dilectus, infra de offic deleg. & infra de reli. do. in c. constitutus. Sed Io. And. dicit, ꝙ aliud est quærere, quis possit, eũ compellere, & aliud, quis sit superior quo ad cõpellendũ. nã primo casu vr̃ dicẽdũ, ꝙ procedit secunda opin. ut superior tũc itelligatur Papa. Sed si quæritur, quis sit superior quo ad cõpellẽdũ, ꝓcedat prima opi. uidelicet, ꝙ sit Archiepiscop[a], cui Episcopus etiã subiectus ẽ, ꝓ ea quæ habẽtur in d. c. nullus. quod intelligę quãdo subest causa compellendi; si autem non subest, tũc etiã quo ad cõpellendũ, superior esset Papa, quia etiam nõ
2 subsistente causa [a] compellendi, solus Papa poterit cõpellere,
14 facit quod no. per glo. in c. si religiosus. de ele. in 6 † Vlt. dicit Io And. quod uidetur posse fundari dispositio huius decre. per ea, quæ habẽtur, infra de reg. iur. c. beneficium. lib 6. Nam uolẽs renũciare beneficio Episcopo inuito, poterit ingredi religionẽ probationis causa, & de ipsius cõsensu poterit alteri concedi beneficiũ, ut hic patet. Sed dici põt, quod si beneficium spectat ad collationẽ Epi, nulla poterit fieri fraus, ga si conferat Episcopus, qui habet conferre, non fraudat eũ, quia ipse Episcopus uidetur tacite præstare authoritatem tacitæ renunciationi, conferendo alteri de illius consensu: sed si beneficium esset electiuum, & ad alium spectaret electio, uel præsẽtatio, & ad ipsũ cõfirmatio, uel institutio, tũc bene posset fieri fraus, si sufficeret consentire habenti eligere, uel præsentare, sed requireretur ẽt quod consentiret habenti instituere, uel confirmare, & sic ili, q̃ habet potestatẽ, & authoritatem præstandi renũciationem̃ de quo per Io. And. in c. ex ore, infra de his quæ fi. à maio. par. ca. & etiam tangitur in regula, is qui tacet. de regu. iur. in Merc. dicit tamen, ꝙ tutius erat, ꝙ expresse renunciasset in manibus sui perioris habentis potestatem authorizandi renunciationem.

ADDITIO.

2 ¶ Non subsistẽte causa. Idem in Imperatore, ut no. Ang. in l. 3. §. fi is pro quo, ff. quod quisque iur. Sed tu dic, ꝙ in Papa nõ est dubium, ut per do. Ant. de But. in c. cõstitutus. de reli. do. Fely. in c. quæ in ecclesiarum, col. 17. uersi per istã declarationem, supra de constit. & Ro. consi. 223. inci. Citra præmissa, in princ. uero secus, ut per Raph. Fulg. in l. fi. C. si cõtra ius uel uti. pu. iste expresse in c. 2. de reb. eccle. non alie. & Fel. in alle. c. quæ in ecclesiarũ, col. 10. uer. secũdũ uero membrum, & ista est communis opi. ut ibi per eum. Zac.

SVMMARIVM.

1 *Renunciãs beneficio potest adducere testes, quod coactè renunciauit: aliter uerò nõ potest probari, quod ꝓpriè renunciauit.* 2. 14. 23. 24. 28. 51 &c.
3 *Excipiens non tenetur dicere causam suæ exceptionis.* 16. & 19. *ubi iudice cogente tenetur exprimere causam, uide in d. nu.* 16. 19.
Confessio sine causa ad obligandum non ualet, secus ad liberandum.
4 *Testis non arctatur ad iustificandum factum à se relatum, dummodo ipsum referat cum causa scientiæ &c.*
5 *Dictio, re, aliquando stat abundanter, aliquando denotat instantiam quandam cum solicitudine.* 37.
6 *Negatiua, quæ habet implicitam affirmatiuam, est probabilis.* 15.
7 *Renunciatio beneficii facta cum iuramento, uel sine, obstat clerico illud repetenti.*
8 *Excipere uidetur ille, qui opponit factum, ex quo causatur exceptio.*
9 *Actio, seu petitio licet nõ admittatur sine causæ expressione, secus in exceptione, cũ declaratione.*
10 *Iudex ubi ex officio suo potest supplere, non arctatur ad supplendum, nec potest appellari, si non suppleat.*
11 *Renunciatio beneficii non præsumitur sponte facta.* 30.
12 *Simonia committitur, siue detur pecunia, siue promittatur, uel aliud temporale.* 52. 53.
13 *Exceptio legitima infringit actionem, si non repellatur per legitimam replicationem.*
14 *Testes si sint producti ab utraque parte, attendatur quis melius probauerit, habito respectu ad dignitatem, & opinionem, & numerum testiũ.*
17 *Actio, uel exceptio, contra quam est aliqua præsumptio, an sit per iudicem admittenda.*
18 *Versio in utilitatem ecclesiæ non præsumitur, nisi probetur.* 22.
20 *Exceptio non uerisimilis, an sit admittenda?* 31.
21 *Testes super articulis directè contrarijs, non admittuntur post publicatas primas attestationes.*
22 *Libellus non continens certam, & determinatam causam, an admittatur?*
25 *Testis an arctetur dicere causam facti relati per ipsum, & ab alio gesti?*
26 *Dominium quomodo probetur.*
27 *Testis non deponens de causa scientiæ, non probat.*
28 *Articuli fiscales super cessatione doli, uel metus, debent fieri affirmatiuè, non negatiuè secundum formam hic traditam.*
Testes, qui habent probare aliquid fuisse sponte factum, & non coactè, an teneantur, & quam causam scientiæ reddere debent. 26.
Præsumptio eliditur per probationem.
29 *Renunciatio beneficij quomodo probabitur, quod fuerit sponte facta.* 28.
Metus non præsumitur interuenisse in actibus factis coram iudice.
Metus quo probabitur non interuenisse, uel interuenisse in alimo actu. 34. 35.
30 *Exceptio non uerisimilis non est admittenda per iudicem, sine causæ expressione.* 30. 31. 36.

Universidad de Deusto
Biblioteca

33 *Testes ad probandum contraria si fuerint per partes adducti, an possint simul examinari, uel qui prius? 35.51*
34 *Metus uel uiolentia si probentur, non admittuntur testes uolentes probare uoluntatem liberam.*
37 *Agenti possessorio non obstat exceptio spontaneæ renunciationis. 39.43. 44.50. per discursum.*
40 *Interdicta omnia quæ si sunt in rem scripta.*
Interdictum unde ui, est merè personale, adeo, quod non datur in successorem in re uitiosa, etiam scienter.
41 *Renunciatio beneficij facta in manibus alterius, quàm prælati sui, præiudicat renuncianti, sed non prælato.*
Renunciatio non facta in præsentia partis, tàm in reali, quàm in personali, an præiudicet? 39. in fi. 49.
42 *Renunciatio quando præsumatur facta quo ad ius reale, uel personale? 50.*
43 *Metus, uel uiolentia purgantur per solutionem, postea spontaneè factam.*
44 *Possessio alicuius rei an perdatur per renunciationem metu factam? 46.*
45 *Venditor non potest per emptorem propria authoritate repelli a re empta, licèt emptio sit perfecta.*
47 *Agenti possessorio recuperandæ obstat exceptio notoriæ proprietatis. 50.*
48 *Agenti possessorio recuperandæ non obstat exceptio, quòd donauit rem ipsam spolianti. 49.*
51 *Beneficium fuerit ne spontè, uel coactè renunciatum, an admittatur huiusmodi probatio simul?*
54 *Exceptio litis finitæ per iusiurandum obstat, siue iusiurandum fuerit iudiciale, siue non.*
55 *Agenti possessorio recuperandæ non obstat aliqua exceptio, siue agatur contra spoliantem, siue contra illum, qui successit in re uitiosa.*

C A P. V.

7 lud. ff. de acq. hær. † Nunquid aũt renũciatio facta absente parte, præiudicet in iure personali, uel realiꝫ circa ius habes gl. In. hic. Bar. in l. nõ solũ, la 2. §. si liberationis, ff. de li. le. fic dicit, ꝙ aut agitur de ꝓiudicio iuris realis, & hoc præiudicat absente parte, ut d. §. differentia. ff. pro dereli. per totum. & hic Inno. Aut agitur de præiudicio iuris personalis, & glo. iuris ciuilis sunt contrariæ, de quibus nõ habes curare. Dic aut sit in iudicio, & ꝓiudicat, C. de pac. l. postq̃ liti, & hoc ideo, quia ibi est iudex, qui est loco partis, vt l. si ob cãm, C. de cui. Si sit extra iudicialis; dic secundùm Bar. aut est ꝑsens aligs, ꝙ recipiat noĩe absentis, & præiudicat renunciatio, vt l. rescriptũ. §. j. ff. de pac. etiam dato, ꝙ ille non habebat ad hoc mandatum, dummodo postea ratificauerit. Aut nõ ẽ recipiẽs loco partis, & dicit, ꝙ non ꝓiudicat, ff. de pact. l. & hæredi. §. nos autem. qa tale ius non potest quæri absenti ex persona debitoris. hoc est uerũ in iure, quod est iam q̃situm re, & facto, quia talia iura non possunt à nobis simplici renunciatione abdicari, vt l. quis ergo casus, ff. de pec. & l. 2. ff. pro soc. l. fi. & no. ibi ff. de pac. Si autem esset ius quæsitum facto alterius, vt in legato uel similib. tũc bene credo, qđ ualeret renũciatio, & præiudicaret, quia tale ius possum à me abdicare facto meo, C. de rep. hęr l. si quis. ff. de leg. jd. seruum filij. §. j. & cõpeteret exceptio doli quasi petendo, ut actionem non habens dolo petat, sic ꝑt intelligi gl. i. d. §. si liberationis, & facit ad hoc,
8 qđ scribit Bar. in l. j. C. de pact. † Ad tertiũ de confessione, [a] dic
a qđ si consellio fiat ad obligandum, illa nõ proficit nisi ꝓsente parte, vel altero pro eo recipiẽte, ut no. in l. unica. C. de conse. & est tex. in l. certum, §. si quis absente. ff. de conse. Idem etiam credo, si fiat ad liberandum, quia quatenus est probatio, est planũ, quatenus autem est dispositio, planũ est, quod est aliquando, ut l. tale pactum, profiteor te nõ teneri, ff. de pa. idem esset. de hoc dic, vt habeẽ ꝑ Bar. in l. nõ solũ. §. si liberationis. ff. de li. le. & no.
9 in c. fi. j. de succes. ab intest. † Ad quartum, an renuncians liti uideat renunciare iuri in iudicio deducendo, uel deducto. dic aut renunciat liti, ante inceptum iudicium, & nõ uidetur renuncia re iuri, casus est. sup. de res. c. ex tenore, & est casus. inf. de ꝓscr. c. nihil prodest. hoc nihil probat, nisi ut sequitur, & maximè si resistat litigio cum causa, vt euitet scandalum, si autem res iam esset in iudicio deducta, & tũc aut renũciatio fit ex parte actoris, aut ex parte rei. si fit ex parte actoris, aut renũciat instantiæ, aut ꝓsentit reus, & puto, ꝙ ꝑdat sola instãtia, sic tẽperat Bar. in d. l. postquam liti, quia uerba ista non concludunt ad substantiam actionis, nec directè, nec indirectè, cum possit, ex quo pars consentit, recedere ab instantia absque eo, quod perdat actionem. Aut renunciat instãtiæ, & pars ꝺdicit, nec acceptat renunciationem, quod potest, auth. q semel. C. qũo, & quando iud. & per c. causam. j. de do. & tũc Bart. dicit, ꝙ perditur instantia actionis, quod credo si persistat tantum in renunciatio-
b ne. si autem renunciat liti, dico quod perdit [b] & instantiã, & ius deductum in iudicio, & est causa, quia ex quo vult perdere arma pro lite, & pro tanto vult perdere instantiam actionis; est tũ uerum, qđ dicit Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. ꝓd. ꝙ licèt perdat ius actionis, non tamen perdit instantiam, ex qua actio perditur, & pro tanto agere potest, licèt obstet exceptio, C. de transa. l. siue apud acta. Si autem renunciatio fuit ex parte rei, tunc dicit, aut reo cõpetebat exceptio, & ex isto dabit replicatio. Aut reo nõ competebat exceptio, & nihil dabitur. Aut nõ competebat actio actori, & tũc per hoc, qđ renunciet liti, uel ꝑdat litem, non daẽ sibi remedium actionis, ut quia non est hæc materia apta ad producendum actionem, ut l. iurisg̃tium. §. i. ff. de pact. & hęc sufficiant. Venio ad sententiã in cã appellationis, & vꝫ, quod malè Papa ꝓnunciauerit sententiando diffinitiuè super prima causa, uel sententiam illã cassando, qa debebat appellatum in termino non comparentem instructum, in expensis condemnare, ut de app. c. Nic. † Item qa sufficit appellantẽ mittere ad impetrandũ, & contradicendũ, ut
10 patet. inf. de app. c. interposita. † Hic sunt plura uidenda. Primò an eo, ꝙ appellatio est interposita, causa dicitur in curia, ut ibi
c debeat tractari. Secundò dato, ꝙ sit in curia [c], quis sit effectus, ꝙ ibi sit, & an sufficiat mittere procuratorẽ simpliciter ad impetrandum? Tertiò an dato, ꝙ causa sit in curia, possit q̃ꝫ. ꝙ cedi ad sniam diffinitiuã ꝓtumacẽ? ad primũ gl. dicit hic, qđ que appellata snia interlocutoria, & tũc delatio siue iudicis, si ue ẽt partis appellatæ facit cãm eẽ i curia, termini ãt statutio non, qñ est appellatum a diffinitiua, & tũc sufficit, ꝙ statutus sit terminus ꝙ iudicem aut partem, ut causa dicatur in curia, & sic loquitur hic. hoc non placet Doct. per ea, quę no. in c. interposita, §. i. inf. de app. quo ad causas non beneficiales: quo ãt ad beneficiales dicunt tenendum, quod no. in c. i. de elect. lib. vi. Tu dic, ꝙ quædam sunt causę quarum natura facit esse negotiũ in curia, & sic causa est in curia, eo, quod appellat, ut qa sunt de maioribus de ap. c. ut debitus, in fi. de elec. c. quamuis, lib. vi. & in bñficialib' seruata forma c. i. de resci. li. vi. & c. causam. de ele. in cle. & tunc non expectat aliud accidens, qa immediatè causa est in curia, ut hic. Quędam sunt causę, ꝙ ex accidẽti sunt in curia, & in istis dic, qđ si quæritur de actu, super quo pẽdet appellatio, sola delatio iudicis aut partis facit causa esse in curia exigit cõsensus appellati, nec sufficit delatio iudicis, quo ad principale negociũ, de app. c. cordi, lib. vi. Terminãt statutio sola, nullo casu facit causam esse in curia, qa solum ordinat in finẽ interpellãdi partem. sed bene operat, qđ ubi ex altero signo cã est in curia, nõ exigit noua citatio, sed sufficit terminus iste statutus, & causa põt q̃nq; in curia expediri post illũ terminũ, qui hẽ per citationẽ peremptoriã, ut hic est casus. de app. c. sępè, & hoc de primo, qđ ãt tertius nõ hẽat cãm facere esse in curia casus est de app. interpositа. §. i. & hoc ibi re-
11 net Io. An. † Ad ſm quis sit effectus, qđ cã sit in curia, uel nõ, hoc declarat hæc dec. quia ubi est in curia, non requirit alia citatio, ad hoc. inf. de ap. c. sępè. sed sufficit mittere procuratores ad impetrandum, uel cõtradicẽdũ, sed ubi non est, sic debet ergo primo casu mittere procuratorẽ instructum ad id, qđ ibi imminet expediẽdũ. † Ad tertium, an causa existente in curia possit procedi in absentem ad diffinitiuam? tex. uidetur cõtrarium. tex. hic, quod sic, tex. in cõtrarium, de app. c. reprehensibilis & c. Nicolao. pro primo, de app. c. sępè. glo. dicit primò, quod põt procedi ad diffinitiuam sententiam. Nec ob. de app. c. Nicolao, quia ibi non fuit petitum, sed solùm fuit petita condemnatio in expensis, vnde illud fuit non ex defectu iuris, sed ex defectu petitionis. secundò dicit glo. qđ ubi causa nõ erat in tali statu, qđ posset ad diffinitiuã procedi, qa nõ erat lis contestata, nõ fit cõdẽnatio in expẽsis. Et dic, ꝙ cã existẽte in curia, aut nõ est petitũ, ꝙ fiat condemnatio ad diffinitiuã, & nõ fit, sed fit condẽnatio expẽsarũ, ut d. c. Nicolao. Si est petitũ, aut nõ fuit a principio termin' statutus, & oportet, qđ statuaf, uel citeẽ ante, qđ possit ad diffinitiuam procedi. operabitur ergo statutio termini, quòd nõ erit opus altera citatione, ut patet de ap. c. sępè. Qđ que causa est in curia, & terminus est statutus. & pars petit, ut ad diffinitiuam procedat, tunc aut est causa in tali statu, quod põt, procedi, ut qa lis contestata, uel est causa, in qua non exigit lis conte. ut beneficialis, quod dic hodie, ut in cle. dispendiosam. de app. c. sępè. de ap. c. per tuas. Quãdoq. causa nõ est in statu, ꝙ possit ad diffinitiuã ꝓcedi, ut qa lis nõ est ꝓte. & tũc procedit c. Nicolao, qa ibi procedit ad cõdẽnationẽ expẽsarũ, hodie indistinctè. olim. uerũ quo ad cõdẽnationẽ expẽsarũ, hodie indistinctè. et
13 ti. c. reprehẽsibilis. † Vltimò inducit decr. ad quæstionẽ. An ex literis

ADDITIONES.

2 ¶ De confessione. Adde Ale. consi. 24. & 77. 2. li.
¶ Adde Maria. Soc. consi. 20. in c. Visis, uer. est tamen aduertendum, circa fi. uolu. 1. Barth. Soc. in suo trac. fall. reg. 63. & ibi fallentias ad hãc reg. Fel. in c. si cautio, co. 1. uer. in gl. in uerb. cãm. de fi. instr. Pa. Ca. cõ. 29. uol. 1. Rap. Ful. cõs. 197. col. 2. uer. super eo. Ia. Reb. in l. inter chartulas, in prin. & ibi Capost. Celsi, ad eũ C. de conuen. fis. debi. li. x. plenius per Lanfr. de Oria. in c. quoniam contra, §. ttatuimus. uer. confessiones. nu. 21. & ibi in apost. eiusdem Cel. ad ipsum. in uer. absente parte. inf. de proba.

b ¶ Quod perdit. Aduerte tamen, quod in casus beneficialib. renunciãs liti, intelligitur renũciare soli instãtiæ, quia iuri beneficiali non põt renũciari nisi in manib. superioris, c. admonet, hoc eo. tit. & ita cõcludit Do. de Ro. dec. 301. & segtur Imo. hic, & Ale. in l. postquam liti, C. de pact. & idẽ dicit procedere in feudo, d. Ias. ibidem, quia feudo non põt renunciari, nisi in manibus superioris, ut no. Bal. in auth. in successione, a fi. C. de fis. & legi. libe. & tex. in c. 1. de eo, qui finem fecit agna. in usib. feudo.

c ¶ In curia. Adde Do. de Ro. dec. ccciiii. e. ti. de ap.

literis monitoriis aliquod ius q̃rat? & facit decre. ꝙ sic. qa si per renunciationem ius tollitur, sequit, ꝙ aliq̃d suberat. Gl. dicit, ꝙ si cõsideraretur ius obligatorium, ꝙ qđ ꝓcludat obligatio ꝺ cle ricos, cõtra quos fit impetratio, per tales literas nulli ius queratur. si quæriꝫ an quo ad ipsam ecclesiam aliquod ius reale quæratur, dicit ibi glo. quòd non antequam in illa recipiatur, & benẽ dicit, quia per renunciationem benè quæritur ius ad rem, uel in re secundùm modum receptionis, ut patet de præb. c. si postquam, lib. vi. Si queritur, an aliquod ius queratur agendi, & implorãdi officium superioris, ut coram superiori possit instari prosequendi gratia? dicit glo. quòd sic, & hoc est ius, quod potest renunciare restituendo literas, & renunciando literis impetratis, uel impetrãdis. postea gl. ponit intellectum tactum supra, in c. sanè, de hoc tactum est supra, de rescrip. c. edoceri, & c. literis, uide de concess. præbend. c. j. li. vi. per Innocen. in c. si so-
14 li, & c. si capitulo, eodem tit. lib. vi. hic non sunt alia. † Quęro, qd si mandatur aliquem recipi in canonicum Bonon. cum sit paratus omnibus beneficijs renunciare, qd ꝑcedere debeat, an renunciatio, uel collatio? Vincen. dicit quòd præceder renuncia
15 tio, si literæ admittentur, & si postea resistatur, succurretur ei, de pact. c. cum pridem. de rer. permu. c. cum uniuersorum, & putat tunc agi potius ex officio implorato, quàm ex ui actionis, uide in clemen. de rer. perm. c. unico. Boa. instruxit transmittentes procuratores ad curiam, ut dent tria diuersa mandata procuratori, unum ad impetrandum, & contradicendum, aliud ad prosequendum articulum appellationis, aliud ad prosequendum negotium principale. Io. An. † Quęro quis sit effectus terminꝰ
a dic ꝙ quandoque terminus [a] statuitur à parte, quandoque a iudice, & quandoque ad prosequendum, q̃nque ad iter arripiendum. Et si ad iter arripiendum, sufficit arripere intra terminum. Si ad prosequendum, habes unum effectũ, qa ubi cã est in curia, hẽt uim citationis perẽptoriæ. Itẽ alius est effectus, qa nõ ꝑt talis terminus ꝑ appellatum prœuiri impetrando, quando cã est in curia, quod secus est in termino iuris secũdum distinctionem c. oblatæ, de appel. Ant. de But. utriusque iur. Doct.

ADDITIO.

a ¶ Quandoque terminus. Adde quòd iudex potest statuere terminum, intra quẽ pars audiatur, & eo elapso imponatur perpetuum silentium, ut in l. diffamari, C. de inge. manu. & in l. Titia, ff. de accusa. no. Bar. in l. 2. col. 2. in prin. C. de eden.

SVMMARIVM.

1 Episcopus, uel alius prælatus absoluens subditos ab obedientia, non per hoc censetur renunciare prælaturæ. 4. 5 ubi ponitur ratio. 6.
2 Renunciatio facta immortis articulo, an ualeat?
3 Renunciatio facta perſuasionem alterius fraudulenter suadentis, an ualeat?

CAP. XIIII.

1 Lectæ. † Si prelatus ab obedientia subditos absoluit, nõ propter hoc prelaturæ renunciat. Communis ditisio. Scda ibi, nos autem. Casus li. Quidam abbas adeo graui ægritudine laborabat, ꝙ de ipsius uita desperabat, ad cuiusdam æmuli sui consilium quem æmulũ non credebat, absoluit monachos ab obedientia sua, & episcopũ suum uocauit, ut in manib. suis renũciaret, non tñ renuntiauit, postmodũ recuperata sanitate, monachi reuerẽtiã, & obedictiam fecerũt eidẽ; dubitabat Abbas, an ex tali facto renũciasse intelligatur Abbatiæ? lẽ
2 ꝓ. Papa, ꝙ nõ. B. † Nõ. qđ ualet renũciatio facta in mortis arti
a culo, [a] qñ nõ est spes de sanitate, & sic defectus spei retinẽdi beneficium, non annullat renunciationem à libera uoluntate pẽ
3 deat em † No. 2. argumẽtum, ꝑmissionem renũciationis nõ tenere facta ad ꝓfilium, & fraudem æmuli, de quo quis confidit, ut cogatur cedere. sed si illam factam præsentasset, & obtinuisset superiorem uocare, ut renũciet aliud in præsentia eius renũciationem offerre. & sic secundum Doct. sola uocatio in casu isto non præiudicat, sicut nec sola uocatio in ius, sine uenia patroni, ut l. quamuis. ff. de in ius uoc. ubi similiter est locus pœnitentiæ, ad hoc. 2. q. vi. c. ei q. §. si quis libellos. ff. de diuor. l. si pœnituit. No. ar. ꝙ in manib. solius episcopi absq. consensu capitu
li possit fieri cessio ẽt ab inferiori prælato, & honorabili membro, de quo dic, ut sup. e. c. admonet. Not. ꝙ sapiẽtis est mutare
¶ ꝓfilium sibi perniciosum. † No. ꝙ ꝑ actũ [b] absolutionis ab obe
b dictia, prælatus non ut renunciare prælaturæ, etiam quod plus
7 est, si interuenerit uocatio superioris, ut cedat. † No. arg. ꝙ abbas & superior prælatus possunt absoluere ab obedictia. vel iuramẽto obedictiæ ei præstito, qđ uerum nõ puto, & tenẽt hic Doc. ꝙ no. de sponsalib. in c. præterea, quia hic est iuramentum, & ꝓmissio, ꝙ quod magis studet placere Deo, quã illi, cui obedientia, & iuramentum ꝑstat, & ideo absoluere non põt, quod no. item est alia rõ, quia durante principali non potest renũcia
re quis ei, quod necessario dependet ab illo, & hoc secundum Doctos. qui dicunt, ꝙ ideo non obstiit ista absolutio, qa & ꝑses abdicando a se imperium nihil agit. ff. de offi. præsi. l. legatus. similiter nec isto modo soluit patria potestas. l. abdicatio. C. ãd pa. po. Itẽ qa renũciatio debuit præcedere absolutionem quæ tñ renũciatio nõ potuit fieri nisi in manibus epi, & debuit præcedere absolutionẽ, ergo & c. & ꝑ hoc dicunt etiã ꝙ nõ erat necessaria noua ꝓmissio, cũ absolutio non tenuit, sed forte hoc fuit factũ ad cautelã de facto. No. vl. ꝙ per actum renũciationis alicuius cessionis ꝓsecutiuæ ad principale, qs principali renũciare nõ uidetur † Opp. ꝙ hic uidetur facto renunciasse, de
6 his q̃ fi. a ma. par. cap. ca. ex ore, sicut ipso facto Deũ negamus, xi. q. iii. in c. existimãt. ipso facto metimur. xxii. q. v. in c. cauete. ipso facto appellamus, de app. ca. dilecti, & c. ut nostrum. Et facto salutans prælatũ cõsentit in illum. 63. di. c. Adrianus. Sol. dicit gl. ut dicũt pueri, ꝙ aliter nesciunt respondere, ꝙ contra iũ est uerũ. nõ soluit aliter glo. Host. dicit ꝙ contraria procedũt his, q̃ nõ pẽdent a iure, uel iuris potestate. uel iudicis, & respiciunt ꝑ. iudicii renunciãtis tantum, & non alienum, secundũ Host. sed hic nõ ualerent expressa, ergo nec tacita non intercedẽte cõsensu superioris, ut hic de ꝓb. c. dilecto, uel d. c. ꝙ nõ est tale factum, ex quo cõcludat uoluntas renunciandi, qa ad exclusionẽ alicuius ꝓsecutiui non sequit exclusio principalis, saltẽ qñ uoluntas declarat circa principale aliter excludẽdũ, & ꝑ hoc nõ ob. sup. e. c. ex trãsmissa. Opp. ꝙ nõ debuerit reuelare hic cui est facta ꝓfessio, de pę. c. omnis. Sol. põt intelligi fm gl. ꝙ hic ꝓfessio facta fuit in plẽtia, & tũc dicit ꝙ de ipsius uo
c luntate reuelauit, [c] sicut & sibi nolẽte testimoniũ cõfessionis & recõciliationis, de testi. c. testimoniũ. de simo. c. nemo. Opp. ꝙ ex quo uocauit superiorẽ, cõpellat. sup. e. proxi. Dicit Host. ꝙ ibi fuit petita lnia cedẽdi & obtẽta hic ãt nec petita, licet uocatus fuisset superior. Itẽ ibi suberat cã utilitatis ecclesiæ uel salutis ꝓpriæ, hic cã seductionis, & infirmitatis. Itẽ ibi ꝑcessit deliberatio, & instantia opportuna. hic secus. glos. j. est clara. uide eam per te. Ibi de dolo, hic de hoc, ut de re. iu. c. nullus ex cons. li. 6.

ADDITIONES.

a ¶ In mortis articulo. Adde quòd licèt talis renunciatio ꝓsumatur in fraudem expectantis uacationem per mortem factam, tenet tamen in prædicium renunciationis si conualescat, ut notat plenè Alexan. in l. filiæ, & ibi materia, de qua hic, ubi etiam docto. ff. solu. mat. Gemi. & Phil. Fran. in c. 2. eo. tit. l. ui.
¶ De renũciante beneficio, dicas, quòd statim, quod quis renuntiat, ordinarius, uel alius ad quem pertinet, potest ipsum beneficium conferre, adeo quòd ipsi renuntianti potest auferri possessio beneficii absque aliqua citatione renũciantis, ita no. uoluit Inno. in c. accepta, de restit. spo. licèt hoc uideatur esse contra tex. in c. licet ęps, de præben. lib. 6. tamen potest dici, ꝙ ille tex. non loquatur in eo, qui renunciauit beneficio accepta renuntiatione per superiorem. Dicas tamẽ, quòd per regulas cancellariæ, quæ communiter à quocunque Pontifice reformantur, decisum est, quòd si quis in infirmitate cõstitutus resignauerit aliquod beneficium, uel simpliciter, uel ex causa permutationis nisi superuiuat per xx. dies post renuntiationem factã, dicitur beneficium uacare per obitum, & non per renunciationem, utrum autem renunci's beneficio ex calore iracũdię, possit statim pœnitere, uide Io. An. in c. ii. sup. de ren. li. vi. qui uidetur tenere, ꝙ sic, & uide Ore. in c. quam periculosũ, vi. q. i. facit tex. in c. diuortium, de pę. di. i. † adde ẽt quod renunciatio beneficij facta per dolum, non tenet, ut est glo. in c. suggestum, vii. q. i.
b ¶ Per actum. Vide gl. allegatæ concor. in l. nonnunquam, ff. de coll. bo. & dicit Bal. in l. fi. §. sed cum in fecunda, ad fi. C. de fru. & in c. ne innitaris, col. ul. de cõsti. ꝙ doctori si cõsuluit pro una parte, dicitũ est mutare cõsiliũ, si uideat ueritatẽ in contrarium. dicit tamen An. in l. Labeo, ad fi. ff. de ser. rusti. prædꝙ quod cauendũ est ranquam ab igne, propter malignitatem linguarũ non in bonam partem, sed potius in falsitatem trahentium, si cõsultatur pro una parte, & uarietur. Seb. Sap.
c ¶ De uoluntate reuelauit. Adde quod noluit Lap. alleg. 94.
¶ Adde tu plenissimè Io. An. in c. consanguinei, inf. de re iudi. in c. dilectus, de excess. prælа. Spec. in cit. de proba. §. i. uer. ult. quæ iur. Ber. de Fir. in tra. de episcopo, in 4. par. li. 2. c. col. in prin. Zac.
¶ Circa hoc, an possit reuelari confessio etiã de licentia cõsentis? primò dic, ꝙ confessio absolutè reuelari nõ debet, imo iure anti quo reuelans cõfessionem deponebatur, & per petuò ignominiosè pergebat peregrinus, ut in c. facer dos ante omnia, de pæ. di. 5. hodie ẽt per ea quę habẽtur in c. omnis, de pæn. & re. debet deponi, & ad agendum pœnitentiam in arctum monasterium detrudi, & de pœna reuelantis confessionem, ultra ea, quæ hãr in d. c. omnis, uide beatum Tho. in 4. di. 21. q. 3. ar. 1. & q. 1. per totum, & 22. q. 70. ar. 1. & dicit bea. Tho. in d. di. 21. in 4. quod etiam si habeat licentiam a confitente reuelandi, si ex tali reuelatione timet aliquod scandalũ oriri, non debet uti data licentia, & dicit quod ille cui fit reuelatur etiam de licentia confitentis tenetur ipse cælare, nisi fortè peccator uelit, qđ absoluẽ ille, cui ꝓmittit reuelari, sciat, & ratio assignatur, quia confessio ꝑ. puer duo debet cælari, f. propter sacramentũ, quia quasi de essentia sacramẽti est confessionem cælare, & hoc tollit licentia confitentis. secundum, ꝑpter quod cẽlatur, est ipsum scandalum, quod inde posset oriri, & hoc nõ tollit licentia confitentis & utrum superior, qui scit peccata sui subditi ꝑ cõfessionẽ sacramentalẽ, possit postmodũ illa punire tanquam sibi notas uide B. Tho. in 4. præal. di. 21. q. 3. ar. 1. quod non in foro contentioso, sed bene in foro pœnitentiali sic, qui non scit, ut homo, sed scit, ut Deus, & ibi multa alia ponit ad istam materiam reuelationis cõfessionũ, de quibus omnino est ibi uidendum, & per repecentes maxime d. Car. in d. c. omnis, de pœni. & remi. Ant. Fran.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 *Insufficientia alicuius existit causa legitima ipsum remouendi ab officio.*
2 *Monachus an possit de licentia solius abbatis ad aliud monasterium trãsire?*
3 *Abbas non debet de facili dare licentiam monacho asserenti velle intrare strictius monasterium.*
4 *Renunciatio siue cessio, an possit fieri in manibus legati?*
5 *Renunciatio facta in manibus inferioris, an possit ratificari per superiorẽ.*

CAP. XV.

Dilecti. Abbas exemptus absq. licentia Papæ renuncia re non potest. In prima conuentus petitio. In secunda ibi, cum igit, ipsius repulsio, & negotij commissio. Casus literalis. Quidã Abbas ad Romanam ecclesiam nullo modo pertinens, & sentiẽs se insufficientẽ, renunciauit in manib. monachorum regimen Abbatiæ, sine licentia Papæ, & monachi alium elegerunt, peruenit hoc ad Papam. Cum ergo dictus Abbas sine licentia Papæ renunciare nequierit Abbatiæ, ipse tam renunciationem, q̃ electionem denuntiauit irritas, & inanes, mandans quibusdam quatenus abbatem faciant restitui loco suo, quo restituto, recipiant vice Papæ renunciationẽ ipsius. Ber. No. i. vnam causam legirimam cedendi dignitati, ꝓpter insufficiẽtiã. No. 2. quòd non valet cessio Abbatis in manibus subiectorum, ex quo non fit in manibus superioris. No. 3. hic casũm pro eo, qđ disp. Ioan. And. in reg. non firmatur, de re. iu. li. vi. quòd dato, ꝙ secũdũ communem opi. cessio teneat ad præiudicium cedentis conditionaliter, nisi superior reprobet si velit, & ita quòd non posset cessionem reuocare, non tamẽ tenet, superiore ratum habere nolente, licèt quidam, & malè dixerint, an res sit integra, uel non, vt no. sup. eo. c. quod in dubijs. No. ꝙ Abbatia est nomẽ oneris, plus, quàm honoris. No. summarium. Et no. ꝙ cedẽs in manibus inferioris, superiore uolente cedere compellitur, & facit decr. ista ꝓ parte, ꝙ non teneat cessio, quod patet qa Papa mandat, quòd iterato cedat, quod non esset si teneret ad ꝓiudicium cedentis. Sed dic, ꝙ superior p̃t eligere quodliber, an qđ approbet cessionem, an qđ iterato
1 cogat ad cedẽdũ, qđ nõ tenet quò ad eũ. † No. ꝙ monachus al
a terius monasterij eligi p̃t, a de quo de elect. c. nullus, li. vi. e. ti. cle. 1. & hic oppo. ꝙ hæc fuit legitima causa cedendi: scilicet ꝓpter insufficientiam. xviij. q. 2. c. si quis abbas. gl. fatetur, & dicit, ꝙ legitima est causa insufficiẽtiæ, sic & iudex à iudicãdo remouetur propter insufficientiam, ut hic. Item propter negligentiam, de of. custo. c. i. sic in magistro, C. de profes. & medi. l. 2. li. x. No. benè hoc dictum, ꝙ Doctor ꝓp insufficiẽtiã p̃t re. pba-
b ri[b], vide ff. de mun. & ho. l. ut gradatim. §. re. pbari. Opp. secò, ꝙ
c renũciatio teneat, s̃. c. qđ in dubijs. So dicit gl. ꝙ [c] ad ꝓiudicium superioris, ex quo nõ est facta in manibus superioris, & dicit gl. ꝙ ille superior p̃t cessionẽ admittere, q p̃t ꝓfirmare. 18. q. 2. c. Abbas. dicẽtũ fuit s̃. c. in c. qđ in dubijs, ꝙ ad illũ ad quẽ destitutio spectat & institutio, & ꝓ hoc subiũgit in fine, ꝙ nõ tenetur ex isto capite cedere. qa renũciauit, sed potiùs ꝓp insufficiẽtiã, quasi innuat, ꝙ poterat compelli ad cedẽdum, ꝓp insufficientiam, ꝓ istos delegatos, quod aliqui Doct. hic negãt, dicentes, ꝙ in casu capituli non p̃t cõpelli ad cessionem ille Abbas, tũ ipsius cessio p̃t admitti, si uoluerit ſpõtè renũciare. Dicit Host. ꝙ q̃q̃ rigore rescripti, per quod committitur ei certum monasterium, non possit, tamen de iure communi, poterit compelli ad cedẽdum: põt dici, ꝙ ideo in casu isto debeat dici, ꝙ admittatur a uolente non ab inuito, quia si noluisset Papa istum priuare ꝓ cessionẽ, non habebat nisi cessionem iam per ipsum factam approbare, cum renuisset ad præiudicium ipsius, & si nõ mandasset ipsum restitui, quod tamen facit. & sic per hoc denotatur, ꝙ non fuit intentio Papæ, istum abbatem inuitum priuare, an tamen insufficiẽtia scientię repellat abbatẽ dic, ꝙ nõ, vt dicẽtũ fuit in c. nisi. §. pro defectu quoq. sciẽtiæ, sup. eo. Opp. ꝙ a-
3 lius q̃ Papa det exempto licentiam cedendi, de elec. c. si Abba
d tem, li. vi. dic, quòd & legatus dat, vt ibi. † Quæro an monachus de licentia solius Abbatis [d] possit ad aliud monasterium transire; videt ꝙ sic, de reg. c. licet. xix. q. 3. c. statuimus, quia soli Abbati facit obediẽtiã. 12. q. i. nõ dicatis. dic ꝙ si trãsit ad strictiorem, potest de licentia Abbatis, quinimò ea petita, & nõ obtẽta, ut d. c. licet si transit ad parem, uel minorem, exigitur dispẽsatio episcopi, de regula. significatum. exigitur etiam utroque casũ consensus conuentus, quod tutius est secundum Inno. ar. 63. di. c. 2. quinimo & consensus episcopi secundum aliquos. xvi. q. j. c. q̃ uere, ꝓut dictũ est consensum episcopi requirendũ, dicit Innocen. hoc esse uerum quo ad ordines non recipiẽdos ab alieno episcopo nisi priùs fiat monachus monasterij arctioris illi subiecti. No. ergo, ꝙ ubi transit ad arctiorem, sufficit licẽtia Abbatis, quãdo ad monasterium eiusdem diœceesis, si diuersæ, exigit & consensus epi, si paris, & in diuersa diœcesi, fortiùs, si paris & in eadem, adhuc exigit consensus episcopi ad solum transitum iustificandum: si inferioris, gl. de præben. c. singula, ꝙ exigitur licentia Papę. hæc glo. procedit quando tractatur de committenda gubernatione monacho diuersi monasterij, & sic casus est diuersus & contrarius, vnde dictũ Inn. satis põt procedere. Inn. dicit hic, & in c. significatũ, ꝙ sufficit cõsensus epi. & idẽ Arch. de ele. c. nullus. li. 6. uide remissiuè ad Spe. in d. c. significatum. primã opi. puto ueram, qũ sine causa uult trãsire, & secunda quando cum causa, quo casu sufficiat episcopi dispensatio. † Quæro an licentiam sic indifferenter debeat dare abbas trasẽdi ad arctiorẽ dic, ꝙ non, nisi sit certificatus de religione, & ꝙ illi uelint eũ recipere, & monachus aliter recedens, fugitiuus est, & apostata, cùm non sit in alicuius obedientia, nisi forsan sic daret lnia, ꝙ sub obedientia uadat, & q̃rat locũ arctiorem, sed non consultè facit Abbas, nisi fortè faciat, ut peius cuitet, quia de facto recedit illicẽtiatus nõ data lnia fm Inn. & uide de iureiu. c. sicut, & inf. Quæro de presbytero Abbate præsentato, tũ per episcopum instituto, in cuius manibus renũciabit? dic in manibus epi de cõsensu abbatis, de præb. c. Lateranen. de of. arch. c. ad hæc. §. fi. & si renũciat in manibus
4 Abbatis, quo ad tẽporalia tũ, & in manibus epi quò ad spũalia, non ualet talis renũciatio, cũ hæc sint ita iuncta, qđ unum non põt esse sine alio. i. q. iii. si quis obiecerit. Host. dicit, ꝙ ꝓp renuncia tionẽ in manibus abbatis factam, eps posset illũ remouere, ad hoc ꝙ no. sup. c. c. ꝙ in dubijs. † Quæro an legatus
5 poterit huic dare licentiã cedẽdi? dic qđ sic, de ele. si Abbates, li. 6. licet Ho. hic ꝛ, & malè. † Per hãc decretalẽ determinatur olim Archi. ꝙ si abbas cessit n̄ in manib. superioris, & superior postea cessionẽ ratã nõ hẽt, põt petere a monachis, ut obediẽtiam de nouo promittãt, & sic possẽssionem recuperat, q̃ pos disse uidebaſ, ad idẽ sup. c. ꝙxi. 6. q. 3. c. deniq., in fi. 16. q. 2. c. 1.

ADDITIONES.

a ¶ Eligi põt. Adde ꝙ not. in apostil. ad iſtũ, in c. post trãslationẽ, nu. 6. in apostil. meis, in uersi. nõ possit eligi, supra eodẽ titu. ubi plenè discutio huius.

b ¶ Reprobari. Adde Old. cons. 18.

¶ Adde Bar. & Reb. in l. Grãmaticos, C. de profeſſ. & medi. li. x. Fel. in ſimilẽ in c. ex literis, col. 3. uersi. & adde Bar. sup. de constitu. imo potest degradari ueluti miles, & clericus, ut no. Idem Bar. in l. 2. §. ignominiæ causa. ff. de in fa. & adde quod talis ita doctoratu priuatus, non potest iterum doctorari, no. Bal. fin. in l. 2. C. de libe. & eorum libe.

¶ Ad hanc materiam an doctor approbatus semel, possit improbari propter insufficientiã? dicas primo, quod in promouendis ad doctoratũ regritur trina examinatio, secundum Archi. in c. de gbusdam. 37. dist. & quæ requirumtur, ut quis possit effici doctor, uide per D. Car. in proœ. cle. post gl. in uer. doctoribus. in proœ. 6. Adde etiam ꝙ doctor, qui legit per annos. xx. in studio generali, dicitur esse illustris, & ex tali lectura efficitur Comes ut est tex. in l. i. C. de profeſ. qui in urbe Cõstãtino. li. 12. & habetur per Bar. in l. Alexandrinis principalib. C. de decurio. li. x. & an possint reprobari ꝓpter insufficientiã, dicas quod Doct. qui non sunt utiles in legendo studẽtibus, benè possunt reprobari. i. remoueri ab officio legendi, & ita procedũt, quę hñt, & no. in l. Grammaticos, C. de profe. & medi. hic alle. in apo. non tamen potest reprobari, ita ut insignia doctoratus ei auferantur, licet forsan propter aliquod grauissimum crimen posset exauctorari, sicut dicimus in clerico degradando, qui propter atrocitatem criminis, & incorrigibilitarem degradatur secũdum formam. c. degradatio, de pœn. in 6. & tradit ur curiæ seculari, ut in c. cum non ab homine, de iu. & in c. perpendimus, de sen. excom. de qua materia doctoris semel approbati, an possit repro bari uide per gl. in c. cum secundum. de præb. & quæ no. per Archi. in præl. c. de quibusdam 37. di. & uide no. per Doc. in d. c. de illis, de despu. Et adde, quod nemo debet assumi ad doctoratum, nisi certo tempore studuerit, ut per Bar. in l. petitiones, & in l. iubemus, ubi declarat, quæ sint proprie requisita. C. de aẽu. diuer. iud. & quę sint insignia doctorum uide per glo. in cle. 2. de mag. in uer. insignis. Et adde quod licet doctor non habeat necesse semper uti insignibus doctoralibus, potest tamẽ illis uti, & uult etiam in præsentia Principis, ut no. Bar. in l. j. C. de bo. ua. li. xi. imo qui gerit se pro Doct. & utitur insignijs doctorum, cùm non sit Doctor, tenetur pœna falsi, l. eos, in fi. ff. de falſi. & uide per Bar. in l. reddatur, C. de profeſ. & me. li. x. Et adde et, ꝙ quis nõ põt esse bonus doctor, q̃ in tenera ætate nõ cepit addiscere, ut est gl. in l. j. C. de athle. li. x. & q̃ sũt primilegia doctoris uide p Io. And. in reg. cũ qd, de re. iu. lib. vi. & in pal. cle. 2. de magiſt. Ant. Fran.

c ¶ Quo ad se. Vide Alex. in l. pcſtq̃ liti, ubi ét do. Iaſ. C. de pactis, co. j. Seb. Sa.

d ¶ Solius Abbatis. Adde Ro. cons. 351.

De supplen. negli. præla. Rub.

Viſo de modis, quibus prælati assũmuntur, quia sæpe in ꝑlaturis res ꝑfunctorie agunt. xl dist. c. ante omnia, & ꝙ negligitur ſupplendum est, ꝙ amittitur, seu omittitur, restaurandũ, ideo &c. secundum Goff. uel quia uacat ecclesia nedum p cessionẽ, sed ét p nimiã remissionẽ, de transla. præla. c. inter corporalia, uersi. sed neque. ideo &c. fm Host. de matetia. 86. di. c. 2. q. 7. c. negligere. 11. q. 3. c. cũ simus, & repetitur in sexto, & cle.

SVMMARIVM.

1 *Monitio quantumcunque extraiudicialis debet esse trina, quando requiritur superior de conuincenda eius negligentia.*
2 *Benedictio quem effectum habet in personam Abbatis?*

CAP. PRIMVM.

Si diœceſanus requiſ-
Tatuimus· tus, benedicere nolit Cistercien. Abbatẽ, ipse monachos proprios benedicere poterit. h. d. Casus li. Cisterciẽ. aliqn remouẽt abbates a monasteriis suis, uel moriunt̃, & alios in locũ eorũ subſtituũt, epiſcopi dię.

pi die. nolũt benedicere Abbates subſtitutos: ſtatuit Papa hic, ꝙ si ep̃s tertio requisitus eos benedicere renuerit, liceat ipsis abbatibus proprios monachos benedicere, & alia exercere, q̃ ad eorũ officiũ pertinẽt, donec ep̃i illos benedicant. B. No. ꝙ licet inferior parẽ non possit citare, quia citatio pendet a superiore, tñ potest requirere in his, ad quæ ex officio tenet, ad hoc
1 gl. i. de offi. leg. c. cum cã. † No. casum, in quo monitio quantũ
a cunque extraiudicialis dẽt esse trina, [a] quando requiritur superior de cõuincẽda eius negligẽtia. Et no. ꝙ reqsitio de superiore põt fieri per inferiorẽ, & subiectũ, & sic nõ exigit superioritatẽ. Et no. qualis dẽt esse reqsitio inferioris de superiori, quia
2 debet esse cum humilitate, & deuotione. † No. 3. qđ abbas, an
b te benedictionẽ, [b] non recipit ptãtẽ ſpũalẽ, & facultatem benedicendi monachos, qđ operaſ benedictio in persona Abbatis, & sic in benedictione recipit ptãtem talium. Not. 4. ꝙ pp contumaciam epiſcopi in benedicendo subiectus recipit potestatem, ac si foret benedictus, & sic est ar. ꝙ pp contumaciã in confirmando, ep̃s recipit ptãtem exercendi iurisdictionalia, quę tribuuntur in cõfirmando, de quo tñ in c. nihil, de elec.
c Not. ꝙ cessante contumacia [c] dispositum propter contumaciã cessat, & sic ad limites contumacię mensuratur pœna contumaciæ, uide de consti. c. ex literis. Opp. ꝙ tales subſtituti nihil possunt exercere, ex quo non sunt confirmati, de ele. c. trãsmiſſam, quia etiam potestatem administrandi suscipiunt demum a confirmationis tempore. glo. fatetur, ꝙ intelligitur decr. quãdo fuerunt confirmati, ꝙ confirmabũtur per ordinarios, quia non sunt exempti per ius commune, de quo de priui. c. recipimus, super prima gl. Aliquo tamen casu Abbas non confirmatus ponit anathema. ſ. de simo. c. sicut tuis, quod dic, ut ibi. Opp. secundò, ꝙ abbas non benedictus, non benedicat monachos, quia nemo dat, quod non habet, de iure pa. c. ꝙ aũt de don. inter uirum, & uxo. c. nuper, de re. iu. c. nemo. glo. non respondet. Sol. Abbatialem non habet, ideo illam non dat: benedictionẽ monachalem habet propter ordinem, ideo illam dat. vel dic, ꝙ hoc faciunt ex virtute iuris, quod eis non benedictis dat potestatẽ alios benedicẽdi, ne propterea in ſpũalibus, uel aliis ecclesia patiatur detrimentum pp negligentiam eporum, & similis datur indulgentia, ſup. de ele. c. nihil. §. fi. Vnde dicit hic Host. ꝙ etiam quemlibet simplicem sacerdotem Papa posset in hoc priuilegiare, quia benedictio Abbatis non est ordinis, sed est simplex, vide quòd no. in cle. attendentes. §. ſtatuimus. de ſta. mo. vbi vr tenere gl. quòd sit mista, & iõ non posset per Abbatissam fieri, patet hoc in Cardinalib. ꝓsbyteris qa dato, quòd s̃. sacerdotalẽ ordinẽ nullam benedictionem ſuscipiant, vtitur tñ epalibus insignijs, & minores ordines conferunt, & ſolenniter benedicũt. Opp. tertiò, quòd non debeant posse benedicere, & operari, quę sunt ordinis, si benedicti nõ sunt. Solintendit gl. ꝙ ea q̃ sunt ordinis nõ possit abbas aũ bñdictionẽ, quod no. & hoc vult hæc decr. q̃ ad hoc est notãda, nisi ius ob negligentiam non conferentis ſuppleat potestatẽ, vt facit hic in odiũ negligentiũ, & hoc ne ecclesia in ſpiritualibus patiat defectum, uel detrimentũ, secundum gl. quod no. Aduerte tamen, quòd vt dicit Inn. hoc priuilegium, vt benedicant abbates in negligentiam eporum, est priuilegium solũ Cisterciẽſe. Gl. vr ſentire ꝛ in c. cum contingat. ſ. de æta. & qua. Ioan. And. tñ tenet hoc dictum, & idem Host. & potest esse ratio fm Abb. vt sicut fine ſolemnitate destituuntur, sic ſine magna ſolẽnitate ministrant, & sine ſolẽnitate inſtallantur. ſ. de simo. c. ne Dei. & vide qđ no. s̃. de ele. c. venerabilẽ, ubi examinantur multa de hac benedictione. Quæro q̃ę sunt hęc alia, q̃ ꝓferd re põt Abbates non benedicti [d] in negligentia non datæ bñdictionis? dicit gl. quòd cõferre põt lectoratum in eorũ ecclesiis de æta. & qualì. c. cum contingat. 69. dist. c. j. dum tñ presbyteri sint, cum illa impositio manuum non sit, nisi quædam benedictio, j. q. j. c. manus. hoc non tenet Goff. dicit enim hãc potestatẽ, quæ transfertur propter negligentiam, nõ intelligi de manu ordinaria, sed de manu benedictoria professorũ, & hoc ſtatutum est in odium eporum negligẽtium, & fauore religionis, sicut & ñ baptizatus baptizat. 32. di. c. præter. §. ad hoc. Idẽ Inn. quia conferre lectoratum non est officij, sed ordinis, expectetur ergo benedictio, non tñ hæc potestas a ſolo pendet ordinario, sed ex ordine, & bñdictione. Alij ꝙ benedictio nihil facit ad collationẽ ordinis, sed priuilegium generale cõcessum abbatibus benedictis, quod possint conferre lectoratum, quod extenditur ad Cistercien. non benedictos, dolo, uel negligentia eporum, vt possint illum conferre, & alia facere, q̃ pertinẽt ad officium, fatentur autem ꝙ psalmiſtatum quilibet sacerdos conferre potest. Quid si semel requisitus eps denegat expreſsẽdic ꝙ amplius non est requirendus, de ele. c. cum inter uniuersas, de sent. ex. c. uenerabilibus, li. 6. de ap. c. ab eo, li. 6. de locaꝛ. potuit, aliàs elig tur trina. vñ sicut per trinã monitionem
e conuincit contumacia subditi, ita cõuincitur negligentia supe
rioris [e] post q̃ põt recurri ad superiorẽ, de off. or. c. duo simul, de iure pa. c. nullus. & consului, ꝙ de huius requisitione fiat instrm, de sen. exc. c. j li. vj. quæro an alĩ habeat effectũ hæc bñ-
f dictio? [f] dic ꝙ sic, quia subrogatur loco cõfirmationis, & tri-
g buit curam administrandi [g], ita qđ abbas benedictus solùm, & non confirmatus, põt administrare, quia hæc bñdictio succedit loco confirmationis, nec in tali fit examinatio, sed simpliciter benedicitur, sicut & tutor filio emancipato datus a patre sine examinatione cõfirmaſ. de testa. tu. l. pater. §. j. & hanc ptãtem recipit in negligentiam epi non benedicentis, per istã constitutionẽ, & idẽ si differat confirmare, quia eadẽ rõne põt illa, quæ tribuuntur in confirmatione, cũ eadem sit ratio, de q̃ſti. c. translato, cũ si. de ver. si. c. intelligentia. ad hoc de elec. c. nihil. & hoc in fauorẽ religionis, qui ampliandus est, non restrin gẽdus, de re. iu. c. odia, li. vj. Inno. de elect. in c. venerabilem, vũ uelle, ꝙ examinationem requirat, quia manus impositionem recipit, ut ibi, de æta. & quali. c. cum contingat. 69. dist. c. qñ. de accu. c. meminimus in quibus iuribus patet, ꝙ locus est examinationi, per quæ iura tenet hic Vin. & Io. ét ꝙ Ab. benedicendus est ab epo, ad hoc, 73. dist. c. sanctissimo. sed abbas dicit hoc non seruari. Item dicit Innocen. ibi, ꝙ benedictio licet tribuat plenitudinem pontificalis officii, non tribuit tamen potestatẽ administrandi quo ad temporalia, licet illa confirmatio præcedens, sicut in archiepiscopo, uel epiſcopo confirmata, illud operetur, & consecratio, uel pallium tribuit plenitudinem officii,

ADDITIONES.

a ¶ Trina. Adde Ro. consi. 37.

b ¶ Benedictionem. Adde Old. consi. 14. & ibi latè uide de benedictione Abb.

c ¶ Cessante contumacia. Quod cessante contumacia cesset pœna pro tẽpore futuro, probat tex. in l. j. §. si frater, ff. de colla. bon. do. Laſ. in l. j. col. 14. in ul. no. ff. de off. eius cui mandata est iurisd. Seb. Sap.

d ¶ Abbates nõ benedicti. Tu uide p Io. An. i cle. attẽdẽtes, §. ſtatuimus, de ſta. mo. ubi dicit, qđ ét ante benedictionẽ põt uti baculo pastorali, anulo & mitra. Idẽ tenet iſte in c. inter monasteriũ, col. fi. uer. quæro ulterius, inf. de reiu. per Fel. in c. eã te, col. 5. uer. ult. restringitur, inf. de rescrip. dixi aliquid i addi. ad istũ in c. super his, §. cum uero, nu. 4. & ibi in apoſt. in uer. cle. Zac. ¶ Circa hoc an electus in abbatem, ante benedictionem sibi collatã, hẽat nomen abbatis, & possit uti mitra, & baculo pastorali: uide quæ habentur in c. inter monasterium, de re. iudi. & per Gul. de Langde. in cle. 2. de ſta. reg. & uide tex. in c. j. de sup. neg. præla. & uide d. Abb. post Host. in d. c. inter monasterium. in ul. col. & Inn. in c. quanto. de offi. ordi. & an abbas non benedictus possit conferre ordinem ſpalmiſtatus: uide Inno. in c. 1. de sup. neg. præl. & in c. ult. de tempo. ordi. li. 6. & concluditur, quòd non. Et an abbas ex sola electione habeat iurisdictionem, ante benedictionem? uide no. in præl. c. quanto, de of. or. & qualis benedictio detur abbati: uide glo. in cle. attendentes, in §. ſtatuimus, de ſta. reg. & habetur per gl. & Do. in c. j. de sup. neg. præl. & per Io. in c. meminimus, de accu. & in c. noua quædam, de pę. & remi. in c. tuam, de æta. & qual. & in c. cum contingat, eo. ti. An. Fran.

e ¶ Superioris. Adde quod Ro. cons. 412. per clem. quamuis rigor, dicit, quòd sufficit interpellatio unico contextu multiplicata.

¶ Ad hoc an sufficiat unica interpellatio ad cõstituendum quem in mora? dicas, ꝙ non solum sequitur trina interpellatio, sed si creditor dicat simpliciter debitori, ego pecuniam mihi debitam peto, dicitur eũ interpellare, ut uidetur tex. in l. etiam, & ibi Bart. no. ff. de leg. j. & uide Bar. in l. si qs mihi bona, in §. sed si mandauit, ff. de acqui. hæredi. Et adde, ꝙ si promitto soluere x. hinc ad pascha, & deinde in posterum ad petitionem debitoris, lapsus diei paschalis interpellat, & constituit debitorem in mora, ut est not. gl. in l. cum stipulatus sim mihi a Proculo, ff. de ner. ob. & habetur per Bal. in l. fi. in §. præterea, C. de iure do. ubi dicit, quòd si flatuto cauetur, ꝙ debitores non possint exigi intra annum, quod cursus talis anni interpellat, & constituit debitorem in mora, de quo etiam habetur in l. magnam, & in l. optimam. C. de contra. & comm. ſtip. & in c. potuit, de loca. & an interpellatio debeat fieri in iudicio, uel sufficiat extraiudicialis, habetur per Bar. in l. si ex legati causa, ff. de uerb. ob. & in l. cum postulaſſem, ff. de dam. infec. & adde, ꝙ administrator, qui interpellatur, ut soluat debitum, debet de debito certificari per ostensionem probationum, aliàs nõ constituitur in mora, ut per Bar. in l. si ex legati causa, præal. & in l. quod te, ff. si cer. pe. & uide etiam Bar. in l. item illa, ff. de conſt. pec. ubi ponit an ſufficiat interpellatio in termino ſtatuto, vr recedi a pœnis ſtatutis post terminũ, ut est no. gl in l. Aemilius, ff. de mino. & ibi per Bar. in gl. magna, & an interpellatio semper ſit necessaria, uide no. in l. debitores, C. de pigno. & in c. quidam Iberus. ff. de feriis. turb. præd. & quando quis dicatur constitui in negligentiã? uide no. in cap. fi clericus, in uer. negligenter, de præb. li. 6. & habetur per Arch. 16. q. 3. in c. placuit, & per Inno. in c. nouit, de sen. exc. & habetur per glo. in c. ea quæ. de of. arch. in fi. de sup. ne. præl. li. 6. & uide no. in c. licet canon. de elect. eo. li. & per Io. An. in c. licet, de sup. ne. præl. in 6. Et adde, quòd si prælatus negligit facere id, quod tenetur, uel etiam capitulum præterquam in collationibus beneficiorum, debet moneri a superiore, ut intra certum tempus faciat, aliàs superior facere poterit, no. in c. j. de sup. neg. præl. & uide gl. Io. An. in c. pe. de rescri. li. 6. & gl. in c. fi religiosius, de electione, eodem libro, & uide per eundem Io. An. in c. cum ecclesia Vulterana, de ele.

f ¶ Hæc benedictio. Quid sit benedictio, declarat Archi. in c. quoniam. 79. dist. qđ est quædam solẽnitas orationum cum manuum impositione, quæ nullum confert ordinem nec characterem, & dicit idem Archi. in c. manus, j. q. j. qđ impositio manuum est quædã solennis oratio, uel benedictio, quæ benedictoria dicitur, & est quasi sacramẽtum, & quid cõferat benedictio? declarat Archi. in c. meminimus, in c. 2. uersi. sed quæritur. de accu. ubi dicit qđ in abbatissa nihil confert noui iuris, sed in abbate confert potestatem conferendi ordines, & benedicẽdi. Idẽ noluit Imo. in c. uene. de ele. An. Fr.

g ¶ Administrandi. Adde Old. all. cons. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

officij,de authoritate, & usu pallii. c. nisi.Et intellige quando episcopus malitiose tenuit,quod præsumitur, eo q requisitus renuit,nullam causam prætendẽs,sed si iustam causam prætẽdit,abstineat,ut uterque suã iustitiam prosequatur, ad hoc de rescrip.c.si quando,de appellatio.c.ut debitus.de his, quæ fiũt a maio.parte capituli,c.j.Si tamen episcopus ius suum probare non potest,priuetur,de electio.c.j.lib.vj.nec hæc deeret.causam rationabilem excludit,quicquid dicant alij, quę in omnibus consideranda est,de accusa.c.cum dilecti. Quæro,qui confirment Abbates?dic,dato q non sint exempti,sunt per episcopos confirmandi.in multis tamen locis dicit Hostien. q patres abbates,illos confirmant,& non uidet quo iure id faciũt, nisi super hoc habeant priuilegium.

SVMMARIVM.

1 *Canonici regulares an ueniant appellatione monachorum?*
2 *Patronus si non præsentat intra terminum determinandum, ius præsentandi transit in superiorem.*
3 *Delictum in cõmittẽdo,& in omittendo continetur appellatione excessus.*
4 *Monachi an possint præsentare monachum ad ecclesiam subiectam monachis, quæ consueuit regi per clericos seculares?*
5 *Patronus præsentans scienter indignum, priuatur potestate præsentandi.*

CAP. II.

Sicut nobis. Regulares in suos usus cõuertere nõ possunt ecclesias, in quibus obtinent ius patronatus,& si intra tempus Lateran.concilij, quando uacant,nõ præsentent rectores ad eas, superior ordinabit easdẽ. Cõis diuisio.Secunda ibi,nolentes.Casus literalis. Quidã regulares habent ecclesias ad eorum presentationem pertinentes,quas usibus propriis appropriare nituntur.nolũt ad eas cũ uacant,aliquos presentare,sed instituunt ibi vicarios occasione concessionis quorundam eorum, & destituunt pro sua uoluntate,& ita grauant eos pensionibus,qđ non pũt eis competenter in pauptate deseruire, nec eõ in epalibus respondere, nec hospitalitatẽ seruare.Significatum fuit hoc dño Papæ,ne antiquus status ecclesiæ,pp hoc,subuertatur.Mãdat quatenus nisi sint exẽptæ ecc.supradictæ a iurisdictione episco.excessus illos studeat rationabiliter emendare, & nisi intra tps in concilio Lateranen.const.tutũ pdicti monachi præsentauerint ei psonas ad uacantes ecclesias,ex tunc liceat sibi,appellatione remota,in eis ordinare rectores,ita tũ,q nullum patronis in posterum piudicium generetur Bern. † No.primò,quòd appellatione monachorum non comprænduntur canonici regulares,licet equiparentur multoties in iure, ut hic,& de post. pla.c.2.No.q monachi capellas,in quibus habent ius patronatus,non pũt propria authoritate propriis usibus deputare.No. 3.q monachi in capellis subiectis quò ad ius patronatus non hnt ius instituendi,& destituendi, nec eis ab epis concedi põt, ut ibi dent uicarios ad nutũ reuocabiles.No.tria,ad quę quælibet ecclesia tenetur,ad onera presbyteri sustentanda,ita q sufficienter alimententur,ad onera episcopalia,& ad hospitalitatem transeuntium.Et ut dicatur ecclesia sufficiens,oportet q talia sustentare possit,unde monachi non pũt in tãtum grauare ecclesias,q talia non possint supportare.Et no.q rector ecclesiæ non superior ecclesia hns ius patronatus, est illa q̃ grauari põt pro epalibus persoluendis.No. ad epi cũram pertinere,ut ecclesiæ manutenentur in statu antiquo,in quo fuerunt instituræ,& ordinatæ.Nota,episcopum non posse supplere iurisdictionẽ in ecclesijs exemptis,hodie dic, ut in clemen. j. de sup.negl.præla.†No. q per negligentiam patroni clerici intra tempus sex mensium in præsentando deuoluitur potestas pro uidendi ad superiorem, & sic tempus statutum ad conferẽdũ in Lateranen.concilio habet locũ in actu,& potestate præsentandi, qñ potestas pertinet ad clericum, scilicet in clericis,in laicis aũt est quatuor mensiũ, a de quo dic, ut habetur in c. j. de iure patro.lib.6.Nota,q ex deuolutione potestatis præsentandi ad illum,qui hẽt potestatem conferendi,non mutat modus prouidendi,ut ibi per patronos prouisio fiebat, nunc toto isto actu prouideatur,de quo de electio.c.ne pro defectu. vide cle.j.eo.ti.& quod ibi no.gl. No.quod deuoluta potestate ad superiorem pp negligentiam inferiorum ultra actum, & exercitium pro illa uice prouidendi, nullum infertur præiudicium patronis,habentibus ius præsentandi. No.† q appellatione cessus comprehenditur delictum in committendo,& omittẽdo.Vr primo qđ possint monachi in capellis instituere, & destituere, 16.q.2.c.j.de præscriptio.c.cum olim,de priui. c. quoniam.Sol.ℑrium procedit in ecclesijs pleno iure subiectis, qđ hic procedit in ecclesijs,in quibus habent tantum ius patronatus,quia ex illo habent nudum ius præsentandi,& de temporalibus rationem petendi,de præben.c.in Lateranensi, de priu. c.cum & plantare.§. in ecclesijs, uide ℑ. de officio ordinarii.c. cum uos,de ap.c.bonæ,uide de præbend.c.de monachis,de relig.do.c.cum uenerabilis.nota tñ hanc gl.quę bona est in hoc. Videtur secundò,quod & in exẽptis in talibus suppleat diœcesani authoritate Pape,ut clem.j.eod.tit.Solu.fatendũ est ho die in hoc decre correctã. Tertio quare nõ tenuit cõcessio epis gl.dicit.quia facta sine consensu capituli, sine quo non põt aliquid đ fructibus,uel iuribus epatus donare.de do.c. pastoralis.

b In gl.episcopalibus,dum dicit ibi, de cathedratico. b ℑ hoc uidetur facere,q̃a monasteria non sunt eõ a lege diœcesana subiecta.x.q.i.c.i & xvi.q.i c.cum pro utilitate.Sol. ℑrium procedit in monasteriis,hoc autem in eorũ capellis,tñ tenentur ipsa monasteria ad procurandum,nisi sunt exempta.ℑ.de pscrip. c.cum ex officij,in glo.pen.in fi.de hoc dic,ut de priui.ca.lib.6.

4 † Quæro, an ad ecclesiã subiectã monachis, quæ consueuit g clericos seculares regi,possint monachi monachũ præsentare? dicit Petrus,& Abbas,quod non,per hanc decr. quia status ecclesię immutari non debet,quod credit Ioan. Andr. uerum in curatis,uel si presentarent illum,vt claustralem,ad hoc,clemẽ. quia regulares, eod. ti. ubi de hac quæstione dr ad hoc curatus seculare pũt monachi de iure promoueri,de statu mona.c. cũ

5 ad monasteriũ. † Vltimo per hanc decre.dicit Host.q̃ficue eũ gens scienter indignum,priuatur potestate præsentandi,etiam dato,q sint laici, primò ut puniantur,in quo delinquunt, de transla.episcopi.c.secundo,quia non refert,an nullum,uel minus dignum eligant,de transla.epis.c.2.tertio,quod ius pinguius habent patroni clerici,quàm laici,& si priuantur, ergo fortius laici patet in eo,quod notatur de iure patron.c.quoniam. & c.cum propter,dicit, q aliqui sentiunt contrarium . dic, q hoc est uerum,ut notatur infra de officio ordinarii, c. cũ nos. Ant.de Butrio.

ADDITIONES.

a ¶Quatuor mensium. Adde quod si communiter spectet ad clericum, & laicum, quòd propter connexitatem laici habent sex menses, ut dicit Fede. cons.68.

Ad hæc. Perpetuus vicarius per episcopū institutus, per rectorē remoueri, vel portione sua fraudari non pōt. Primò ponit duplex dictum. Secūdò excipit, licet impropriè, ibi, nisi. Casus lit. prælatus ecclesię de authoritate, & assensu episcopi instituit uicarium in ecclesia sua. & eidē constituit portionem certā. decessit prelatus ille, alter ꝑ substitutus ē illi. Quæritur utrū possit uicarium illum remouere, uel portionē illā sibi assignatā diminuere? R ndet papa, q̄ neutrū facere pt, nisi aliqd cōmittat, pp q̄ p iudicū sit in uicaria, uel bñficio cōdēnādus. B. No. i. q̄ uicarius in ecclesia ꝑstitui nō pt sine authoritate diæcesani, & sic qs in eccl'ia curata nō pt dari uicariū ad exercēdū offiū curę absq. authoritate diœcesani, & sic institutio authorizabilis ēt respectu uicarię ꝓpetuę, non
1 spectat ad iferiorē epō uide sup. de offi. Arch. c. cū satis. † No. 2. q̄ rector ecclesiæ uicariū instituturn a ꝓdecessore suo, sine authoritate episcopi, remouere nō pōt, & sic licet successor nō teneat stare colono, ne prę. vi. suas c. querelā. tenetur stare uicario ꝓpetuo p prędecessorē. de authoritate episcopi constitu to, sicut & stare integritati portionis sibi assignatę. No. q̄ institutionē authorizabilē facit inferior episcopo de authoritate epi. Et collige hic practicā dictandi instrumentum de uicaria
2 tu, ad hoc de re iud. c. cū Bertholdus. † Opp. q̄ patroni exigat cōsensus. 16. q. 7. c. decernimus. Sol. intellige, q̄ exigat cōsensus ēt patroni, q̄a in eccl'a nō pōt dari ꝓpetuus titulus absq. ꝓsensu patroni. Dicit gl. q̄ hoc nō credit, q̄ exigat patroni ꝓsensus, cū demū vacante ecclesia hēat ius pśentandi, sed eccle sia nō dr vacare institutione ꝓpetui uicarij, & hoc vr hic innui in fi. gl. Ala. & Inn. dicūt, q̄ si nō interuenit cōsensus patroni, pu. sio nō durat post mortē pśonæ, remittit de fil. præsby. c. ꝓpositi, & hoc tenet gl. de iure pat. c. postulasti, in vlt. gl. tenet Tan. & Goff. & refider in hoc Io. An. Cōsensus āt epi regritur ad ꝓpetuādā uicariā, alias mortuo ꝑlato expiraret, q̄a nō esset, cuius officio fungeret, & est simile d trāsa. c. veniēs, c. de cęterō, f̄m Goff. Et ex hoc sequtur, q̄ nō pōt minui eius portio, nec sine cā remoueri, f̄m Ho. Plus dicit Inn. q̄ ad hoc, ut posſ sit istū ꝓpetuare in titulū necessarius est cōsensus capituli, ma ximè ubi ꝑbendæ, & canoniæ ꝑ capitulū solū, uel Epm, & capitulū cōferunt, de his q̄ fi. a præla. c. ea noscitur, & q̄ dr de his q̄ fi. a prę. c. cū apostolica, speciale est f̄m eū. officialē vero sine capitulo ꝑstituit, & destituit, ut dicā. inf. eo. c. fua. Quæro, an vicarius ꝓpetuus dicat ecclesiā habere intitulatā? dicit hic gl. q̄ non, habet tm̄ ius vicariæ, ita qd̄ expelli non potest, ac si haberet titulum sine iusta causa, & tunc per iudicem, non ꝑ prælatū ipsius ecclesię: solus. n. est prælatus intitulatus, ad hoc de ꝑben. c. cū nō ignores. No. gl. apertè tenentē, q̄ vicarius ꝓpe-
a tuus propriè nō est intitulatus, ª sed dr habere quasi ecclesiā, ut cōmendatam, uide de filijs ꝑsby. c. constitutus, & c. prouideas. Quare non potest minui pensio pro uicario ꝓpetuo? dic quia perpetua est. inf. de cēsi. c. prohibemus. nec ob. ibi, q̄a nō
3 est hæc pēsio, sed beneficium perpetuò constitutū. † Venio ad quęsita doct. q̄ro, an sine authoritate episcopi possit rector cō stituere vicariū? dic q̄ non, q̄n agitur de uicaria de nouo constituēda, & p q̄ns de certa portione redditū assignāda. de ꝑb. c. nisi essent. & c. extirpādæ. & quia institutio spectat ad Epm, de offi. Arch. c. cum satis. f̄m Host. Quæro, vicarius temporalis datus est, mortuus est postea prælatus, an ipse uicarius a successore totius tpis salarium petere possit? vī q̄ sic, ff. lo. l. qui operas. C. de cond. ob cau. l. pecuniam. In contrarium, ff. lo. l. ex ꝺducto. §. cum quidā. ff. de condi. cau. da. l. si pecuniam. Dic
b quod totius temporis salarium petet, ex quo ꝑ eū non stat, b nisi

ADDITIONES.

2 ¶ Non est propriè intitulatus. Adde gl. fi. in cle. i. in uer. sacerdotium, & ibi Car. eo. ti. qui tenet de directo contrarium. concor. ut per eundem Car. in cle. dudum, §. uerum, q. xxii. de se. pos. Abb. in c. G. perpetuus, in prin. & ibi Fel. etiam in princip. inf. de fi. instru. Zac.

¶ De uicario perpetuo, an & quando dicatur habere curā? uide gl. in c. super eo, de præb. lib. vi. & uide d. Car. in cle. i. in ix. q. de offi. uica. ubi etiam ponit, an uicaria perpetua comprehēdatur sub nomine officij, & an Vicarius perpetuus possit alium substituere uide Car. in ea, cle. in q. xi. Et adde quod Vicarius perpetuus subiacet dispositioni de rectore curato, ut per Car. in cle. i. in xxv. q. de of. vic. & adde etiam, q̄ uicarius perpetuus pōt eligi etiam, qui est in minoribus, uide Car. in cle. i. in pen. q.

b ¶ Per eum non stat. Per istam rationem dicit in simili Ro. cons. 75. inci, euidenter, q̄ si iudex extra formam statuti nō possit percipere salarium, nisi post sententiam, si per eum non stat, quominus ferat, debet tamē percipere salarium, ac si tulisset, in contrarium tamen uidetur facere tex. in l. legatum, C. de cond. infer. sed uide dist. quam ponit Bar. in l. i. C. de instit. & substi. & dixi latè in d. l. diem functo, ff. de of. assess. Seb. Sap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nisi in residuo operas locasset, ff. de offi. asse. l. diem functo, ff. lo. l. sed addes. §. cum quidam tenetur. n. successor ad debita pdecessoris, de sol. c. i. Hoc dictum credo uerũ interueniẽte authoritate Epi, vel utilitate ecclesiæ, alias fortè dicendũ est secus, p no. in c. fi. inf. ne prælvi. suas. dicit tñ Inn. hoc eẽ uerũ, si res intuitu ecclĩæ acquisitæ remãserũt successori, alias. petat ab hẽdib⁹, & adde q̃ no. de lo. c. pp. Quæro, an epũs absq. cõsensu repræsentãtis, a vicaria, esto q̃ uiuat, ex cã possit hũc vicariũ remouere? ꝛ q̃ nõ, ut in reg. i. de reg. iur. ad hoc de offi. Arch. c. ad hæc. §. fi. Tñ est uerũ, alias Epũs inferiorẽ hñt cõiudicẽ, & collegã, & essent in uno corpore duo capita quasi mõstrũ, ℈ id de offi. or. c. quñ. puto tñ q̃ pona dẽt citari, ut ipsã defendat, si uelit, & sic intelligit dicta decr. ad hæc, in fi. & sic p utrũq; cõter amouẽt pona citata. & certificata a iudice, i. Epo solo eãm examinãte, & iudicante, & eodem modo intelligit q̃ ibi dicitur de archidiacono requirendo, secundum Host.

SVMMARIVM.

1 *Clericorum appellatione veniunt omnes in ordinibus sacris constituti.*
2 *Vicarius an possit dare vicarium?*

CAP. IIII.

Clericos. Vicarius, uel prælatus vicarium sibi substituere non põt. Casus lit. prelati ecclesiarũ, in quibus habẽt curam aiarum, uel aliam dignitatẽ, propria persona debent deseruire ecclesiæ, & non debent substinere sibi uicarios in vicariis ecclesiarum, quas ecclesias sunt adepti. Aliter potest componi iste casus. aliquis adeptus est vicariam in aliqua ecclesia. vicarius iste non potest alium vicarium substituere in uicaria sua. B. No. i. q̃ uicarius non dat uicarios tẽporales, uel perpetuos. no. pro absurdo uitãdo. † No. hic aperte appellatione clericorũ comprehendi ẽt præsbyterum, & quẽlibet in sacris ordinibus cõstitutum, uide gl. sup. de fil. presby. c. literas. Opp. litera dicit, q̃ vicarius non dat vicariũ. innuit per hoc, q̃ prælatus det uicarium, quod est falsũ, de preb. c. extirpandæ. §. q. uero. Sol. dupliciter intelligit. Primò q̃ litera sonet, ut clericus. i. prælatus non det uicariũ, & ordina literã, ut glo. & tunc non ob. contrarium. Secũdus intellectus est, † quod intelligitur in uicario, & est sensus, quod uicarius non det vicarium, & tunc ordina literam, ut glo. Sed ob. Tñ, d. q̃ contractus sensus intelligitur ſm sensum iuris, ut det vicarium in casibus, non regulariter, ut cum prælati ex dispensatione nõ promouẽtur, nec abiunt, uel consuetudo excusat non residentem, de appel. c. puenit, de cle. non resi. c. pen. no. L. au. & Inn. sup. e. c. 2. exẽplum de cle. c. cũ ex eo, lib. vi. de re. c beneficiũ, eo. lib. Et intellige, ut constituat de authoritate episcopi, de cler. pereg. c. fi. ad hoc in clem. eo. ti. c. i. in glo. Et qlibet potest ipsum habere, ut suppleat defectũ ipsius rectoris. 7. q. 1. c. illud, & nihil. hoc tamen casu propter defectum nõ excusatur prælatus a residentia, & sic nõ obst. de præb. c. extirpãd c. § qui uero. nec minuitur, imo augetur cultus diuinus, q̃ semper fieri debet, de consti. c. ex parte. § i &c. cum M. Ferra. § fi. Sed ob prædictis, quia uidetur, q̃ uicarius possit dare vicarium, sicut potest delegatus subdelegatum, de re iud. c. cum Bertoldus. sed dicit ibi, q̃ factum narratur, uel ibi dat ad certũ nudũ articulum, sicut hic posset. dũmodo non ex toto cõmittat uices. Nõ ob. q̃ dicitur de proc. qui ad negotia, & lites cõstituit procuratorẽ, de procu. c. i. lib. vi. & quod ibi no. quia uerum, quia efficitur procurator dominus lit. contest. sed non sic dñs efficitur rector, sed procurans, & quia in illo non viget electa industria, in isto sic, de offi. Archipresbyte. c. 3. ff. de sol. Inter artifices. maximè propter certũ ministerium, & mãdatũ. Itẽ pt dici speciale, ut uicarius uicariũ nõ cõstituat pp infinitatẽ uitandã, ar. de reser. cũ in multis, lib. vi. xi. q. iii. c. qñ. Licet autem a iure vicarius sibi alium substituere non possit. ff. de peri. & com. rei uẽd. l. necessario. §. vl. de iu. do. l. si usus fructus. dicit tñ Host. q̃ ad tempus permodicum, & ex magna causa, & non nimis frequẽter poterit alium relinquere loco sui, sicut fit tota die. ar. ff. de offi. eius cui man. est iu. l. i. §. i. de ap. c. peruenit. 2. & uide Io. And. in nouel. de elect. lib. vi. c. cum ex eo. qñ non hñt mandatum substituẽdi, si sunt infirmi, uel impediti delegant causas tunc pendentes. An.

SVMMARIVM.

1 *Literæ obtentæ præter stylum curiæ præsumuntur subreptitiæ.*
2 *Subreptio nititur gratiam ipso iure. nu. 3.*
4 *Vicarij iurisdictio an cesset mortuo illo, qui fecit ipsum vicarium?*
5 *Vicarius papæ, quam iurisdictionem habeat?*

CAP. V.

Sua nobis. Vicarius papæ in urbe iurisdictionẽ nõ hẽt, extra urbẽ sic. h. d. Ponit dictum, & ipsius rõnem, ibi, qñ, quam fortificat, ibi, præsertim. ex quibus infert, ibi, mandamus, & ibi, vicarij literas, i. deest concessas a uicario alteri uel. i. papę uicario. Casus lit. Clerici cuiusdam plebis episcopi Vulterani iurauerunt sibi eligere prælatum, ad uoluntatem laicorum, & sic elegerunt sibi prælatum, & electionem suam episcopo præsentauerunt. Episcopus cassauit illã electionem, & excõmunicauit laicos illos, q̃ clericos compulerant, & ipsos ẽt clericos pro isto, & aliis excessibus excommunicauit, & impetrauit literas ad archiepiscopũ Pisanum, & suos conitidices, ut eos tanq̃ excommunicatos faceret euitari, usq. ad debitam satisfactionem. Post hoc pars aduersa literas ab epo. Portuen. uicario domini papæ, ad episcopũ Lucanũ, & suos cũiudices, q̃ authoritate illarum literarũ laicos absoluerũt excommunicantes Episcopum Vulteranum. episcopus Vulteranus significauit hoc totum domino papæ, prius tamen ex abundanti appellauit, licet sententia illa non teneret, sup hoc scribit papa iudicibus, dicẽs literas uicarij per subreptionẽ obtentas, q̃ a iurisdictio, uicarij, quam Ro. Pontifex reliquit in urbe, nõ extẽditur extra urbem, nisi ſpaliter sit ei cõcessum. præcipuè cùm ipse moretur in sua prouincia ſpali, uidelicet inter Capuanam prouinciam, & Pisanã. Vnde mandat papa, q̃quid uirtute illarum literarum factum est denuncietur iterum, & inane. B. † No. i. q̃ literæ obtentæ præter stylũ curiæ plũmuntur subreptitiæ, aut falsæ. & no. q̃ ubi in literis aliqd de speciali mãdato concedit, in dubio hoc concessum nõ intelligitur, & sic nõ plũmitur, simile q̃ dicimus in delegato, q̃ non creditur eius uerbo de his, quæ præter ius, & spaliter committuntur præter communẽ regulam, nisi aliter doceat. de sen. exc. c. ad eminentiã, & no. de offi. leg. c. q̃ trãslatio nẽ † No. 2. istũ tex. q̃ ubi subreptio trahit originem a cã fundi tus annullãte, illã utiliat ipso iure, ad hoc tex. & gl. de reser. i. lib. 6 simile q̃ no. de ele. cauditis, & dixi eo ti. c. cõsideranmus. No. q̃ inter Capuã, & prouinciã Pisanã est diœcesis papalis, uel. p. uincia papæ. Op. q̃ eius iurisdictio extra urbẽ sit exẽctat usq. ad cẽtesimũ miliare. ff. de offi. præsec. urb. l. i. § in ini tio, dicit gl. q̃ in urbe, & intra centesimũ miliare. † Op. q̃ gestũ p literas subreptitias non sit nullum, sup. de reser. c. ad audientiam. gl. dicit, q̃ iurisdictio limitatur ad urbem, & nõ censetur cõcessa extra urbẽ, & dato, q̃ literæ appareant, præsumunt subreptitiæ, & nulla cõfertur iurisdictio extra urbẽ. Dic q̃ si est subreptio circa impressionem ptãris, ubi procedit ratio limitata, ultra limites nõ plũmitur cõcessa, & sic surgit nititur a cã fundituus annullãte, & nititur ipso iure, ut hic. uel hoc exponẽ per subreptionem. i. per falsitatem. uel intellige de literis a uicario obtẽtis sup iustitia, uel aliter, quam ultra limites sibi prætis extensas, quamquam subreptitiæ sint nullæ, & sic defectus surgit a causa fundituus annullante. Primus ergo intellectus est q̃ loquat de literis potestatis uicarii. Secundus, q̃ intelligatur de literis a uicario cõcessis. & hic est melior. Quæro, an uicarius hẽat ordinariã iurisdictionẽ? Host. & Inno. dicunt, q̃ sic, p literam. ibi, qñ iurisdictio, q̃ patet, q. a concernit uniuersitatẽ territorij, ad hoc simile quod dicit gl. 25. di. c. perlectis, in gl. magna, quia appellatione iurisdictionis, in dubio intelligitur ordinaria, & uide gl. e. ti. c. ii. in gl. i. lib. 6. Ho. remittit ad Sum.

4 co. ti. † Nunquid aũt mortuo episcopo, uel eo, qui dedit uicariũ, cesset iurisdictio uicarij? Host de offi deleg. in c. quoniam. Abbas, dicit q̃ sic alle. ne sed uacan. c. illa, & c. fi. & sic dicit de cõsuetudine seruari, quamuis capitula plerunq. tales contineant, uel remouẽt, pro eis, de maio. & ob. c. cũ olim. ff. de iudiciũ. de hoc de hære. c. ad abolẽdã. in prin. Quæro, an Epus possit sibi cõstituere officialem absq. cõsensu capituli? dico, q̃ sic, & remouere, ut no. Host. in sum. co. ti. § in ghus, uerũ. nunquid, & hoc ẽt approbat consuetudo in talibus seruanda.

5 de his q̃ fi. a præla. c. ea nouitur. † Circa officium uicarij papæ de quo alibi non habetur in iure. Quæro primò, an excommunicatus possit absoluere de facto sæpè uidemus, q̃ absoluũt, putat Io. An. ex speciali cõmissione fieri, alias nõ putat. q̃ possit saltẽ aliunde uenientes, & idẽ uẽ dicendũ de subditis, si dicerẽtur illum habere uicariam illius potestatis, q̃ hẽt in urbe, ut Patriarcha, uel episcopus urbis, non q̃ habeat, ut episcopus urbis, tunc enim non absoluereꝛ etiã subditos, nisi in casibus

ADDITIO.

a ¶ Subreptitię, aut falsę. Adde Paul. in c. ex parte, nu. 4. & q̃ ibi dixi in apost. in uer. fi. secundum iussionem, sup. de reser. dixi etiam post alios, in addi. ad eundem, sup. in pro œ. Greg. num. i. in apost. in uer. stylus, quibus adde Hippo. de Mar. sing. 118. inci. stylus curiæ. Zac.

¶ Ad hoc quod dicitur de stylo, addas q̃ stylus curiæ debet seruari, ut ibi obseruandum, ff. de iudi. & per Bar. in l. uris peritos, & ibi p Nic. de Neap. in additio. ff. de excu. tuto. & quando non est seruatus stylus curiæ subreptio est de falsificate literarum, ut in c. ex literis, de re iud. & in c. quã grauis, de crimi. falsi. & in c. per tuas, de sent. excom. & utrobique uide per do. Abba. & per eundem in c. licet, de cri. falsi, ubi dicit, q̃ stylus curiæ Ro. inspicitur quo ad dictandi modum, quo ad scribendi formam, quo ad tractus literarum, & quo etiam ad qualitatem chartæ, & ad materiam, uide per Specula, in tit. de reser. p. præsentat. in §. ratione formę quoque, ubi etiam dicit, q̃ stylus cancellariæ do. Papæ fundatur in iure communi, & debet seruari sicut ius commune. Ant. Fran.

in quibus absoluunt etiam alij, & eius vicarij, de sent. exc. c. a nobis. c. peruenit, & c. quãuis, c. de cætero, c. ea noscitur, c. ea noscitur, & c. quod de his. Quæro 2 an conferat beneficia in vrbe hẽntia ad collationem Papæ, vel inferioris, vt posset Papa ut sup. dixi non, nisi ad hoc haberet speciale mandatum. inf. c. fin. lib. 6 Quæro an ordinare posset, vel cõmendatitias ad ordines dare? tenẽdũ est, quod hẽ de tempor. ordin. c. cum nullus, in 6. Quæro an diœc. urbis includaẽ iurisdictione eius? dic q̃ non, ut hic. & ff. de officio præfec. urb. l. ulti. unde non uenit diœc. appellatione urbis, a ubi aliud non exprimitur, nec q̃ tinentia ædificia, b & suburbia, de sen. exc. c. si ciuitas, lib. 6. & in hoc oportet commissionis formã attẽdi, ad hoc quod dicit tex. & inf. de priui. c. porrò. Item cũ in urbe sint tituli Cardinalitii, qui quo ad suos subditos hñt ius epale, vt no. ff. de maio. & obed. c. his quæ. quęritur an iste uicarius possit cognoscere de causis subiectorũ titulis Cardinalium? videtur q̃ sic, quia hic excluditur iurisdictio solùm extra urbem, ergo intra illam habet, quã Papa, cum sit idem utriusque auditorium. c. ii. de constitu. li. 6 de appel c. Romana eo. li. ad hoc quia legatus Papę auditur per querelam, vt patet de offi. leg. c. i. Item quia hoc potest vicarius episcopi quò ad subiectos episcopo, de offi. ord. c. Pastoralis. ergo & vicarius Papæ, & fortius. & hoc tenendum vr, etiam dato q̃ teneatur, q̃ uicarius non habeat papalẽ, sed episcopalem iurisdictionem in urbe, uel Patriarchalem, quæ licẽt legatus possit, qui æquiparatur proconsuli in urbe, de offi. leg. c. 2. lib. 6. de ele. c si abbatem, eo lib. nõ poterit hic vicarius nisi immediatos urgere, quia (vt dixi) non debet minus posse vicarius. Quæro si vicarius sit ad tempus constitutus, & iuramentum præstitum, uel sub pœna de non reuocãdo ante tps, an si prius reuocaẽ teneat reuocatio? & dato q̃ tenea, an sint periuri, an inciderint in pœnam? dic q̃ sine causa reuocant, licẽt aliquibus uideatur, q̃ sint periuri, & incidant in pœnã tenet reuocatio, si faciant cum cã, ut quia malè gerunt officiũ uendendo iustitiam, uel similia faciendo, non sunt periuri pp tacitam conditionem subintellectam, de iureiu. c. quemadmodum. nec cadunt in pœnam, per no. de præben. c. dilecto, & in quæstio. de teste iurato, super reg. quod semel, de re. iu. li. 6. Per hanc decre. dicit Host. q̃ Papa potest, & quilibet alius iurisdictionem, quam committit restringere ad certum locum, & ad certum tempus, & ad hoc, inf. de offi. deleg. c. de causis, & utrobique potest restringi & reuocari potestas per concedentem. unde dicit Paduæ consuluisse, vicarium per capitulum datum ad tps uacãte sede, ante tempus reuocari posse, ad hoc qd no. sup. in 3. glo. ff. de re iudi. i. iudicium, & de precar. c. fin.

ADDITIONES.

1 ¶ Non uenit diœcesis appellatione urbis. Circa hoc an appellatione urbis ueniat diœcesis? primo dicas, q̃ appellatione urbis uenit ciuitas Romana excellẽtia. Inst. de iure nat. §. ius aũ. nisi addereẽ uerbũ, sacra, qa tũc intelligereẽ de ciuitate Hierosolymitana, ut no. uoluit Bal. i l. j. C. de nauti. fen. & qd uenit i dubio ciuitas Romæ, hẽ ẽt in cle. 2. & ibi p d. Car. de iu. & in de. 3 in pri. de iu. iur. & hẽ i c. Feli. ubi p doc. i §. fi. de pe. li. 6. Et adde q̃ ap. bos, uenit comitatus, ut p Bar. i l. j. §. cũ urbẽ, in 3. no. ff. de of. pf. ur. & uenit ẽt suburbia in l. urbis, i prin. & ibi Bar. & doc. ff. de uer. fi. & qd de castris, & uillis, hẽ p Bar. i l. fed & reprobari, i §. fi. i 2. col. & ibi p Ni. de Neap. in add. ff. de exc. tu. & p eũdẽ Bar. i l. nã qd ligde, in §. fi. ff. de pe. le. & p eũdẽ in l. 2. ff. de uer. fi. & uide p Io. An. i c significauit, de pæ. & re. & qd ap. bos uenit diœcesis, uidẽ bo. tex. & ibi no. i l. j. C. de priu. Cõstantino lib. 6. Addo fi. Vide Car. in cle. ne Romani, §. fanè, in 7. & 8. q. de ele. ubi concludit, qd ciuitas, & diœcesis sunt uocabula distincta, & ad saturitatem uide per Fel. in c. Rodulphus, in 3. conel. & in 3. sup. de reser.

2 ¶ Vicarius reuocatio. Vide Io. And. in c. fua, & doct. in c. 1. sup. eod. Archidi. in c. in Galliarum, 25. q. 2. Gul. de Cug. in l. fi quis, §. fi. ff. de procu. & Spe. in tit. de leg. §. finitur, & §. in summa. Zac.

SVMMARIVM.

1 *Fructus beneficij, in quo non est facta residentia per proprium clericum quomodo distribuantur?*
2 *Vicarius uicarias quis habere non potest?*

CAP. VII.

Ex parte. Per subtractionem prouentuum, & uicariarum compelluntur vicarij ordinarii in ecclesiis deseruire. h. d. In prima facti decisa narratio. In secũda, ibi, mandamus, mandatum. Casus li. Perpetui uicarii tenentur facere residentiam in ecclesijs, in quibus obtinent uicarias, & cũ habeant curam animarum, debent esse in ordine sacerdoris, quod si facere noluerint, compelli debent per subtractionem prouentuum ipsarum ecclesiarum. B. Not. j. q̃ perpetui uicarii tenentur, sicut alii intitulati, ad residentiã, & facere se ad ordines beneficio annexos ordinari. & no. qualiter compellantur.

2 No. 2. q̃ quodlibet beneficium curatum habet annexum ordinem presbyteralem a de iure. No. 3. perpetuum uicarium cum ratificẽt, sicut & intitulatũ, ad hoc de præb. c. super eo, lib. 6. ideo hodie decre. ẽ multa, de præb. & decr. licet canon, de ele. lib. 6. ita hẽt locum in ppetuis uicariis curatis, sicut in rectoriis. † Quæro quid fiet in beneficiis subtractis, uel fructib. beneficiorũ pp non residentiam? dic q̃ episcopus non imburia-

bit, sed alteri qui idem officium faciet, assignabit, uel alias in utilitatem ecclesiæ conuertet, de cle. non resi. c. pen. & hoc est contra multos iudices, ne dicam episcopos, qui alienum delictum, uel negligentiam reputant suam prædam, de quo. inf. de offi. ord. c. irrefragabili, ad fi. secundùm Hostien. Quæro, a qua b pœna incipiet, b de quibus hic? dic q̃ est arbitrarium episcopo, tamen putat, q̃ honestius sit, q̃ incipiat a leuiori. Quæro cum gl. quis dicatur uicarius? dic q̃ ille qui a rectore de cõsensu episcopi est institutus. & certã debet recipere præbẽdam. i. 2 portionem. sup. eo. c. ad hæc. † Quæro an possit quis habere plures uicarias? dic, q̃ non, quia habet curam animarum tanquã uicarius, & remittit ad casus, in quibus possit quis dare uicarium de præb. c. extirpandæ. §. qui uero, glo. fi. signat unum cõtrarium, & debet primo recitari, & est clara. In fi. dic de hoc plenè de elect. c. licet, in gl. antep. li. 6.

ADDITIONES.

a ¶ Ordinem præsbyteralem. Adde quia sunt connexa, ut hic dicitur. Et utrũ dispensatus super sacerdotio uideatur dispensatus ad beneficium curatũ obtinendum, remitto me ad Fel. in c. at si clerici §. de adulteriis, col. 2. uer. quod dispensatio, inf. de iud. Zac.

¶ De hoc an dispensatus ad ordinem sacerdotalem uideatur dispensatus ad beneficium, dicas primò, qđ dispensationes tanquam odiosæ, sunt strictè iuris, & potius sunt restringendæ, quàm ampliandæ, maximè quando fit dispensatio ad petitionem alterius, & ad priuatam utilitatem, ut in c. ap. quod dilectio, de consan. & af. & in c. 1. & 2. de fil. præsby. lib. 6. secus autem si fieret motu proprio, & ad publicam utilita, ut singulariter uoluit d. An. & mod. in c. qui ia circa, de consang. & af. & ad propriam materiam, an si dispensatur cum aliquo, ut possit promoueri ad omnes ordines, uigore talis dispensationis possit promoueri ad tale beneficium etiam quantumcunque simplex? uide no. per Io. An. in c. olim, inf. de uerb. sign. & habetur per gl. fi. in c. fi. de transla. epi. & no. in c. fi de præb. & uide per Spe. in tit. de le. in §. fi. circa prin. & in fi. ubi tenet quod in dubio non censeatur dispensatus ad beneficia, & ibi etiam dicit, qđ si dispensatur cũ illegitimo ad omnes ordines, & ad omnia beneficia, nõ poterit uigore huius dispensationis promoueri ad dignitatem, & an si dispensatur cum illegitimo, ut possit promoueri ad ordines simpliciter, uigore huius dispensationis possit promoueri ad sacros, communis opinio est quòd non, ut no. glo. & doct. in c. literas, de fil. præsby. & est bona glo. in c. fi. 33. q. 2. & alia est 36. q. 2. in c. si autem, & uide etiam gl. in c. lector, 34. dist. & habetur per Hostien. in sum. de filiis presby. in §. quis possit, in uer. quid si dispensetur, & per Archi. in c. 1. de filiis præsby. li. 6. & de materia dispensationis habetur plenè in §. de adulteriis, hic alle. per istum, ubi Deo dante dicetur. Anto. Fran.

b ¶ A qua pœna incipiet. Quando diuersæ pœnæ sunt a iure pro aliquo facto statutæ, a qua sit incipiendum, uel an hoc sit in optione iudicis, uide per glo. in c. quoniam. 21. q. 2. quæ dicit, q̃ iudex eligit, quam uelit imponere. per c. quoniam, in §. fi. inf. ut li. non conteſt. ubi habetur quòd contra contumacem iudex potest, uel concedere missionem, uel excõicare, de quo ẽt uide per Spe. in ti. de contuma. in §. 3. in uer. cæterum, & per eundem in titu. de accu. in §. 1. in uer. 1. ubi dicit, quòd si pœna legis est diuersa a pœna statuti pro eodem facto imposita, semper iudex eligit, quam uelit, & in dubio debet eligere mitiorem, ut in reg. odia, & in regula, in pœnis, de re. iur. lib. 6. & uide Spe. in tit. de acb in §. 8. in uer. sed circa, ubi dixit, quòd pœna compromissi, quando sunt diuersæ pœnæ appositæ, & eodem modo in contractu, semper debet reduci ad minorem pœnam, quod etiam uoluit Sole. in l. fi de meis, alias incipit, Idem Pomponius, in prin. ff. de arb. puto tamẽ posse dici, quòd iudex in imponendo pœnam semper debeat cõsiderare qualitatẽ, & magnitudinem delicti, & secundùm qualitatem delicti pœnam imponere, quia pœnæ debent commensurari ad delicta, ut in l. respiciendum, ff. de pœn. & plenè tractatur in c. at si clerici, in prin. ubi de materia, infra de iud. An. Fran.

Secundæ partis d. Ant. de But. super primo Decre.
Finis. cum casibus Bernardi glossatoris.
Sequitur lect. d. Abb. Panor.

a *De offi. & potesta. iudic deleg. Rub.*

ADDITIO.

2 De officio. Qui dicantur habere officium? vide omnino do. Abb. in c. postcessionem, in prin. ubi Fel. inf. de proba. latius per Corsetum in suo repertorio in uerbo, officium, nunquid autem arbiter dicatur habere officium. uide d. Abb. in c. uno delegatorum, inf. eo. Sch. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Iudex delegatus quid sit?*

Supra uisum est in præcedentibus rubricis de his, qui uices alienas gerunt in diuinis officiis, & in iurisdictione uoluntaria, merito restat uidere de his, qui uices alienas gerunt in iudi-
1 ciis, & in iurisdictione contentiosa, ut sunt delegati. † Sed quæro pro declaratione totius titu. quis dicatur delegatus? Solu. multipliciter diffinitur. quidam dicunt, ut Goff. quòd delegatus est is, cui a Papa, uel ab alio ordinario, seu principis delegato causa decidenda & cognoscenda committitur. Vel secundum Host. delegatus est, cui committitur causa decidenda, seu exequenda, uices alterius repræsentans, proprium in iurisdictione nihil habens, ut infra eod. c. sanè, § 2. & in l. j. ff. de offi. eius, cui mand. est iurisd. Vel secundum Spe. e. ti. in prin. delegatus est, qui ex commissione alterius alicuius causæ iudicialem cognitionem consequitur, & quælibet diffinitio tolerari potest. Vltihic quęritur, quia in rub. fit mentio de offi. & potesta. iudi. deleg. quæ differentia est inter officium, & potestatem?

Universidad de Deusto
Biblioteca

statem: Sol. dic q̃ fæpè ista ponuntur æquiuoce, & uide quod not. glo. super rub. ff. de iurisd. om. iud. tamen quo ad materiã nostram dicit Io. And. q̃ officium respicit id quod delegatur, potestas uero concernit id, quod potest per delegationem delegatus exercere, nam sæpe quærimus quid possit facere delegatus ex delegatione sibi facta. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus Papæ non solum habet iurisdictionem in partes, sed etiam in illos, qui eius iurisdictionem impediunt. nu. 6.*
2 *Clausula, petens sibi ius, & iustitiam fieri, quid importet?*
3 *Metus iustus, in & quando causetur ex minis aliorum?*
4 *Authoritas sacræ scripturæ potest allegari ad decisionem causarum.*
5 *Consentiens an, & quando debet puniri, tanquam faciens?*
Qui potest obuiare delicto, & non obuiat, an peccet?
6 *Delegatus an habeat iurisdictionem in personas quomodocunque delinquentes in causis coram eo uertentibus?*

CAP. PRIMVM.

1 Via quæsitum † Delegatus Papæ potestatẽ habet non solum in partes, sed etiam in alios, qui suam iurisdictionem impediũt. Communis diuisio. Secunda, ibi, sic tibi. Casus litera. Quidam impetrauerunt litteras contra aduersarios suos, & cum ipsi eos faciunt ad iudicium euocari, potestates, & alii potentes minis, & terroribus compellunt quærentes silere, & sic mandatum domini Papæ eluditur, quærebatur quid iudex facere debeat? Respondet Papa, q̃ sicut agentes, & consentientes pari pœna puniri debent, sic eodem modo tam illi, qui trahuntur in causam, quàm principales fautores eorum, si iustitiam impediunt, per cen. eccle.
2 sunt coercendi. B. † No. ibi, præcipimus alicui iustitiam exhiberi, [a] pro generali conclusione rescripti, q̃ hodie communiter apponitur hæc clausula in fine libelli, & est ualde utilis, nã põt compræhendere omnem actionem, unde semper consulendum est actori, vt in fine libelli dicat, & circa predicta peto mihi iustitiã exhiberi, de quo in c. 2. ẽ de ord. cog. vbi plenè dico. No. 2. ibi, minis, aut terroribus, q̃ dria est inter minas, & terrores, nã minæ consistunt in uerbis, terrores in atrocitate facti,
3 sæpe tñ capiuntur promiscuè. † Et nota ex hoc tex. q̃ minæ, & terrores potentiũ inducũt iustũ metũ, dic tñ aduertendum fore ad qualitates personarũ minantiũ, uel terrentium. Nam si solent sæuire post minas, inducunt iustũ metũ, aliàs minæ nõ excusarent. Ad hoc qã leg. & no. maximè per Bar. in l. ad inuidiã, & l. metum, C. quod me cau. & uide per Inn. in c. cãm ma-
b trimonij. ẽ. e. quod est no. cũ quæritur, [b] nũquid minę, vel terrores mariti, uel prælati inducant iustũ metũ in uxore, uel subdi-
c tos? dẽt. n. distingui modo prædicto, & sic dẽt limitari [c] quod leg. & no. in l. j. §. q̃ onerandæ. ff. qua. re act. nõ da. No. 3. q̃ consentientes ad delictũ rẽr debent puniri, sicut ipsi facientes, de
4 quo die plenius, ut ẽ. dicetur cũ gl. † Item no. 4. ibi, scripturæ testimonio, q̃ sacra scriptura potest allegari in decisionibus causarum, & modo puniendi, facit c. certificari. ẽ. de sep. cum simi. qã intellige, nisi scriptura contradicat canonibus, quia in decisionibus causarum potius standum est canonibus, quã dictis
d sanctorum. [d] 20. dist. in prin. & c. seq. & ibi per gl. Vltimo no. q̃ iudex delegatus potest iurisdictionẽ suam exercere non solum ɔ partes, sed etiam contra quoscunque suam iurisdictionẽ turbantes, & de hoc ẽ. plenius. In gl. ibi, iactura causę effici debent. Aduerte, põt enim istud dictum gl. dupliciter intelligi. primo ut isti, qui inducunt istos turbantes, debeãt affici, & puniri in perditione cãe, & iste intellectus nõ multũ placet, qm̃ iura alleg. [e] in gl. loquuntur, quando quis aduocat patrociniũ potentium in alienationis actu, ut quia reus alienat in rem in
f potentiores. Secũdo põt gl. intelligi, [f] vt adducat illa iura in simi. & ut quemadmodum ibi puniuntur illi, qui aduocant auxiliũ potentiorũ, ita & isti, qui inducunt potentes, vt faciant silere actorem, æquiparantur tamen in genere non in quantita
5 te pœnæ, & iste intellectus est melior. † In gl. 2. No. benè istam gl. vsque ad fi. qa quotidie allegatur, dum quæritur, nunquid consentiẽs debet puniri, tanquam faciẽs? & ponit gl. quatuor mẽbra. Primum est, qñ quis consentit negligendo, pone exemplum ſm doc. scio q̃ vis delinquere, & possum te subtrahere a peccato, sed pp negligentiam omitto. vel pone aliud exemplũ, quia possum obuiare delicto, puta qa video, q̃ aliqs vult te offendere, & possum obuiare, & non obuio, nam ſm glo. si negligenter ago, debeo puniri mitius, q̃ ipse faciens. Aduerte, qam hoc sint opin. de iure ciuili vr̃, q̃ rr̃ non teneatur quis obuiare delicto, nisi delinquens sibi sit subiectus, vt seruus, filius, vel subditus, vel nisi delictũ sit committendũ in personã illius, cui ego sum subiectus, ita vr̃ velle glo. in l. culpa caret, ff. de reg. iur. & Bar. in l. vtrũ, ff. de parri. nam filius tenetur, si non reuelat patri, q̃ alius velit eum offendere, vt in l. 2. ff. eo. & idẽ dic in aliis subditis, vt no. in iuribus pręal. & plene per Dyn. in

reg. non est fine culpa, de reg. iur. li 6. Tex. tñ multum stringit in ɔrium. Inst. de publ. iud. §. alia. vbi punitur conscius, licèt esset extraneus, & quanquam Bar. nitatur rũdere in d. l. vtrum. tñ ipsemet dubitat de sua rũsione. Sed de iure cano cõter tenetur dictum gl. & facit c. sicut dignum, in §. illi etiã, de homi. vbi dr̃, q̃ nõ. caret scrupulo societatis occultę, q̃ manifesto facino-
g ri desinit obuiare, [g] & 23. q. 3. quasi per totũ. An autẽ incurrat excõicationem, qui potest iuuare clericum, ne verberetur, & omittit? dic vt no. in c. quantę, de sent. exc. Illud tñ verum est, q̃ etiam de iure ciuili quis potest iuuare aliũ, ne offendatur, & capere malefactorem, l. si quis in seruitute, ff. de fur. & quod ibi no. & in l. nullus, C. de iudæ. & Inn. in c. vt famę, & in c. si vero, de sen. excõ. Secundũ mẽbrum gl. est, qñ quis cõsentit præbe-
h do consilium. [h] glo. tenet, q̃ debet puniri, sed non tanquam faciens. Host. aliter distinguit. Aut enim is cui consulitur, erat
i liàs facturus, & tunc quia est par delictum cum faciente, debet tunc puniri consulens sicut faciens, ad hoc, c. sicut dignum, §. qui vero, de homi. & in l. qui seruo. ff. de fur. facit l. in furti. §. pe. ff. eod. & l. non solum. §. si mandato, ff. de iniuriis. & vide qã de materia no. Dy. in reg. nullus ex consilio, de reg. iur. lib. 6.
K Tertium membrum glo. est cum quis consentit cooperãdo, [k] & in hoc dicit glossa, q̃ est par delictum, & similis debet esse pœna. Sed tu aduerte, q̃ aut quis cooperatur principaliter, & tunc non est dubiũ, qa est principalis in delicto, aut cooperat prestando opẽ delinquenti, puta quia cõmodauit sibi ensem, vt faceret certum delictũ, vel venit sociando eũ, ne ab aliis impediretur exercere delictum, vel quid simile, ita quod ipse nã appo-

ADDITIONES.

2 ¶Iustitiam exhiberi. Adde Fran. Are. consi. 17. & Ale. in [a] multis suis consiliis recurrendo ad tabulam. Zac.
Adde, q̃ ista clausula in libello apposita operatur, qđ possit sententia ferri ex inepto libello, si constet de intentione libellantis, & qđ comperat actio, licèt ineptè proponatur, no. iste in c. cum dilectus, col. 22. uer. ex predictis infero ad aliud, inf. de or. cog. Lanfr. de Ori. in c. quoniam contra. §. ratiuimus, uer. confessiones, & ibi in addi. Cel. si, inf. de prob. qui bus adde Ale. consi. 21. uol. 1. & Pau. de Cast. consi. 163. Ant. Fran.
¶Et ad materiam istius clausulæ, & ut operetur effectum, de quo iste dicit. uide not. per doct. in l. edita, C. de eden. & per Ro. in fin. fuis, in uer. clausula petens &c. & per Bar. in extrauag. ad repri. in uer. & figura, in 3. col. & per Pau. de Cast. in consi. 163. operatur etiam hæc clausula, ut uideatur erta concluſum super possessione qualiscunque sic conclusio ſpecialis facta, & etiam operatur, quod agens, si in libello narrat petitorium, & possessorium, & concludit possessorium, potest in petitorio adducere probationes, ut per Io. Cald. & do. Ant. in c. 2. de or. cog. & uide Ale. de Imo. in consilio 121. in 1. parte consi. & consi. 141. in 4. parte, & uide Pau. de Cast. in l. ff. de iusti. & iu. ubi dicit, quòd hæc clausula operatur, quod etiam sententia iniqua ualeat, quod etiam uideatur esse de mente Bal. ibid. Seb. S.
b Cum quæritur. Vide Pe. de Anch. in consi. 199. & in consi. 158. inc. rationes, quæ superius, ubi dicit quod inspicitur no cendi potentia, sicut nocendi actus, refert, & sequitur Marsi. Bono. in l. quæstionis, col. 4. ff. de qđ. & mutuo. quid minæ inducant iustum metum? & quæ requirantur ẽ radit. late do. Ant. Sicu. in consi. 60. inc. sapienter scribit, in 3. uol. & Ale. in consi. 47. incip. in causa, in 4. uol. & in consi. ul. in 3. no. Are. in consi. 14. incip. Viso, in 11. col. uer. uenio nunc ad 3.
c Limitari. Adde Pau. de Cast. consi. 177. in 3. impressis, Per. de Anch. consi. 200. Ang. consi. 115. Ale. consi. 144. 2. lib. & consi. 163. li.
d Quam dictis sanctorum. Adde Ro. fin. fuis, fol. 29.
e Iura alleg. Pondera, quia tex. in l. 1. C. ne li. po. non loquitur de procuratore patrocinium in alienatione causæ. And. Barb.
f Intelligi. Certè iste non est intellectus huius glo. quæ re uera uult, quod pendat causam, sed tex. non dicit hoc, dicit enim quod coerceri debeat, unde succedit regula, quod nunquam quis priuatur iure suo nisi exprimatur a lege, ut est gl. in c. fi. de iure pa. ergo non bene loquitur, est tamen sing. pro extensione huius tex. & habet rationem in fe, ar. illius l. j. An. Bar.
g Definit obuiare. Adde Ro. consi. 117. S. S.
h Consilium. Vide d. Bar. Ver. in consi. 27. in 2. col. & ad materiam quis dicatur ordinator, tractator, & mandator? vide Ang. in consi. 161. incip. In quæstione qua quæritur. Seb. Sap.
i Aliàs factutus. Adde Bar. consi. 60. & Alex. consi. 105.
K Cooperando. Adde Ro. consi. alle. & uide quod uoluit Pau. de Ca. col. 3. in prima impressione.
¶Circa hoc de auxiliatore, an & quando teneatur ut principalis? uide etiã d. Car. in cle. j. de immu. eccl. & in c. quantæ, de sen. exc. & uide per Ale. in consi. 35. in 2. parte, ubi dicit, quòd auxiliator ad ſpernendum præceptum iudicis, tenetur pœna qua tenetur principalis, & uide Io. An. in addi. Spec. in ti. de treg. & pa. in fi. in addi. quæ inci. cum ueritur casus. & infra in uer. 6. ubi dicit, quòd auxiliator tenetur de pace rupta, sicut ipse principalis, ad quod etiam uide Ale. in l. is qui opem, ff. de fur. adde quod auxiliator ad homicidium dicitur homicida, & pariter tenetur, ut in l. cihil interest. ff. de sica. & habetur per Bal. & Sal. in Iunica, C. derap. uir. & per Flo. in l. si quis fumo, ff. ad l. Aqui. & intellige uerum, nisi per statutum imponeretur pœna committenti delictum, uel homicidium, quia non habet locum in auxiliatore de quo uide plene per Alex. in consi. 142. in 2. parte, & in alle. l. is, qui opem, de fur. & an ille qui consuluit delictum fieri, dicatur auxilium præstare, uide Bar. in l. in furti, ubi & per Alex. ff. de fur. & per Sali. in l. j. in §. col. C. de ser. fugit. & uide plenè per Ang. Are. in tra. male. & in apost. ad alia ibi in gl. in uer. Andræam auxiliatorem. Ant. Fran.

apposuit manum in delicto, sed præstitit opẽ delinquenti, & ille est casus multum dubitabilis, nec doc. nostri hoc tractant sed legistæ ponunt varias op. de quibus per Bart. in l. is qui opem ff. de fur. & in §. ope. præal. & in d. §. si mandato, ubi plenè, & exquisitè soluit materiam tam in auxiliante, quam opẽ ferente, seu mandante; & uidetur ibi ad propositum ipse ponere regulam, quod præstans opẽ debent regulariter puniri, ve sa
1 ciens, per iura superius alleg. Et aduerte ad vnum dictum valde notabile, q̃ vbi quis punitur, ex eo, quia præstitit opem, ha
a bebitur respectus in pœna imponenda ad qualitatem quæ est in operante delictum, [a] & non ad qualitatem, quæ est in opẽ ferente, seu mandãte exemplum. Titius præstitit opem filio interficienti patrẽ, debet iste Titius puniri, quemadmodum punitur si interfecisset patrem suum, unde tenetur pœna legis Pompeiæ de parricidijs, vnde magis punitur nunc iste præstãdo opem filio, quàm si occidisset manibus suis, quia si ipse occidisset tenetur tanquam extraneus, sed præstãdo opem filio punitur ea pœna, qua dẽt puniri filius, quia consensit illi delicto parricidii, hoc probatur aperte in d. l. vtrum, & ibi per Bar. & idem no. in d. l. is qui opem. Et per hoc dicendum est, q̃ si ex statuto magis puniatur nobilis quàm popularis, quòd si popularis præstet opem nobili, debet puniri pœna, qua punitur nobilis, & nõ pœna, qua punitur popularis, & de materia plenius dicendum, vt no. in dictis iuribus. Et dic q̃ etiam si quis mutuauit pecuniam ad delictũ aliquod cõmittendum, debet puniri tanquam præstans opem ad delictum, & punietur ut ipse delinquens, si scienter facit, tex. est no. in l. si sciente, ff. ad
b legem Pomp. de parricidijs, & facit q̃ si statutum punit præstante al cui opẽ, q̃ comprehendat iltum, qui mutuauit pecuniam. Quartũ membrum gl. est in cõsentu authoritatis, & de-
c fensionis, [b] & dicit gl. q̃ iste plus punitur, q̃ faciens, & est ratio, nam is, qui præstat authoritatem, seu defensum errorem alterius, non solũ ipse peccat & errat, sed confirmat alterius errorem, & præstat aliis materiam delinquendi. Host. dicit dictũ glo. procedere in hæresi, & in maioribus crimi nibus, alias in æquilibus, vel minoribus. crimi nibus est par pœna, vt in tex. hic, nam isti erant fautores principales, & tamen dicit tex. q̃ par pœna cũ agentibus puniẽdi sunt, & hoc dictũ communiter tenetur, & hoc no. † In glo. fi. ibi, quia impedit iuri dictionem, vult ergo glo. vt qualitercunq. impediatur iurisdictio delega-
d ti, possit ipse delegatus iurisdictionem suam exercere contra turbatores. Inno. hic, & in c. dilectus, inf. de pœnis, latius attingit hanc materiam, multum tamen uariat in dictis suis, & in effectu primo tangit, cũ tertius delinquit in personã delegati, hoc modo casu, cum delinquit in personam partis, tertiò cum delinquit in personam eorum, qui necessario debent interuenire in iudicio, vt sunt aduocati, testes, & peritatores, 4. cũ q̃ delinquit in officio suo corã delegato, vt si aduocatus delinquit in aduocatione, & notarius i officio suo corã delegato, & de similibus. nunqd possit delegatus aliaduertere ɔ istos, & quã penam põt imponere? & qd si delictum non est manifestũ, sed occultum? & longum esset plene discutere quemlibet articulũ, sed per istam diuisionem habes quasi declaratas gl. In-
Conclusiuè tamen sic potest dici, q̃ si tertius delinquit in præiud. eius delegati, nõ põt iudex delegatus illũ punire, nisi p hoc cõtingat suã iurisdictionẽ impediri sic p or Inn. hic & i
e d. c. dilectus. nã hic tenet, q̃ pr suã iniuria ulciscẽi, [e] per c. si qs
ergã 3. q. 7. sed i c. dilectus. tenet oppositũ, sed cõcor. ut sup. & ẽ quis erga, loquitur in ordinario. de quo plene dixi in c. cũ venerit. de iud. & p Inn. in c. ex parte. inf. de ver. li. Sed eo casu quo põt delegatus punire, nõ intelligas, quod possit imponere pœnam ordinariam sed extraordinariam, quia ipse non est deputatus super illa iniuria. Si delinquitur ɔ partes, vel alias personas necessarias in iudicio, cõclude, q̃ si impedit iuramentum dicto. pr se impedire, alias secus, & ad limites impedimenti potest se impedire, & nõ aliter. Contra officiales delinquẽtes cõ
f tra se, tenet Inn. in d. c. dilectus, q̃ non potest ipse procedere, nisi impeditetur sua iurisdictio, sed debet eos facere puniri per ordinarium. Quam potestatem pt exercere delegatus ɔ istos im
g pedientes? dic, q̃ pt exercere cẽtiram ecclesiasticam, ẽt si hoc non sit expssum in rescripto, vt hic Inn. dicit, q̃ põt eos mulcta
h re, [g] qa omnia videntur esse cõmissa, sine qbus iurisdictio exerce
ri nõ pt, qđ no. & idẽ no. ɔ. co. c. de causis. Ad vltimũ ɔclude, q̃ aut delictũ turbatoris est notoriũ, & indubiè pt procedere, vt hic: aut est notoriũ, sed sũt aliquæ præcturæ ɔ turbatorem, & pt procedere, & cõpellitur ad pticandum cautionem [h] de non impediendo, arg. in c. litteras, in fi. de restit. spo. Aut est occultum, & sunt opi. nuo. tenet, q̃ pt procedere summariè inquirendo. cõ
stat sibi tenet ɔ spec in tit. de leg. §. sequitur, ver. item ad eius officium, dictum Inno. satis placet. nec obsit. verũ. manifestè, politum in tex. quia põt referri ad verbum, cognouetis, ut sit sensus, q̃ non debet iudex exercere districtionem ecclesiasticã, nisi manifestè cognouerit illos impedire iurisdictionem suam, non tamen negat, quin possit summariè inquirere, vtrum impediãt, ad quod vide bo. glo. in simili. in c. i. inf. eodem, lib. 6.

ADDITIONES.

a ¶In operante delictum. Adde Ang. Are. in trac. mal. & ibi in apost. in glo. ex nobilibus.
b ¶Defensionis. Adde quod uoluit Oldr. consi. 65. ubi de fautoribus schismaticis.
c ¶Vlciſci. Adde Ale. consi. 36. 2. lib.
d ¶Mulctare. Adde Ang. consi. 8. & Ale. consi. alleg.
¶Adde eundem Ale. in l. j. ff. si quis ius dic. non obtem. ubi ponit istum casũ ad regulam, quam facit q̃ delegatus nõ possit mulctare, & ibi aliàs fallentias, tu uide de hoc Bar. in alleg. l. 1. & in l. 2. §. his. ff. de iudi. Zac.
¶An delegatus possit mulctare, & p quos magistratus possit imponi mulctam uide per Spec. in tit. de sen. iu. §. 2. in uer. sed nunquid, & seq. Et adde, q̃ illæ non possunt imponi per defensores ciuitatis, neque p magistratus municipales, ut per Pau. de Cast. Raph. Fulgo, & Ale. in l. si quis ius dic. non ob. nisi forsan leues sint mulctę, quę imponuntur, ne alias iurisdictio delegata, uel ordinaria fit: eluſoria, iuxta ea quæ habentur in l. 2. ff. de iur. omn. iu. & in c. prerea, de off. deleg. & de materia uide plenè per Spec. in ti. de contuma. in §. nunc dicamus, & ibi per Io. An. in addi. & in ti. de iureiu. in uer. si uero proprio, & per Bar. in l. 1. ff. si quis ius di. non ob. & in l. 3. C. de modo mulct. ubi plene traditur materia mulctæ. An. Fran.
e ¶Cautionem. Considerandum est, an do. debb. uoluerit, q̃ isto casu sufficiat simplex promissio. uidetur, quod sic, quia utitur uerbo, cautione, quæ importat simplicem promissionem, l. fancimus, C. de uer. sig. gl. in c. quamquam, in uer. idonee, de usu. li. vi. tamen contrarium sentit, dum allegat tex. in d. c. literas, ubi tex. requirit securitatem, & sufficiens securitas intelligitur datis fideiussoribus, uel pignoribus, ci. in fine, cum glo. i. de lequestra. pos. & fruc. traditur in d. l. fancimus, & in l. 3. ff. qui satisdã. cogantur. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Rescripta diuersa sub eadem data concessa, faciunt iudicem supersedere, donec consulat scribentem.*
2 *Beneficium eiusdem eadem die datum, nec apparet de proprietate alicuius, facit quòd super eo supersedeatur, donec aliquid conferens.*

CAP. V.

Sanè à si nobis, Variè legitur, sed cõmuniter sic sũ matur. Cũ diuersæ literæ sub eadem data, & forma ꝓtratur impetrantur, & præsentãtur à diuersis ad eosdem iudices, supersedetur vtriq; donec Papa consulatur hoc dicit, & non diuiditur. Casus l. r. Al quis impetrauit literas super aliqua causa cõtra aduersarii sium ad aliquos iudices in alia forma. dubitabãt iudices quid facere deberent super his? R eiponder Papa q̃ iudices supersedere debent executioni vtrarumque literarum, donec Romanum Pontificem ɔ
1 sulãt, ne, quarietate literarum cã ualeat retardari. Ber † No. primò unam regulam ex tex. q̃ vbicunque non potest cõstare iudicibus de præiudicate literarum impetratarum oppositarũ, debent isti supersedere, & consulere Papam, & facit ille tex. ad illam qõnem, cum idem beneficium confertur duobus sub ea dẽ data, nec apparet cuius supplicatio prius fuerit signata, debet in hoc consuli Papa, qui vtrique fecit gratiam, & secũdùm eius responsum est procedendum, ad hoc quod not. Ioan. An. in c. si a fede, de præb. li. 6. No. ibi, executioni supersedeant, & d. iudices delegati largo modo possunt dici executores, nam ius partium exequuntur procedẽdo, facit c. si quis contra clericũ. de foro compet. In glo. i. in fi. Ex hac gl. colliguntur duæ lect. ad istum tex. Prima ut intelligat, qñ diuersæ literæ in eadem cã impetrantur ad eosdem iudices & tunc pp dentitatẽ iudicum neutræ pticaleat, sed delegans est consulendus hæc lect. non placet, si potest constare de prioritate date, quia si cũde sunt subreptitiæ non facientes mentionem de prioribus, ut in c. cæterum. de rescri. nec potest excusari subreptio ppter identitatem iudicum. Secunda lect. vt intelligat, qđ delegatus dẽt supersedere executioni secundarum literarum, q̃ lect. contradicit tex.
2 vt patet in uer. vtraque. † Tertia lect uera, & magis communis est, vt intelligatur qñ literæ diuersæ impetrantur ad eosdẽ iudices, & eandẽ habent datam, sed forma est diuersa, ita q̃ nõ constat de prioritate, nam tunc iste casus non est decidibilis p delegatos, & sic cessat c. pastoralis, de rescrip. sed dẽt consuli ipse delegans, & hanc lect. sentit glo. in c. ex tenore, ɔ. de rescri. vbi melius glossatur istũ tex. quã hic & sequunt hic Doct. cõter. Et profectò hæc lectu. est vera. nec, sed iudicio meo nõ multum conionat huic literæ, per illa verba tex. non facta mentione priorũ literarum &c. quæ verba clare innuunt, q̃ hic cõstabat de prioritate literarum, & sic non erat eadẽ data in utrisq;, nisi diceres, quòd illa fuit allegatio partis, seu iudicis consulentis. Sed non multũ hæc respo. mihi satisfacit. Et eodẽ mõ potest responderi ad duas alias lectu, quas hic ponit Hostien. nam dicit tex. posse intelligi, quando ad diuersos iudices literæ diuersæ impetrantur, sed habent eandẽ datã, & formam ɔ nam, vel ẽt eandem formã, nisi propter diuersitatem iudicum iudice mutuo se impediunt, vt dixi. istę lẽt. sunt verę in se, sed non congruunt textui ratione prædicta. Datur etiam alia lect. per Doctos. ut intelligatur quando literæ impetrantur super di

Universidad de Deusto
Biblioteca

uersis causis ad diuersos iudices, est tamen ꝓnexitas inter illas causas, vt qa actor impetrauit super hꝰditate ℈ reū, reus impetrauit ad alios iudices sup legitimitate, vel vnus impetrauit in petitorio, alius in possessorio. vñ ne ꝓtinentia cāæ diuidat coram diuersis iudicibus, dēnt iudices supsedere, & cōsulere papā. & no. hāc lect. & gnaliter pōt dici, ꝙ vbicunque surgit probabile dubium super præualiditate literarum non decidibili per delegatos, & arbitros, hēt locum iste tex. nam promptum est iura iuribus concordare, ut in c. cum expediat, de elect. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus Principis potest alteri subdelegare, & potest subdelegatū compellere ad acceptandum, quando ex necessitate subdelegat.*
2 *Delegatus Principis non potest cuicunque causas subdelegare, sed tātum quibusdam personis, de quibus hic remissiue.*
3 *Causa potest delegari, uel subdelegari reseruato consilio delegantis in decidendo causam. 6. 7.*
4 *Delegatus Principis quas causas non possit subdelegare?*
Industria personæ quando est electa, facit quod causa non possit subdelegari.
5 *Clausula, ut liberum sit, importat, ut quis non teneatur requirere consensum alterius.*
7 *Sententia lata non requisito consilio sapientis, est ipso iure nulla. stante statuto, quod iudex debeat ferre sententiam ad consilium sapientis.*
8 *Consilium sapientis non est sequendum in sententiando, si non uidetur iustum iudici, etiam stante statuto, uel commissione, quod iudex debeat ferre sententiam secundum consilium sapientis.*

CAP. III.

§. Si verò. † Si unus ex duobus delegatis Principis cum clausula, appellatione remota, subdelegat alteri acceptanti, non potest acceptans subdelegata re, nec appellatione remota procedere, quod tamen ante acceptationẽ poterat, & si ab isto fuerit appellãdum, appellabitur ad Papã, ẽt si fuerit subdelegatus non in totũ h. d. secundũ intellectũ veriorem. Et continuatur iste §. ad § porrò. Nam ibi prosequutus fuit author, q̃n appellatur ab vno delegato hic quãdo fuerũt duo delegati, & vnus cõmisit alteri vices suas. Casus lite. Dictũ est ŝ. in §. nos autẽ, q̃ delegatus à Papa, cui eã commissa est app remota, potest committere alij vices suas, & cognoscere app remota. In §. isto ostendit, qđ illud nõ est generaliter verũ, hoc modo, duo sunt à Principe delegati appellatione remota, vnus committit alteri vices suas iste, q̃ recipit iurisdictionem à consocio suo, delegatus est à Papa appellatione remota, non tamen potest alij committere vices suas, nec procedere appel. remota, quãuis dicatur in literis, q̃ alteri in cã q̃ cedat sine alio appellatione remota, si non põt ambo pariter interesse. & reddi rõ, quia quod potest ex iurisdictione sibi è Principe delegata, non potest cum iurisdictione à condelegato commissa: vnde in hoc casu, si appelletur ab ipso, ad Papam est appellandum, non ad delegatũ, propter rationẽ superius assignatã, vt §. porrò, quia totam iurisdictionem consocius sibi commisit. B. † No. 1. bonam limitationẽ ad iura dicẽtia, q̃ delegatus inferioris à Principe nõ potest subdelegare, vt in c. cũ cãm. ĵ. de app. & in l. à iudice. C. de iudi. procedunt. n. illa iura etiam in subdelegato delegati Principis, quia non transmittitur cõmissione priuilegiũ, quod habet a lege, ut subdelegare possit: & sic delegatus Principis amittit in cõmissione priuilegiũ cum persona, vt in reg. priuilegium, de reg. iur. lib. 6. Item procedunt iura illa etiam in eo, qui est pro parte delegatus Principis, & pro parte delegatus inferioris: vnde ratione partis delegatæ ab inferiore non potest subdelegare totã causam, quod ẽ benè not. Et ex hoc & ex tex. no. q̃ delegatus subdelegando ĩ totum, non facit subdelegãtem censeri delegatum Principis, alias iste posset subdelegare, & sic habes hic casum, q̃ subrogatus ĩ locũ alterius non ꝑ omnia censetur iure subrogantis. vnde (vt vides) subdelegatus delegati Principis non habet priuilegium subdelegandi, quemadmodum habet ipse Principis delegatus, vt in c. proxi. in prin. † Item no. q̃ delegatus Principis non potest subdelegare cum clausula, appellatione remota, licet ipse fuerit delegatus cũ dicta clausula. vñ enim, q̃ illud fuerit priuilegium personale: Princeps enim confisus est de persona sui delegati, q̃ non aliter iudicaret, quam ipse: ideo forte apposuit illam clausulã, appellatione remota: ideo hoc priuilegium non est transmissibile in subdelegatũ, facit quod habet ĩ simili in l. vnica. C. de sen. præsec. præto. † Vlt. no. & tene men tu, quod compositum ex diuersis speciebus non habens per se certam naturam, seu determinationem [a] quandoque recipit naturam vnius, quãdoque alterius ex speciebus, ex quibus cõponitur. Nam (vt hic vides) in personam istius collegæ constituit iurisdictiones diuersas speciei. s. iurisdictio delegata, & subdelegata: & hoc casu composito censetur quãdoque ex no iurisdictio subdelegata, vt quo ad actum procedendi appellatione remota, & quo ad facultatem subdelegandi, quando quæ censetur tota delegata ab ipso principe, vt respectu appellationis interponendæ: nam appellatur ab isto ad Principem omisso subdelegãte, ac si tota iurisdictio eẽt delegata ab ipso Principe, nõ ãt pt subdelegare, nec appellatione remota procedere, ac si tota iurisdictio eẽt subdelegata. † Et hoc facit ad mitra, & vĩ optimè ꝓcordare c. ꝓ hoc. de hær. lib. 6. ubi dĩ, q̃ si ejus iure ordinatio ꝓcedit cũ inquisitore hæreticæ prauitatis, q̃ ẽ delegatus, dẽt ĩ discordia eorũ adiri Papa, ac si tota iurisdictio esset a Principe delegata, ita q̃ iurisdictio partĩ ordinaria translatur ibi ad naturam delegatæ, quia delegata dignior [a] propter reuerentiam delegatis. Et ex illo tex. & isto infero, q̃ si contingat appellari ab Episcopo & inquisitore simul procedentibus non est appellãdum ad Metropolitanum Episcopi, sed potius ad ipsum Papam. Sed quæro, cur variatur hæc iurisdictio i isto tex. quia (vt dixi) quandoque censetur tota delegata, quãdoq; subdelegata: Sol. dicit Host. q̃ quatenus præiudicat honori, & iuri ipsius delegati, censetur tota subdelegata, quia ex accepta tione collegæ inficitur tota iurisdictio sua, sed respectu iuris superioris, quo versatur in appellatione interponenda, debet to ta cẽseri delegata, ne ex facto delegati præiudicet iuri ipsius superioris. vel dic, & aliter, q̃ assumit hic totum cõpositum natũ ad alterius speciei, s̃m q̃ iuri minus derogatur, nam si appellatur ad subdelegantem, resultaret magna absurditas, quia subdelegans cognosceret de facto sui collegæ, cum tamen par in parem non habeat imperium, vt in c. innotuit. ŝ. de ele. & appellatio debet interponi ad maiorem, non autem ad parem, vt in c. 2. de consue. lib. 6. sed q̃ ad Papam appelletur, nullum absurdũ oritur: respectu vero facultatis subdelegandi censetur tota subdelegata, quia si diceremus cõtrarium, sequeretur absurdum, q̃ subdelegata iurisdictio posset subdelegari: nulla ãt absurditas sequitur, si delegatus non vtitur suo priuilegio in actu subdelegãdi, & idẽ dic respectu clausulæ, appellatione remota. In glo. in vers. vices suas, ibi, q̃ntum cõmisisse vĩ. No. bũ gl. & idem tenet Inn. & pro hoc facit, quia indefinita æquipol let vniuersali, vt in c. vt circa, de elec. lib. 6. & in l. fi. ff. de vi. tri. & oleo lega. in c. quia circa, de priui. In glo. in ver. Nec potest, ꝑ fi. dicit Inno. q̃ hæc gl. est contra tex. ideo delenda foret: nã hic in tex. dicitur, quod clausula ista pdit virtutem, si delegat subdelegat alteri vices suas, nec videtur, q̃ etiam hodie aliquid operetur, & dic q̃ operat̃ virtutem suam respectu cuiuslibet appellationis, q̃a iure nõ approbatur, vt in c. pastoralis. de ap. & dic vt ibi plene dixi. In gl. in ver. nec causam ibi, sed illa non tenet. dic melius, q̃ ibi delegatus inferioris subdelegauit arti ficiũ nõ iurisdictionalem, quod potest, vt dixi ŝ. in prima parte hujus c. in ea. glo. c. quod in dubijs. respõde ad hoc contrariũ pro id, quod dixi post vltimum notabile: nam quãdoque magis dignum trahit ad se minus dignum, quandoque econtra, secundum quod minus iuri præiudicatur, & in hoc tene men dum tex. In ea. gl. ibi. de pig. c. ex literis. dicit Ioã. And. q̃ ista non sunt contraria loquũtur de honore annexo rei, ideo trãsit cum onere. sed de honore seu priuilegio personali, dicendum ẽ, vt no. in reg. priuilegiũ, de reg. iur. lib. 6. Et ex his verbis sentit Ioã. And. & bene, q̃ potestas subdelegandi est priuilegium personæ le, quod videtur probari. inf. c. proxi. in princ. † Et facit hoc optimè ad id, quod ŝ. dixi §. porro, vt delegatus Principis non possit suo subdelegato dare potestatem subdelegãdi. [b] qa priuilegium personale extinguitur cum persona, & personam se quitur, vt in d. reg. priuilegiũ, & sic nõ placet contraria opi. q̃ ipse sentit in c. is cui, ĵ. eo. tit. lib. vi. vbi hæc plene videas. In gl. in versũ. si non possiunt. ibi, patet ex isto §. sed certe hoc non patet ex preffe: nam hic non dicitur, q̃ iste qui delegauit, fuerit ĩpeditus. sed facit tex. in c. 2. in eo, q̃ ex sola iurisdictione a Principe sibi delegata potuisset iste procedere, quasi clausula impedimenti fuerit purificata, & sic intelligendo procedit opi. glos. in ea. gl. ibi, sed quæritur vtrum delegatus. hæc particula vsq; ad ver. sed pone, hodie est expedita per c. quamuis. inf. eo. lib. 6. vbi approbatur opi. huius glo. & dic vt ibi. In ead. glo. ibi, sed pone. hæc gl. vsque ad fi. vĩ decisa in tex. secundum vnũ intellectũ, qui videtur satis recipiendus, intelligẽdo, s. q̃ alter subdelegauit non in totũ, nam si subdelegasset in totũ, in dubio erat 7 appellandum ad Papam. per §. porro, sup. eo. † Et iura habentia plures intellectus, debent intelligi secundum intellectum dubitabilem, vt in l. 1. ad fi. ff. ad munic. & in l. quod Labeo, de Carbo. edi. facit c. cum in iure. ĵ. eo. & pro hoc intellectu videt hodie hic tex. in c. si duo. de offi. dele. in 6. qñ delegatus commisit extraneo vices suas: eadem tñ rõ est, & fortior, quando commisit collegæ, quia fortius esset permittenda appellatio ab extraneo, quam a collega: hæc videtur cõmunis opinio Doc. licet q̃dam ẽ. Aduerte tñ in eo, q̃ gl. incidenter dicit, q̃ à Metropolitano appellatur ad Concilium Prouinciale, cui præsest ipse Metropolitanus, vt in c. sicut. inf. de acc. dicit enim Host. q̃ hoc dictum nullo iure probatur: nam c. multi, alle. in gl. hoc nõ probãt, licet enim cõcilium prouinciale summariè cognoscat de crimine Metropolitani, non tamẽ ut ipsum puniat, sed vt referat superiori, ut probatur in c. graue, uersi. Metropolitani. ĵ. de præb. & no. benè hoc dictũ, quod satis mihi placet: nam appellatio regulariter est interponenda ad superiorem, sed concilium prouinciale non est ŝ. Metropolitanum, cum ipse sit caput illius concilij. Et in eo, qđ gl. ẽt dicit, q̃ ab ordine decurionum idest eorũ, q̃ ꝑponebantur regimini ciuitatis, appellatur ad præ c sidẽ, [c] vide casum cõsimilem in c. a collatione, de ap. lib. 6. sed nõ faciunt ista ad casum nostrum. In gl. in ver. ad primum. ibi, 8 quia in totũ cõmisit. Aduerte, † quia gl. nõ videtur recordata de eo, quod dixerat in gl. magna: nam ibi voluit, & melius, q̃ propter illam mixturam iurisdictionis delegatæ, & subdelegatæ deberet appellari ad primũ delegãtem, licet delegatus subdelegauerit ꝑ parte, & iõ tene qđ ibi dixi, & ꝑ intellectu facit tex. in ver. licet aliqbus. Et ad tex. hic in fi. dum dicit, propter rationẽ superius assignatam: dic, s̃m Ioan. And. q̃ habuit respe ctũ ad rationẽ assignatã in isto. § per casum conuersum. nã quemadmodum cẽsetur subdelegata tota iurisdictio quo ad impediendum subdelegationem, ita censetur tota delegata quo ad appellationem interponendam ad superiorẽ per rationem superius allegatam, & hoc tene, licèt aliud senserit glo. seq.

ADDITIONES.

a ¶ Dignior. Adde quòd ideo si causa committitur clerico simul, & laico, appellatur ad superiorem clerici, vt dicit Ale. con. 76.
¶ Circa hoc, q̃ appelleur ad superiorem clerici, facit, quia magis dignũ attrahit ad se minus dignum, ut in c. aqua, de consecr. ecc. uel alta. pro quo uide pulchram deci. Bar. in l. præcipimus, in §. eodem obseruãdo. C. de appe. ubi dicitur, q̃ si clericus, & laicus sunt obligati eadem obligatione, q̃ causa respectu laici debet agitari corã iudice ecclesiastico propter adiunctionem clerici, qui est magis dignus laico. Ant. Fran.
b ¶ Potestatem subdelegandi. Ita no. Ale. in rub. ff. de off. eius, cui man. est iu. & in l. moræ, & seq. col. 3. ff. de iur. om. iud. Io. And. in c. is cui. in nouel. de off. dele. lib. 6. & Spe. e. ti. §. 2. ver. sed nunquid subdelegatus. Zac.
c ¶ Ad præfidem. Adde quod ideo dicit Roma. consi. 421. q̃ potest appellari à sententia Papæ ad concilium in casu ibi posito. f. cum Papa profert sentẽtiam ad relationem alicuius.
¶ An appelletur à Papa ad Concilium, dicas quod in causis iurisdictionalibus põt ad Canonicum appellari, vt in c. constitutum. 16. q. 1. & in c. pe. 28. q. 2. potest etiam Cõcilium adiri per viam querelæ, vt est tex. in c. generalis. in fi. 54. dist. Et adde etiam, q̃ Concilium prouinciale iudicat de factis Archiepiscopi, ut per gl. in c. multis. 17. dist. & habetur in c. nunc autẽ. 21. dist. & in c. Solonitanæ. 63. dist. & vide etiam per glo. in c. sicut. 2. q. 7. videtamen tex. in c. sicut excellentiam. 23. q. 4. ubi uidetur probari, q̃ à Concilio licet appellare ad Sedem apostolicam. Anto. Franc.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus Papæ potest subdelegare partem causæ irrequisitis partibus.*
2 *Subdelegatus delegati Papæ non potest recusari sine legitima causa.*
3 *Subdelegatus si recusetur, an iurisdictio reuertatur ad delegantem?*
4 *Attentata post appellationẽ legitimã ab interlocutoria sũt ipso iure nulla.*

§. Eius ergo. Iste §. seu uers. decidit questionẽ principaliter propositam, & hoc intendit. Si delegatus Papæ subdelegat non in totum, pars a subdelegato non poterit appellare ex eo, q̃ datus sit sine suo consensu, potest tamen recusari in ostẽdendo causam iustam coram delegato, & tunc delegatus diffiniet: à quo etiam, si noluit recusationẽ admittere, licitè appellat ad Papã. hoc dicit, vsque ad fi. & sic decidit tres casus. secundus, ibi q̃ ẽt. tertius ibi, quod si, Casus lit. Hic rñdet secundæ quæstioni, ex his quæ dicta sunt, cõcludit Papa dicens, q̃ appellatio illius, qui appellauit ad Papã occasione constitutionis Inn. pro eo, q̃ subdelegati isti dati non fuerant de cõsensu illius, non valet, nec debuit impedire, quominus ꝓcederent auditores, nisi primo coram ipso dele gato iustam cãm recusationis ostenderent, & si tanquã suspecti fuissent meritò recusati, delegatus Papæ nihilominus debuit ĩ cã ꝓcedere, ac eã terminare: sed si delegatus iustã cãm recusationis nollet admittere allegatã contra subdelegatos, sed cõ pellebat illum litigare corã suspectis, à tali grauamine licitè potuit appellare, & q̃cquid factũ est post illã appellationem, dẽt in irritum reuocari. hanc conclusionẽ sumit ex tribus. §. proximis. ex §. porrò. in princ. vbi dicit, si appelletur ab eo, cui mediũ causæ &c. §. si verò. vbi idẽ dicit à contrario sensu. si non commisisset vices in totũ, appellandum esset ad delegatum. Et ex 1 §. qui verò. vbi dicit si delegatus &c. B. † No. 1. q̃ delegatus Papæ ꝑt causam subdelegare etiam pro parte, partium consensu 2 minimè requisito. Ad idẽ ŝ. e. §. quem verò. † No. 2. q̃. etiã subdelegatus delegati non potest recusari, nisi prout ei tur iusta recusationis causa, de qua dixi in d. §. quẽ verò. †. No. 3. q̃ recusato subdelegato, iurisdictio redit ad ipsũ delegatũ subdelegan 3 tẽ, qđ in dubio ꝓcedit, qñ subdelegauit non in totũ, prout hic contingit. Quid si subdelegasset in totum? puto distinguendũ, quòd si re integra recusetur, iurisdictio redit à subdelegato ad subde-

Universidad de Deusto
Biblioteca

subdelegantem, secus si recusetur ex causa superuenienti postquam incepit uti iurisdictione, ad hoc adduco bo.tex. in c. quamuis, ſ. eo. lib 6. Item no. practicam appellãdi à iudice suspecto; nam primò debet proponi recusationis causa, & si non admittitur, potest interponi appellatio, quia tunc iudex grauat
4 in non admittendo legitimam recusationem. † Vlt no. & tenementi, ꝙ attentatum post appellationẽ ab interlocutoria ẽ ipso iure irritum, & inane, & hoc si appellatio fuit legitima: ratio est, quia per appellationem legitimam ſuſpenditur iuriſdictio iudicis, vt in c. ſi a iudice, de app. lib. 6. & ſecundum iſta intellige c. non ſolum, eo. tit. lib 6. vbi dicitur, ꝙ attentata post appellationem ab interlocutoria pendent ex futuro euentu: nã dñr pendere quo ad nos, qui ignoramus, an appellatio fuerit legitima, ſed quo ad ius ſtatim aut ſunt nulla, aut valent, quia qđ eſt certum naturæ, eſt certum legi. l. ſi pater. ff. de ſol. vnde declarata rationabilitate appellationis, attentata declarantur nulla, & reuocantur per viam attentati, vt ibi no. Vlt. ſcias, ꝙ glo. in iſto §. dicit, ꝙ hic Papa reſpondet. 2 art. quæſtionum. nam (vt hic dicit Ioan. And. & benè) duo fuerunt principales articuli, primus de ſolutione ℨrietatis illarũ duarũ conſtitutionũ, ſcilicet Alex. & Inno. & iſte articulus ſup. fuit deciſus in ver. intẽtionis: ſecundus articulus fuit ſuper ſolutione quæſtionis ex facto emergentis, & iſte fuit trimembris, vt apparet hic in litera: iſte tex. ſatis declaratur ex præcedentibus ideo dicit hic glo. ꝙ hic Papa reſpondet à toto in quantitate, quia ſup. decidit ultra materiam, an & quando poſſit appellari à ſubdelegato, & ad quem eſſet appellãdum: hic verò decidit caſum particularem, ita quòd ex ſolutione totius infert ad caſum particularem.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus Papæ poteſt ſubdelegatum cogere ad acceptandum ſubdelegationem etiam conſtitutum in dignitate. nu. 4.*
2 *Delegatus Principis dicitur omnis ille, qui non recognoſcit ſuperiorem.*
3 *Delegatus Principis cenſetur ordinarius.*
5 *Nobiles mitius puniuntur, quam plebei in pœnis inferendis in perſona. Delegatus Papæ poteſt ſubdelegare, etiam cauſa non ſubſiſtente.*
6 *Malitioſe quid actum non præſumitur, niſi probetur.*
7 *Delegatus Papæ quando dicatur ſubdelegare malitioſe?*
8 *Aduocatus non cogitur aduocare, niſi in foro ſuo.*
9 *Coercitio maior dicitur quando tormentatur perſona, minor uero conſiſtit in rebus.*
Patris appellatione uenit dimidia, niſi fuerit adiecta dictio, aliqua.
10 *Delegatus Papæ poteſt ſubdelegare cuicũq. uult, put poterat ipſe Papa.*

CAP. XXVIII.

1 **Paſtoralis.** † Delegat' Papæ, niſi malitioſe ſe exoneret ſubdelegatũ cõpellit ad ſuſcipiendã ſubdelegationẽ, in coactione tamen deferet ſuæ dignitati, & perſonæ. h. d. vſque ad §. item cum totum. Caſus lit. Aliquis eſt delegatus a Principe, ipſe cõmiſit alicui uices ſuas ille non vult ſuſcipere delegationem: quæſiuit Epiſcopus Helien. vtrũ poſſit illum compellere? Reſpondet Papa à lege conceſſum ẽ delegato à Principe, ꝙ ipſe poſſit causã committere alij, dum modo malitioſe hoc non faciat, & ideo poteſt compellere illum, vt ſuſcipiat, quia talis iuriſdictio nulla uidetur, ſi coercẽtionem aliquam non haberet. tamen iudex debet diligenter videre, vt ſi perſonis ſuperioribus ex cã negotiũ duxerit committẽdũ, in cõpulſione dignitati deferat, & pſonæ. B. No. 1. ꝙ delegato a Principe dat priuilegiũ a lege, ut poſſit vices ſuas alteri ſubdelegare, ſecus ät in delegato inferioris à Prineipe. vt
2 in c. cũ cãm. ſ. de ap. & La iudice, C. de iudi. † Et intelligo hic Principẽ quemlibet non recognoſcentem ſuperiorem ſaltem in temporalibus, vt eſt Papa, & Imperator, & alij Reges qui nõ recognoſcunt hodie ſuperiorem in temporalibus, ad hoc c. per venerabilem, & quod ibi no. qui fil. ſint leg. & per Bart. ĩ
a l. 1.ª ff. a qui. app. non licet. & in l. hoſtes ff. de capti. & in l. infamem, ff. de publ. iu. No. 3. ibi. Iuriſdictio, ꝙ delegare eſt iuriſdictione vti, exercet enim iuriſdictionem ille, qui cauam ſubdelegat. concor. l. 3. ff. de iuriſd. iudi. facit l. unica. C. qui pro
3 ſua iuriſd. no. glo. in c. ſi à ſubdelegato. in fe. lib 6. † Item no. ibi, Età lege. ꝙ hæc iuriſdictio ſubdelegandi non eſt delegata, ſed ordinaria: nam iuriſdictio, quæ datur a lege, eſt ordinaria, vt in l. & qa. ff. de iur. omn. iud. no. l. nno. in c. cum ab eccle ſiarũ, de offi. ord. & Hoſt. ſup. e. c. quoniam Abbas. Et per hoc inſero, ꝙ actum ſubdelegationis nõ eſt ppetuata iuriſdictio delegata citra mortem delegantis, & ꝙ hunc actum non exercuit iuriſdictionem ſibi ſubdelegatã nec negocium deſinit eſſe integrum, ad hoc eſt tex. in d. c. ſi a ſubdelegato, licet glo. ibi aliud ſenſerit, & vide quod dixi in c. gratum, ſup. e. Item no. ꝙ iuriſdictio regulariter habet in ſe aliquam coerctionem, parũ enim aut nihil valet habitus iuriſdictionis ſine exercitio: vide
4 tamen quod legitur, & not. in c. cum cõtingat, de fo. cõp. † Itẽ no. ibi, ſi perſonis ſuperioribus, quòd delegatus Papæ poteſt cuilibet qualicumque dignitate prædito uices ſuas committere, & eum renitentem, ad acceptandum compellere: eſt enim maior omnibus in cauſa ſibi commiſſa, ad hoc. ſup. eod. c. ſa-
5 nè. † Item no. ꝙ in coactionibus inferendis perſonæ, dẽt mitius agi cum exiſtentibus in dignitate, b vide bo. tex. cũ gl. a 4.
b c q. 1. c. qui contra eccleſiæ pacem. Hinc eſt ꝙ nobiles, c & honeſtiores ciues non dehoneſtantur in vltimo ſupplicio inferẽdo, quemadmodum & plebeis vnde ſolent iſti fures ſuſpẽdi, alii
d vero decapitari, d de quo vide ꝑ Bar. & alios in l. capitalium,
6 ff. de pœn. & facit qđ ipſe no. in l. 1. ff. eo. † In glo. 1. i fi. hæc glaprè ñ aperit ſtẽtionẽ ſuã, & vt regrere, vt ſubſit cã ad hoc, ut delegatus poſſit ſubdelegare. Sed concludo poſt Inno. & melius, ꝙ aut vult committere, ſubſiſtente iuſta cauſa, & non hẽt dubiũ, vt in c. ſi ꝑ debilitate, ſup. eo. aut nulla ſubeſt cã iuſta, & tũc aut nõ facit in fraudẽ alicuius, ſed ſi vult ſe ſplicare liti gijs, & ꝑt ſubdelegare, ac ẽt ꝓpellere ad ſubdelegationẽ acceptãdã, hẽt. p. ſimplr a lege, vt ſubdelegare poſſit, vt in l. vnica, C. q ꝑ ſua iuriſdõ. & ſ. e. c. fi. ltẽ facit iſte tex. in prin. Aut malitioſe vult ſubdelegare, & tũc valet ſubdelegatio, ſed nõ ꝓt cõpellere renitẽtẽ, & hoc ſolũ voluit tex. hic. vñ illud aduerbiũ, malitioſe, non qualificat factũ cõmiſſionis, ſed actũ cõpulſionis, & ſenſus eſt, ꝙ ſi malitioſe vult ſubdelegare, nõ poteſt cõpellere renitentem ad acceptãdũ. poteſt ergo ſubdelegare, licet nõ poſſit compellere, dñt tñ, ꝙ tenet excommunicatio ta contra renitẽtem, licèt renitens prætẽdat malitiã, niſi prius appellauerit, quia ſententia eſt iniuſta contra ius partis, nec error eſt expreſſus. An ät ſit præſumẽda malitia in ſubdelegatio
7 nis actu. Communis cõcluſio eſt, quod non ꝑ id, quod habet in ſi. gl. oportet ergo, ꝙ malitia probetur ex cõiecturis, ad hoc
c 2. de renun. lib. 6. & l. dolum. C. de dolo. † Vlterius q̃ritur, qũ dicat facere malitioſe? Pet. & Abb. dixerunt, quando vult committere ſine cauſa: alij quando vult committere minus perto. hæc nõ approbantur à Doct. nec vñr iuri conſentanea. nã non poteſt dici malitia, ſi ſine cauſa extrinſeca quis vult ſubdelegare, & ideo requiritur, ꝙ faciat in fraudem, puta vt placeat vni parti cum læſione alterius, quia forrè vult amico ſubdelegare, caueat tñ à pœna c. cum æterni, de re iud. lib. 6. Idem ſi faceret, vt ipſe non incurrere odium partis, & vt ponat ſubdelegatum in illo periculo, vel quid ſimile. In gl. in ver. compellere renitentem, in fi. dic formalius, ꝙ delegatus põt cõpellere oẽs, quos potuiſſet cõpellere ipſe delegans: nã gerit vices delegantis, & reſpectu delegati Papæ nullus clericus dicit prat terius fori, qa oẽs ſubſunt Papæ, vt in c. cũcta ꝑ mundũ 6. q. 3. ſed ordinarius delegando nõ põt cõpellere, niſi hominem ſuę
8 iuriſdõnis, vt in l. vnica, C. q ꝑ ſua iuriſd. † Excipit gl. caſum ab vtroque dicto in aduocato, qui non cogitur alibi quam in ſuo foro ſuſcipe iudicium. Hoſt. dicit hoc procedere, ſi hẽt ſalarium à publico, vel ſi ẽ obligatus tot pſonis, ꝙ nõ ꝓt ſuſcipere delegationẽ quominus veniat ꝓ ꝓmiſſionẽ, ſed certè tenet ri ꝓt prima opinio ídiſtinctè. nã ꝑmia q̃ recipiũt hodie aduoca ti a partibus, ſuccedũt loco ſalarij, qđ oli dbebaẽ eis à publico, l. aduocati, ſiue l. fori. C. de aduo. diuer. iud. vñ in fauorẽ publicum

ADDITIONES.

a ¶ Bar. in l. 1. Extende hunc tex. vt per D. Abb. in c. paſtoralis, §. quoniam, de reſcrip. Seb. Sap.

b ¶ In dignitate. Pondera bene, quia defertur dignitati, & perſonæ, & æquiparatur dignitas, & perſona, vide quod alibi ſcripſi de elegantia perſonæ. Andr. Barba.

c ¶ Quod nobiles. Vide tamen Bal. in c. cum quidam inf. de iureiur. vbi dicit, ꝙ proditor etiam nobilis furca ſuſpenditur, & ita ſeruatur in Francia ſecundum eum. vide etiam Bal. in c. 1. §. ſi quis uerò auſu temerario, de pa. iuſtit. vbi vult quòd in tranſgrediente mandatum ſuperioris non ſit differentia, an ſit nobilis, uel plebeius, facit tex. in l. deſertorem. §. in bello, de re mili. Sebaſtianus Sapia.

d ¶ Decapitari. Adde latè Carpo. conſi. 40. & dicit Bal. conſi. 358. Iib. quod pœna furcarum maior eſt, quam capitis.

¶ Adde quod ſecus de conſuetudine Franciæ obſeruatur: ſuſpendunt. n. ea nobiles delinquentes ut no. Bar. in l. deſertorem, ff. de re mili. pro quo ex dicto iſtius hic vide Ia. Rebu. in l. quilibet, & ibi in add. Ceſi. ad ipſum, C. pe decur. lib. 10. jux lex facit pro dicto huius hic.

¶ Circa hoc, quod hic dicitur de pœna furcarum, primo dicas, quod pœna dẽt mitigari doctori, uel conſtituto in dignitate, ut in l. moris, in fi. ff. de pœnis, & minor debet imponi libero, quã ſeruo, l. ſtatuti, de quæſtio. l. 3. & ibi no. Bar. ff. de pœn. & debet etiam magis mitigari fœminæ, quàm maſculo, & in crimine læſæ maieſt. vt in l. quiſquis, in uer. ad filias, & ibi per Bar. & Sal. C. ad l. Iul. maie. & ad id quod hic dicitur de pœna furcarum, dicas ꝙ illa poteſt imponi famoſo latroni etiam pro uno furto enormi, ut in l. capitalium in §. famoſes, & ibi per Bart. de pœn. & vide Cyn. in auth. ſed nouo iure. C. de ſer. fug. ubi dicitur, quod pro uno furto enormi etiam ſi non ſit famoſus latro, quod etiam uo huit Bal. in c. 1. §. iniuria, in 2. col. de pa. iur. fir. in uſi. feud. Et quis dicatur famoſus latro, uide Bar. in d. §. famoſos, ubi dicit, quod ille dicit famoſus latro, qui commiſit tria furta, & adde ꝙ talis pœ. furcarum quę eſt ignominioſa poteſt imponi piratæ, ſacrilego, transfugæ, reuelanti conſilia Principis, authori tumultus, & ſeditionis, ſeuo regis aliquem occidenti, principi adorant. falſos Deos, de quibus omnibus, uide per Bar. in prælle. §. iniuria. Et uide Ko. in conſ. 469. ubi dicit ꝙ pœna furcarum impoſita per ſtatutum pro primo furto poteſt per iudicẽ mitigari, Ant. Fran.

cum emanauit l. ſancimus, alle. in gl. ne aduocatus ſubtrahat ſe foro, vbi exercet aduocationis officiũ. † In gl. in ver. coercionem. ibi, maiorem continet animaduerſionem, & eſt ſen ſus ꝙ duplex eſt coercitio, quædã maior, quædã minor. Sed ſi ſimpliciter verbum, coercitio, ꝓferat, refert ad maiorẽ aliaduer tionẽ, & dicit Bal. ꝙ maior coercitio põt dici cum vis infertur perſonæ, vt tormentum, carcer, & quid ſimile, minor eſt cum vis infertur rebus, vt mulctare aliquem, vel quid ſimile. Adbene tamẽ, quia iſte tex. nõ dicit, ꝙ iuriſdictio ſemper habeat coercitionem, ſed ꝙ modici effectus eſſet ſine aliqua coercitione, vñ pondera illud verbũ, aliqua: nam ſm Hoſt. & bene, ue rificat in qualibet coercitione quantumcunque exigua, ꝙ hoc vide bo. glo. in cle. vnica, a de ſo. compe. b in ver. aut earũ aliqua parte, quæ dicit ꝙ noſe partis intelligitur de dimidia, vt in cap. 2. de deci. lib. 6. Sed ſi adiicit verbũ, aliqua. tũc verificat in qualibet particula, nã qlibet minima pars põt dici aliqua pars totius, ꝙ no. † In gl. in ver. ſuperioribus, in fi. & hodie delegatus papæ non põt ſubdelegare niſi illis perſonis, quib. Papa delegat, c de quibus in c. ſtatutũ, in prin. de reſcr. li. 6. & habetur in § nullo, eo. ti. An autem delegatus indiſtincte poſſit ſubdelegare pſonis ſuperioribus, puta Epiſcopis, Archiepiſco pis? Hoſ. dicit, ꝙ de mẽte tex. apparet ꝙ nõ, ſed oportet, ꝙ ſubſit neceſſitas, ꝙ tex. ibi, exigẽte neceſſitate & c. dic tamen ꝙ cõmunis, & celebris opi. habet contrarium, & ita practicatur.

ADDITIONES.

a Bo. glo. in cle. unica, de foro compe. Adde ꝙ illam gl. quę eſt in uer. aut earſi parte, dixit ibi Car. & alii ſcriben. ſin. ad hoc quod hic dicitur, & quam ꝙ ſing. etiam ad hoc propoſitum all. Anto. Corſ. ſin. 113. in uer. pars, quod incip. licet appellatione partis. Zac.

¶ Ad hoc ꝙ dicitur de parte, dicas ꝙ appellatione partis in dubio uenit dimidia. l. & iam. ff. de uſufru. l. ætate. §. qui interrogatus. ff. de inter. act. l. no ñe, in §. portionis. ff. de uerb. ſig. & uide glo. in l. ſi in rem aliquis, & ibi, ꝙ Ang. ff. de rei uen. & gl. in l. plane, in §. fi. ff. de le. 1. & habetur per Bar. in l. a. C. quãdo, & quib. quar. pars debe. lib. 10. & uide do. Car. in cle. 2. §. in 2. de æta. & qua. & per Spe. in tit. de lib. conce. in §. iuxta, uerſi. 1. eſt tamẽ ue-
b rũ, ꝙ ſi adiiciatur uerbum, aliqua, intelligitur etiam de minori parte dimidiæ, ut hic ꝓ iſtum, & uidetur glo. in clem. 1. in prin. de for. comp. in uerſ. aut earũ parte, & ibi per do. Car. in 9. q. & habetur per Ale. in conſi. 56. in 2. parte conſ. & idẽ noluit Bal. in c. 1. in §. cum autem. de controu. & idem Bal. in c. 1. in prin. de feu. ubi dicit hoc procedere etiam in materia ſtatuti, uel conſuetudinis, tamen Bal. in l. ſi uel cum in utero, C. de teſta. milit. in fi. vt dicere contrarium, intelligendo tex. in l. ſi unquã, C. de reu. don. dum di
c cit partem aliquam. & quamuis ibi ſit uerbum aliqua, tamen expoſit. i. dimidia, aliquando etiam ſignificat totum, ut habetur per gl. & Bar. i l. uxor. in prin. ff. de leg. 3. in l. 6 plures, ff. de dam. infe. & uide per Alexand. in l. 2. C. de har. inſt. Ant. Fran.

d De io. com. Circa illam glo. uide pulchrè per dom. Taſ. in 1. 1. C. de pac. ubi poſtquam adduxit concor. in contrarium, adducitur nouiter tex. ut ibi ꝑ eum, & illam glo. reputat ſin. Car. Ale. in c. 1. de ali. feu. in 9. q. & Gemi. in
e 2. de deci. lib. 6. Seb. Sap.

f Delegat. Adde Alex. conſi. 75.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus principis poteſt non ſolum totam cauſam committere, ſed partem, puta citationem, uel ſimilia.*
2 *Item, iſta dictio eſt continuatiua, & geminatiua præcedentium.*
3 *Citatio committenda per delegatum Principis poteſt fieri per quemcunque ſibi placuerit.*
4 *Delegatus Papæ poteſt compellere omnes officiales neceſſarios in cauſa expedienda.*
5 *Delegatus inferioris poteſt alteri committere actum non iuriſdictionalẽ, & ſi noluerit acceptare poteſt ipſum punire.*
Citare non eſt iuriſdictionis.
6 *Arbiter non dicuntur habere iuriſdictionem.*
7 *Argumentum de toto ad partem, ualidum eſt.*

§. Item cum totum. † Delegatus Papę ſicut poteſt committere totã cãm, ita põt citationem, & punire contẽnentẽ accepta re. Caſus lit. Quærebat vtrum delegatus poſſit cõmittere alicui, vt citet partes? Reſpondet Papa, cum totũ negotium com
a mittere poſſit, vt dictum eſt ſup. citationis officium ꝑt cõmittere, & punire ꝓtemptorẽ. B. † No. ſignificationẽ huius dictio
2 nis, item. ª q̃nq; enim eſt continuatiua, & geminatiua ꝑcedẽ
3 tium, vt hic. Itẽ no. ꝙ citans dr̃ habere officium. † Itẽ no. ibi, Cuilibet, ꝙ delegatus Principis non tenet citare ꝑ nuncios publicos ordinarium, ſed tenetur ſibi eligere nunciũ, & cõmi-
4 tere cui vult hanc citationem. † No. ibi, Punire contemptorẽ & c. arg. opt. ſm Inn. ꝙ delegatus põt mulctare contemnentẽ
b ſibi parere, & per hunc tex. infero, ꝙ delegatus põt compelle
5 re omnes officiales neceſſarios in cauſa expedienda, b facit c. Præterea, in fi. ſup. eod. Sed quęro, † quid in delegato inferioris a Principe, nunquid poſſit committere citationis actũ: doct. cõmuniter dicunt, ꝙ ſic, ꝙ placet, quia citatio, quatenus exerce tur per nunciũ, non eſt iuriſdictionis, ſed eſt nudũ miniſterũ, articulum enim non iuriſdictionalem poteſt quilibet iudex cõmittere, vt ſupra c. prox. in verſi. nos autem. & ibi dixi, pro hoc facit, ꝙ arbiter nõ habet iuriſdictionem, & tamen poteſt cita re per epiſtolam, & per nunciũ, vt l. diem proferre, & in l. ſed interpellatur, ff. de arbitr. An poſſit punire nolentem acceptare? dicunt doct. ꝙ ſic, alias nullius momẽti eſſet hæc ptãs, & ſacit c. ex literis. inf. eo. Vl q̃ritur q̃ ſint rõ dubitãdi, hic dicit Abbas, ꝙ ante citationem nõ erat perpetua iuriſdictio delegata; ideo videbatur, ꝙ non poſſe compellere ad officiũ citationis acceptum. ſed rõ decidendi in contrarium fuit, quia perpetuatio nõ requiritur quo ad facultatem exercendi iuriſdictionẽ, alias nũquam poſſet incipere iuriſdictionẽ, ad idem c. paſtoralis. §. fi. de reſc. vbi ante perpetuationẽ põt fieri ſubdelegatio.
6 In gl. ver. citationis. No. glo. ꝙ † in iure valet argumentũ de toto ad quãtitatẽ, ſeu de toto ad partem, & quotidie alle. ad hoc l. quæ de tota, ff. de rei vendi. & hoc intellige, ſi eadem eſt ratio in parte, quæ eſt in toto, alias non valet. arg. ad hoc allo. bo. gl. iun. tex. in cle. 1. de re. eccle. non alie. & c.

ADDITIONES.

a Dictionis, item. Adde Pau. de Caſt. conſi. 160.

¶ Quo ponatur dictio, itẽ, an ſit implicatiua, uel repetitiua, uide quę no. in l. cum quæritur, in §. idem Labeo, & in l. in repetendis. ff. de leg. 3. ubi dicitur, quod eſt repetitiua, & uide Bal. in l. fi. C. de indi. vid. tol. & in l. Item ueniunt, in prin. ff. de pet. hære. & Bart. in l. 2. ff. de his qui ſunt ſui, uel alieni. & uide Pau. de Caſt. in conſi. 72. inci. uiſo puncto ſupraſcripto. & uide etiam Bar. in l. Seiæ. in §. Caio. ff. de fun. inſtru. ubi dicit ꝙ ſtat repetitiue, & implicat id, quod eſt diſpoſitum in præcedentibus.

b Cauſa expedienda. Adde Fede. conſi. 163. An. Fran.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula, appellatione remota, non refragatur, quin Papa poſſit admittere appellationem. & nu. 3. cui debet patere quod primo comm. ſit causã appellatione remota. num. 4.*
2 *Clauſula, appellatione remota, non habet impedire executionem ſententiæ, niſi ſuperior ex certa ſcientia admiſerit appellationem.*
3 *Certa ſcientia Principis præſumitur de oĩbus in ſupplicatione contentis.*
5 *Supplicatio debet facere mentionem de omni clauſula, quæ poſſet mouere principem ad hoc reſcribendum.*
6 *Sententia a qua fuit appellatum, an mandetur executioni per primum, uel ſecundum iudicem?*
7 *Remiſſio in criminalibus ad locum delicti habet locum maxime quo ad executionem.*
8 *Iudex appellationis confirmans ſiam debet appellantem in expenſis condemnare, & iſtam condemnationem poteſt uterque iudex exequi.*

1 **§. Præterea.** † Si Papa ſcienter cõmittit appellationẽ interpoſitã a ſuo delegato, dato cũ clauſula, appellatione remota, iuriſdictio primi delegati eſt in terim ſuſpẽta quo ad executionem. h. d. ſm verũ intellectũ. Et ſcda pars, ibi, nos ät. Caſus lit. in §. iſto ponit talis q. Cã cõmiſſa eſt alicui appellatione remota, iudex tulit ſniam diffinitiuã, appellatũ fuit ab illa, cã appellationis cõmiſſa eſt, primi iudices mãdauerũt alicui, vt ſniam ab ipſis latã mãdaret executioni, iudex appellationis mãdauit priorib. iudicibus, quatenus nec ꝑ ſe, nec ꝑ aliũ ſniam mãdent executioni, q̃ritur qd iuris? Rñdet Papa, ꝙ cũ ex certa ſcia appellationis cãm committit alijs cognoſcẽdã, appellationẽ illã recipiat, & reuocet priorũ iuriſdictionẽ, vt interim illorũ executio ſuſpẽdatur, quouſque
2 de cã appellationis plenius cognoſcat. B. † No. 1. vnũ effectũ remotionis appellationis in reſcripto, nam tollit effectum appellationis, vt non habeat impedire executionẽ ſniæ, nec deuoluere cãm ad ſuperiorem, niſi a tẽpore, quo ſuperior ex certa ſcientia admiſit appellationem, & tene hoc menti, qa quo
3 tidie ſolet ad hoc allegari. † No. 2. ꝙ per cõmiſſionẽ facta ex certa ſcientia reuocatur iuriſdictio prioris iudicis; & facit hec litera in ar. ꝙ appellatio extinguit pronunciatum, vt l. 1. §. fin. ad Turpil. Sed in contrarium facit tex. ibi, vt ſuſpendatur. Et ꝙ non extinguitur, ſed ſuſpenditur, nec etiam ſuſpendit quo ad omnes effectus, vide per ea, quæ dixi in c. ſi. de ſequeſt. poſſ.
4 † In glo. in verſi. ex certa ſcientia. in fi. dictum gl. procedit, cũ cauſa fuit commiſſa ſimpliciter, ſed vbi prius fuit commiſſa appellatione remota, nõ valet commiſſio cauſę appellationis, niſi fiat mẽtio de illa clauſula, quia ſi Papa ſciuiſſet, nõ ita de facili admiſiſſet appellationem, vnde dicitur admittere ex certa ſcientia, quãdo Papa fuit certificatus de oĩbus, quæ poſſent eum mouere ad conceſſionem denegandã, & ita cõiunge in effectu dicta doct. hic, nam de qualibet notabili clauſula appoſita in primis literis, q̃ põt eſſe impedimentum ſecundarũ, debet fieri mentio in ſecundis, alias non dicitur cõcedere ex
a certa ſcientia, ª ied per ignorantiã, & ſubreptionem, vt no. in

c cum

ADDITIO.

2 Certa ſcientia. Vide ad hoc bo. tex. in l. ſi, C. de prec. impe. & nunquid ſuf ſciat certa ſcietia de eo, cui derogandum eſt, late tradit Fel. in c. cum inter inf. de exce. ubi concludit, quod quãdo ex narratis apparet Pap. uel principem habere notitiam, ex certa ſcientia, intelligitur derogare, etiam ꝙ non apponatur clauſula, ex certa ſcientia, de quo etiam per eundẽ Fel. in c. nonnulli, col. 14. in 4. fal. ſupra de reſcrip. per dom. Dec. in c. uenerabiles, in 3. no. infra de confirma. ut, uel inu. & per Mod. in l. quidam conſulebant. ff. de re iu. Seb. Sap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

e. cũ dilecta, & c. certum, de resc. & c. inter, de re iu. Sed cõtra hoc, & contra tex. opp. si Papa admisit appellationem ex certa scientia, ad quid est opus, ꝙ postea merita appellationũ discutiantur, prout Papa mãdat in fine literæ? Itẽ quare Papa ñ pronũciauit, ex quo ex certa scia admisit appellationẽ, cũ de qua re qs cognouit, de ea iudicare debeat? vt in c. cũ super, de causa poss. & propr. Sol. Inn. multum instat, sed conclude breuiter, ꝙ illa verba, ex certa scientia, non referuntur ad merita causæ app. sed ad ignorantiam, quæ posset allegari in cõmissionis actu, vt puta quia Papa fuit prius informatus de commissione priori, & ꝙ fuit facta commissio ap. re. & ꝙ sñia fuit lata & c. si autem illa verba referrentur ad ista, militaret cõtra
5 rũ. † Et pro hac clausula, ex certa scientia, vide ꝙ dixi in c. ad hæc, de rescri. nec credo ꝙ ista verba, ex certa scientia, ponantur ī cõmissione, sed satis est, ꝙ p expressa ī literis cõmissionis
6 appareat, ꝙ Papa ex certa scientia fecit. † In glo. fi. No. hãc gl. ad quam quotidie fit remissio, cum quæritur ad quẽ pertineat executio sententiæ, si fuit appellatum, vtrum ad primũ, vel ad
2 fm? [a] & quamquam gl. multum vacillet, postremo tamen tenet vt exequatur secundus, & non primus, quia actuo in factũ dat ex sñia confirmãte, & idẽ tenet glo. in c. corã. ſ. e. sed ↄ rũ sentit in c. cũ in ecclesia, de ap. sed ꝓ dicto huius gl. est, ꝙ sñia vẽ ipsius iudicis appellationis, ex quo eã ↄfirmauit, qa oia ñra facimus &c. vt in c. si apostolicæ, de ꝓb. li. 6. & in l. 1. C. de vet. iu. enu. De hac materia vide p Io. An. I addi. Spe. in tit. de exe. sen. §. nunc dicendũ, in versi. sed pone, & ibi ẽt p Spe. in uer. seq. per Bar. post alios in l. tale pactum. §. qui prorogauit, ff. de pac. & plenius in l. a diuo Pio ff. de re iu. & per Host. & per In. hic. Et vt clarè habeas materiam aduertendum est, quod quatuor sunt casus, quorum tres sunt clari, & quartus est dubitabilis. Primus casus, qñ vtraque sententia fuit absolutoria: nam tunc frustra quæritur de executione, quia secum affert executionem, iuxta no. in c. cum nostris, de concess. præb. Secundus, cum prima fuit cõdemnatoria, & secunda absolutoria, & tũc cũ secunda præualeat, ex quo ab ea non fuit appellatum, frustra etiam quæritur de executione. Tertius casus fuit, quãdo prima fuit absolutoria, & secunda fuit condẽnatoria, tunc in dubio secũdus exequitur, & non primus, cũ ista sit sententia secundi, & nõ primi. Quartus casus dubitabilis, qñ vtraq. fuit condẽnatoria, & tunc aduerte, aut iudex secundus fuit motus ex nouis rõnibus, & non ex primis, & tunc ipse habet exeq, quia sententia præsupponit effectum, quia agitur coram eõ. vnde sententia ista non est primi, sed secundi iudicis, ergo ad secundũ & non ad primũ pertinet executio, facit c. cũ Ioannes de fi. instr. Aut nihil noui fuit actum, & tunc aut cõfirmatur prima sñia ex negligentia appellantis non prosequẽtis in tempore, & executio pertinet ad primum. ita tenent D. in d. §. q
b rũ. † Et pro hac clausula, ex certa scientia, vide ꝙ dixi in c. ad hæc, de rescri. nec credo ꝙ ista verba, ex certa scientia, ponantur ī cõmissione, sed satis est, ꝙ p expressa ī literis cõmissionis
c appareat, ꝙ Papa ex certa scientia fecit. † In glo. fi. No. hãc gl. ad quam quotidie fit remissio, cum quæritur ad quẽ pertineat executio sententiæ, si fuit appellatum, vtrum ad primũ, vel ad
2 fm? [a] & quamquam gl. multum vacillet, postremo tamen tenet vt exequatur secundus, & non primus, quia actuo in factũ dat ex sñia confirmãte, & idẽ tenet glo. in c. corã. ſ. e. sed ↄ rũ sentit in c. cũ in ecclesia, de ap. sed ꝓ dicto huius gl. est, ꝙ sñia vẽ ipsius iudicis appellationis, ex quo eã ↄfirmauit, qa oia ñra facimus &c. vt in c. si apostolicæ, de ꝓb. li. 6. & in l. 1. C. de vet. iu. enu. De hac materia vide p Io. An. I addi. Spe. in tit. de exe. sen. §. nunc dicendũ, in versi. sed pone, & ibi ẽt p Spe. in uer. seq. per Bar. post alios in l. tale pactum. §. qui prorogauit, ff. de pac. & plenius in l. a diuo Pio ff. de re iu. & per Host. & per In. hic. Et vt clarè habeas materiam. aduertendum est, quod quatuor sunt casus, quorum tres sunt clari, & quartus est dubitabilis. Primus casus, qñ vtraque sententia fuit absolutoria: nam tunc frustra quæritur de executione, quia secum affert executionem, iuxta no. in c. cum nostris, de concess. præb. Secundus, cum prima fuit cõdemnatoria, & secunda absolutoria, & tũc cũ secunda præualeat, ex quo ab ea non fuit appellatum, frustra etiam quæritur de executione. Tertius casus fuit, quãdo prima fuit absolutoria, & secunda fuit condẽnatoria, tunc in dubio secũdus exequitur, & non primus, cũ ista sit sententia secundi, & nõ primi. Quartus casus dubitabilis, qñ vtraq. fuit condẽnatoria, & tunc aduerte, aut iudex secundus fuit motus ex nouis rõnibus, & non ex primis, & tunc ipse habet exeq, quia sententia præsupponit effectum, quia agitur coram eõ. vnde sententia ista non est primi, sed secundi iudicis, ergo ad secundũ & non ad primũ pertinet executio, facit c. cũ Ioannes de fi. instr. Aut nihil noui fuit actum, & tunc aut cõfirmatur prima sñia ex negligentia appellantis non prosequẽtis in tempore, & executio pertinet ad primum. ita tenent D. in d. §. q
d criminali, in qua habet locum remissio, [d] iuxta no. in cle. pasto. de re iu. & in Aut. vt nul. iu. §. si vero quis comprehensorũ. non. n. est æquum, vt puniatur quis, vbi non delinquit. finge enim ꝙ iudex ad quẽ, est remotus a loco delicti. Nã si iudex ad quem exqueretur, posset violare iura, quæ volunt remissionem fiendã ad locum delicti, vt in c. 1. de rap. & in iuribus ꝓal. & hæc est bona cõsideratio Ho. hic, & tacitè vẽ de mẽte Inn. quę distinctio mihi satis placet, quia aut iudex ad quem aliqd addidit, vel detraxit a priori sententia, & ipse habet exequi, qa sñia sic reformata est sua, & non primi iudicis. aut nihil est additum, nec detractum, & tunc primus exequitur, & non secũdus. Pro hoc membro, ꝙ est magis dubitabile, ego adduco bonum tex. cũ glo. in d. c. cum ecclesia. vbi vẽ iudicio meo hoc probari. ad idẽ ↄ. quæst. 6. in fi. nam si iudex ad quem, perpẽdet malè appellatum, & benè iudicatum, sola declaratio ad eum pertinet. Vnde eo ipso, ꝙ pronunciat male appellatum, functus est officio suo, vt ibi. ergo causa debet redire ad priorem iudicem. & pro hoc facit, quia appellatio suspendit primã sententiam, non autem extinguit, vt in c. veniẽtes, de iureiu. ergo si appellatio pronunciatur minus legitima, prima sñia reassumit vires suas, & ẽ executionis mãdãda, & ꝓ hoc facit ista tex. in ver. Vt interim executio sñæ suspẽdat &c. Si tamẽ primus
8 iudex nõ reperiretur, tũc non esset absurdũ dicere, ꝙ secũdus possit exequi. hoc ꝓcedit in appellatione à diffinitiua. † Quid autem in appellatione ab interlocutoria, si iudex appellationis pronunciauit malè appellatum, & condemnauit appellantẽ in expensis, vt facere dẽt, vt in c. vt debitus, de app. qs hẽat ex nũc exeq, an primus, an scds? & Io. Cal. hic, ꝙ vẽ, ꝓbari ī d. c. vt debitus. Circa qđ tñ posset instari, quia ista condemnatio expensarum est secundi, non primi, ergo ipse potest exequi, cũ executio veniat accessoriè ad sententiam. Et ad c. vt debitus, vbi dicitur, ꝙ debet remittere appellantem, & condemnare eum in expensis, potest dici, ꝙ debet eum condemnare effectualiter. ſ. mandando sententiam executionis: dicit tamẽ Cal. ꝙ vbi primus non posset exequi, fortè quia post appellationẽ ab interlocutoria processit in causa, & tulit sententiam diffinitiuam, ꝙ secundus debet exequi, ne condemnatio remaneat sine effectu: & sic dicit se obtinuisse in quæstione factũ. Et per hæc habes plenè hunc articulum examinatum, quem bene no. quia quotidianus est. Et auth. si quis litigantium, præall. quia videtur multũ facere pro præcedenti membro, vt secũdus iudex exequatur diffinitiuam, dic ꝙ loquitur, quando primus iudex est impotens ad exequendum: nam loquitur, quando ep. scopus ex prorogatione pronunciauit inter laicos; & dic vt colligitur ex l. præc. super qua signatur illa auth. Abb

ADDITIONES.

a Secundum. Adde Ang. consi. 70.
b Expressam sententiam. Vide Bar. in l. præcipimus, §. in his, C. de app. in l. eos, eod. tit. in l. si quis priore, ff. ad Tre. Alex. in consi. 3. in 1. volum. Bar. & Mo. in l. 1. col. penu. ff. de re iud. & latius per Alexand. in l. a diuo Pio, in prin. eod. titu. Seb. Sap.
c Secundus exequitur. Adde quod Ro. consi. 469. dicit, quod idem est in sententia arbitri, ut ex secunda agatur, non ex prima.
d Remissio. Adde uidendum Old. consi. 124.
¶ Adde, quod hoc est uerum de iure cõmuni, ut no. plene Angelus, in authen. ut nul. iu. §. si uero quis comprehensorum, scrip. in auth. qua in prima cia, C. ubi de cri. agi oportet. Bal. in l. cũ Archimedoram. co. pe. in gl. magn. in fi. uer. unde dico, C. ut in pos. leg. q. tamen in add. Spe. in tit. de accu. uer. quid si offensus, dicit se nescire legem dicentem, quod in criminalibus debeat fieri remissio, hodie tamen de consuetudine nõ fit remisso, nisi inter subditos eidem imperio, ita per Bal. in l. 2. uersi. sed numqd, C. de ser. fug. Car. in cle. pastoralis, de re iu. Idem in cle. 2. §. denique, q. ix. eo. tit. Bal. i. c. 2. de cont. feu. apud pares, & ipsum in c. si col. 12. in fi. inf. de fo. comp. tibi addit non ualere talem consuetudinem, per quam non dẽt fieri remissio, si delinquens non est in loco domicilii, uel delicti. Nec omitto nõ posse remissionẽ non fieri, no. Bal. in addi. Spe. tit. de comp. iudi. adi. uersi. index originis. Item fit expensis petẽtis. no. Idem Bald. in c. 1. §. fi iudex. uersi. sed quęro, de pa. ten. Zac.
¶ Circa hãc materiã remissionis faciendæ, in criminalibus, & an hodie de cõsuetudine fiat, uide etiam no. per Bal. in l. 2. C. man. & quę no. in c. 2. inf. de rap. & uide D. Abb. in c. fi. in 11. col. de fo. comp. Et adde ꝙ qñ dẽt fieri hæc remissio, & reus est captus, non dẽt fieri, nisi præcedente summaria cognitione, an deliquerit, uide Bal. in add. Spe. in ti. de cõp. iud. adi. in uersi. malefactor. & p Card. in cle. 2. in §. denique, in fi. de re iud. Et adde quod remissio non habet locum in causa criminali ciuiliter mota, quia illa quæ paratur ciuili, per c. tua, de procu. & habetur per do. Car. in dicto §. denique. in 12. quęst. Ant. Fran.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus potest præcipere ordinario, ut exequatur suam. delegati sententiam, quam exequi debet, licet sciat iniustam, & nu. 4.*
2 *Obediendum an sit superiori, siue iuste, siue iniuste?*
3 *Executorum quæ sint species tam ad beneficia, quam ad alias res, et quælem iurisdictionem habeant tales executores?*
4 *Sñia, esto quod iniusta est mandãda executioni, si ab ea non fuit appellatum, & no. 2. Quia tunc transit in rem iudicatam. nu. 5.*
5 *Iudex qui malè tulit sententiam, siue ab ea fuerit appellatum, siue non ad huc tenetur in syndicatu ad interesse partis.*
6 *Arbiter siue arbitrator tenetur ad interesse parti, quam dolo, uel lata culpa in laudo grauauit.*
7 *Doctor qui dedit malum consilium ex imperitia, an teneatur parti lesæ?*
8 *Iudex an debeat iudicare secundum allegata, & acta, si repugnant conscientia suæ? uide plenissime.*

1 **§. Quia vero.** † Ordinarius ad mandatum delegati exequitur sententiam, etiam iniustã. Secũda, ibi, attedẽtes. Casus lit. Delegatus a Papa tulit sñiam diffinitiuã, a qua nõ est appellatũ: mãdat iudici ordinatio, ut sñiam illã exequat, ordinarius scit sñiam illã iniustã, quæritur nũ dẽat illã executioni mãdare, vel non? Rñdet Papa, ꝙ per talẽ demõstrationẽ nõ cognitio, sed tñ executio demandat, & ordinarius tenetur obicqui delegato, vnde tenetur sñiam illã executioni mãdare, ẽt si sciat illã iniustã, nisi apud illũ effi
cere possit, vt ab illo mandato ipsum absoluat. B. No. 1. ꝙ delegatus Papæ potest mandare ordinario loci, ut sententiam suam exequatur, ad idem. sup. eo. c. si quando, & c. significasti. No. ibi, nõ cognitio, sed executio, ꝙ is cui mandatur nuda exe
cutio sententiæ, non potest assũmere cognitionem super viri
3 us sententiæ, de quo inf latius. † Item no. ꝙ quis debet parere mandato superioris, licet sciat illud iniustum, [a] hoc tñ non ẽt absolutè verum: nam si est contra Deũ, & bonos mores, non debet quis parere superiori, sed potius Deo, qui mandat oppositum, vt 11. q. 3. qui resistit, & c. Iulianus, & c. si dns. de quo per Inn. in c. ad aures, de temp. ord. & istum tex. intellige
4 si sententia erat iniusta. tamen aliàs tenebat, quia erat ↄ jus
litigatoris, vel quia transierat in rem iudicatam, qa non fuerat ab ea appellatum. vnde hæc sñia est solum iniusta ex parte pronunciantis, sed ex iuris dispositione tenet, [b] & est exe
cutioni mãdanda, vt sit litium finis. & de hoc est gl. magistra
hic, & uide quæ dixi in d. c. si qñ. An autem hoc hẽat locũ in
causa criminali, ubi sententia est corporis afflictiua, vt si mandatarius sciat sñiam iniustã, teneatur illam exequi? [c] Inno. dicit, ꝙ non cõsueleret, ꝙ talem sententiã quis mandaret execu
tioni, & no. hoc dictum, pro quo facit, ꝙ tacitus cõsensus partis nõ habuit purgare uitium sententiæ, quia nemo est domi
nus membrorum suorum, l. liber homo. ff. ad leg. Aqu. & in c.
5 contingit, 2. inf. de sen. exc. hinc est, ꝙ condemnato inuito ꝑt tertius appellare. vt in l. non tantum. ff. de app. & 2. q. 6. in sum
ma, & est optima limitatio ad istum tex. & facit ꝙ inf. dicam
eum glo. seq. In glo. in versi. & si sciat. Diuide hanc gl. in tres
partes. Nam in prima tacitè opponit, & in solutione examinat, quis dicatur merus executor, & quis mixtus, & quas exceptiones possint. & dẽt admittere isti executores. In secũda parte principaliter qritur, an ab executore possit appellari? in tertia opponit ↄ tex. quia iniusto præcepto non est obediẽ
dum. Et secunda pars incip. ibi, & no. Tertia pars inci. ibi, item
no. De prima parte gl. vide quod no. Bar. in l. a diuo Pio. de re
iu. & satis plenè per Host. & alios doct. hic. Et no. bene hãc
gl. in hoc, ꝙ dicit, † ꝙ executor datus ad prouidẽdũ de bñficio dẽ mixtus, non merus. dẽ autem mixtus, quia hẽt mixturã
6 iurisdictionis, potest enim assumere partes iudicis, si vult, de quo vide per gl. in cle. vnica, eo. ti. dixi plenè post Inno. ſin c.
fi. de præsum. & ideo de isto executore ad beneficia. dic vt ibi,
& hic distingue materiam huius gl. post doct. premittendo, ꝙ
iudex põt dici executor inquantum procedit exequendo iudicatã, & ius partis, vt in c. si quis ↄ, de fo. compe. sed proprie, & stricte distinguitur ab executore. quia iudex datur principaliter, vt cognoscat inter partes, sed secũdario habet exequi, executor verò datur principaliter super executione, licet quando
que secundariò possit cognitionem assumere, & partes iudi
& in c. ſi pro debilitate, nu. 4. in uer. induſtria perſonæ, ſup. iſto tit. Zac.
c Mandat. Vide ad hoc tex. no. vbi Paul. de Caſt. no. 1. in l. fi. ff. de iud. vbi uidetur
probari, q̃ executor habeat aliqualem iuriſdictionem ad expediendum il
lud, quod ſibi committitur. Seb. Sap.
d Contradictores. Adde Rom. conſi. 482.

quod ſpectat ad executionem, uel ad officiũ ſpeciale, & a Pa
pa, ſecus ſi committeretur aliquid puri facti, puta, ut emat
gna. uel certum quid aliud, & dicit curiã ſic ſeruare. hoc di
cũt Vin. habet æquitatem, ſed alia opi. uidetur præſtantior, &
4 uide quod dixi in d.c. ex literis. † Quæro extra glo. quid ſi Pa
pa committendo nudum miniſterium dat etiam iuriſdictio
nem, ut puta quia apponit clauſulam, contradictores compe
ſcendo, &c. nũquid iſte cõmiſſarius poterit alteri uices ſuas cõ
mittere? Inno. cõcludit, q̃ iuriſdictionem poterit alteri cõmit
5 tere, ſed nudũ miniſteriũ nõ. † Vlt. quæritur, quid ſi cõmittit
alicui nudũ miniſteriũ, ſub noĩe dignitatis, ſed illo nõ expleto
moritur cõmiſſarius, nunquid tranſit in ſucceſſorẽ? Inn. hic po
nit tres opi. ſed Hoſt. cuius opi. mihi placet, indiſtinctè tenet,
q̃ ſi ex verbis nõ apparet, q̃ elegerit induſtriã perſonæ, ſp tran
ſit in ſucceſſorẽ, ex quo cõmiſſio eſt facta ſub noĩe dignitatis,
& pro hoc rõ e. qñ Abb. ſup. eo vī. n. Papa cogitaſſe, q̃ oẽs cõ
ſtituti ĩ illa dignitate dẽnt eſſe prouidi, & honeſti. In gl. fi. in fi.
& uide bo. tex. in c. 1. de re iud. lib. 6. & c. 1. de ſen. ex com. eod.
lib. ubi habetur, q̃ cum irregularibus ſolus Papa diſpenſat. &
dic ut ibi, & in c. at ſi clerici. §. de adulterijs, inf. de iud.

De officio Legati. Rub.

Quia officium legati in quibuſdam ſimile eſt officio delega
ti, cum uterq; gerat vices ſuperioris, ideo poſt rub. præceden
tẽ ſubijcit iſtam. Et ſcias, q̃ quidã ſunt Legati nuncij, & non iu
dices, vt iſti quos ſæpè Papa mittit pro aliqua ambaſciata, uel
ad aliquod nudũ miniſterium exercendũ, & de his. 1. diſt. c. iuſgẽ
tiũ. & 97. diſt. per totũ, maximè in c. nobiliſſimus. Quidã ſunt
Legati iudices, quos Papa facit ordinarios in certa prouincia,
& de iſtis tractatur hic, & reperiuntur iſti in multiplici ſpecie.
Nam quidam ſunt legati nati, quidam legati de latere, quidã
legati non de latere, neque nati, & de his dic, ut leg. & no. in c.
pen. inf. eod. ubi dicetur.

SVMMARIVM.

*Legatus natus dicitur ille, qui ſtatim, quòd promotus eſt ad aliquam digni
tatem, eſt ipſo iure Legatus.*
*Legatus Papæ concurrit cum quolibet ordinario in prouincia ſua, & ha
bet poteſtatem conferendi beneficia ad eorum collationem ſpectantia.*
Legatus Papæ dicitur habere ordinariam poteſtatem.
Legatus Papæ hẽt illam iuriſdictionem, quam olim habebant proconſules.
*Legatus Papæ non poteſt ad ſe aduocare cauſam motam ſeu mouendam co
ram iudice competenti. num. 6.*
*Iudices plures ubi reperiuntur, electio eſt actoris, coram quo uelit reum
conuenire.*
*Epiſcopus non poteſt deponi per alium, quàm per Papam, ſed cognoſcere,
an ſit deponendus, poteſt ſpectare ad Archiepiſcopum, ut Legatum. uide
infra. c. prox. nu. 3. in fi.*
*Legatus non poteſt compellere appellantem ad Papam, litigare coram ſe.
Appellari poteſt ad legatum in ſua prouincia omiſſo medio, quemadmo
dum ad Papam.*
Legati de latere tantùm, habent iuriſdictionem in exemptos.
*Legati de latere dicuntur tantùm Cardinales, qui mittuntur de latere Pa
pæ, in contrarium facit tex. infra. eo. c. dilectus, in caſus poſitione iuncto
primo nota. Abbatis.*

CAP. PRIMVM.

Vm non ignoretis Legatus Papæ e
tiam per ſimpli
cem querelam adiri poteſt. diuiditur. Primò ponit
cauſam in genere, ex qua ſecundo poſtea concludit,
ibi, ſanè. Caſus lit. Archiepiſcopus Cantuarien. eſt delegatus
1 † in prouincia ſua, quidam tamẽ ſuffraganei ſui dicebant, q̃ eã
ſubditorũ ſuorũ audire nõ poterat, nec debebat, niſi cum per
appellationẽ deferuntur ad eũ. Et ſic non permittebant cleri
cos ire ad Archiepũm per ſimplicẽ querimoniam. Archiepus ſi
gnificauit hoc dño Papæ, ſuper hoc reſcribit ſuffraganeis Can
tuarien dicens, q̃ ipſi ignorare nõ debent Archiepm ſuum ſi
bi præeſſe iure Metropolitico, & iure legationis. Et licet Ar
chiepus iure Metropolitico non debeat audire cauſas de Epi
ſcopatibus ipſorum, niſi per appellationem deferantur ad ip
ſum, tamen iure legationis uniuerſas cãs, quæ p appellationẽ,
uel querimoniam ad ſuam audientiam perferuntur, audire
2 poteſt & debet, ſicut qui vices Papæ gerit in prouincia ſua. Ber.
† No. 1. duæ diuerſę dignitatis, & diuerſæ naturæ poſſunt con
currere in eadem perſona, & tunc debet cenſeri iure diuerſo
num. iſte enim Archiepiſcopus Cantuarien. ultra dignitatem
a Archiepiſcopatus eſt legatus Papæ in prouincia ſua, [a] & hæc
dignitas legationis eſt tributa dignitati Archiepali illius ciui
tatis Cantuarien. ita, q̃ quilibet Archiepiſcopus Cantuar. eſt
legatus Papæ. vnde appellatur ille legatus natus, quia naſcitur
eum illa dignitate legationis eo ipſo, q̃ promouetur in Archi
epiſcopum. No. 2. quod etiam legatus habet iuriſdictionem
b in tota prouincia [b] ſibi decreta, ita, ut poſſit adiri per ſubditos
Suffraganeorum ſuorum, etiam per uiam ſimplicis querelæ.
2 † Not. 3. q̃ delegatus Papæ habet ampliorem ptãtem in pro
uincia ſibi decreta, quam Epus, uel Archiepus, imo eſt. ſup. Epos
& Archiepos, tenet. n. locum Papæ, & uide no. diſtinction Spec. in
tit. de leg. in §. nunc oſtendendum, ver. legatus. cum ſeq. vbi
c dicit, q̃ delegatus concurrit cum quolibet ordinario [c] exiſten
te in prouincia ſua, qualiſcunque ſit, ſiue ſit Abbas, ſiue Epus. ſi
ue Archiepus, uel Patriarcha. vnde poteſt exercere ea quæ per
iſtos exercentur ratione ordinariæ poteſtatis, & cõferre benefi
cia ad eos ſpectantia, & uide de poteſtate legati, quod plenè di
3 xi in c. fi. de confir. vti. vel inu. † Vlt. not. q̃ licet legatus dicitur
d habere iuriſdictionem ordinariam, ut in c. 2. eo. tit. lib. 6. [d] ta
men dicitur gerere vices Papæ, & aduerte, q̃a hoc vī repugna
re ordinariæ poteſtati, nã iuriſdictio ordinaria cõperit iure pro
prio, & eſt radicata in perſona ipſius ordinarij, nec dī gerere vi
ces alterius, ſed utitur iure proprio, ut no. in c. qñ Abbas. ſu. ti
proxi. ſed pt dici, q̃ licèt legatus habeat ordinariam, tñ hæc po
teſtas nõ ordinario mõ eſt inducta, q̃a nõ eſt a iure deputatus
certus locus pro legato. vnde dī gerere vices Papæ, q̃a Papa
põt exercere iuriſdictionẽ per totũ orbem, ut in c. cuncta per
mundũ. 9. q. 3. hẽt tñ ordinariã ex eo, q̃ regit totã prouinciam
ex conceſſione Principis, & ſunt iſti legati ad inſtar proconſu
lum, qui olim præerant prouincię, & dic ut habes tex. & glo. 2.
ibi, Quam per querimoniam. No. glo. q̃ legatus põt adiri per
viam querimoniæ per oẽs exiſtẽtes in prouincia ſibi decreta.
Io. tñ no. cõtrariũ. 2. q. 6. c. 3. & 9. q. 3. c. conqueſtus, & 25. q. 2. c.
3. & c. peruenit. 11. q. 3. ſed Bar. Brix ibi, & cõmuniter Doct. hic
ſequuntur gl. per iſtũ tex. ad quẽ tñ reſpondebat Io. q̃ procedit,
cum Archiepus deputatur legatus. nã tunc, ne ſit ibi inutile be
neficiũ legationis, poteſt adiri per querimoniam. ſed hæc re
ſponſio nõ eſt bona, q̃a tex. fundat ſe non ſuper iure ſpeciali,
ſed ſimplr ſuper officio legationis. Ad idẽ adduco ho tex. in c.
2. eo. tit li. 6. ubi dī, q̃ legatus habet ordinariam iuriſdictionem
in prouincia ſibi decreta. ergo ut ordinarius in tota prouincia
poteſt adiri per querimoniã. Ad c. peruenit, reſpõdẽt Doct. q̃
loquitur in defenſore, & nõ in legato. uel loquitur, qñ legatus
uolebat compellere actorẽ ad litigandũ corã ſe, quod non po
4 teſt. † Et no. hanc ſolutionem, ex qua habes, q̃ optio eſt danda
actori, an uelit cõuenire reũ corã legato, an corã alio iudice cõ
petenti, & ſic non pt legatus aduocare ad ſe cãm motam, ſeu
e mouendam coram iudice inferiore competenti, [e] nam quãdo
quis hẽt multos iudices, optio datur actori, ut not. gl. in l. fi. C.
ubi in rem actio, & in c. dilecti, de fo. comp. & in c. ſtatutum. §.
5 cũ uerò, de reſ. lib. 6. † In ea. gl. ibi, Eſt dicendũ q̃ non. in cõtra
rium tñ facit. c. ex tuæ. inf. de cle. nõ reſi. ſed dic, ut ibi no. & vi
de bo. gl. 2. q. 6. c. biduũ. uerſi. ſiquidẽ, in uerſi. annotauerit, q̃ di
cit, q̃ licet Metropolitanus non poſſit deponere epiſcopum,
põt tñ declarare eum fore deponendum, & ſic poſſumus dice
re, q̃ legatus poteſt audire cauſam criminalem contra Epiſco
pum, ſed non poteſt diffinire eam, ſi uenit imponenda pœna
depoſitionis. Et idem dicit de Archiepiſcopo. nam Archiepi
ſcopus poteſt audire cauſam criminalem epiſcopi, & eum pu
nire, ut in c. ſacro, de ſen. excom. ſed ſi uenit imponenda pœna
depoſitionis, debet diffinitionem reſeruare Papæ. 3. q. 6. c. quã
uis, & c. accuſatus, & uide Ioan. And. in cap. ut litigantes, de eo
6 fic. ord lib. 6. † In ea. gl. ibi, Sed presbyterum poſſet deponere,
f pro hoc facit quod ſup. dixi poſt Spec. nam concurrit [f] in iuri
ſdictione exercenda cum Epiſcopo. Sed in eo quod glo. po
ſtea dicit, quòd ſi appellatur ad Papam, poteſt legatus com
pellere appellantem, ut litiget coram ſe, non credo, q̃ glo. uerũ
g dicat, [g] imo uidetur contra cap. antiqua, in fi. inf. de priu. & de
7 hoc uide quod leg. & no. in c conſtitutus, de appell. † Vlt. no.
fi. gl. & tene menti in eo, quod dicit, q̃ ad legatum poteſt ap
pellari omiſſis omnib. mediis, & ſic ſi appelletur ab epo, non
eſſet

ADDITIONES.

a Eſt legatus Papæ in prouincia ſua. Adde q̃ de illo meminit Inn. in c. uoleẽtes,
inf. eo. ubi dicit, Archiepiſcopum Cantuarien. & Eboracen. in Anglia, Rhe
menſem in Francia, & in Italia Piſanum, Archiepiſcopos, eſſe Legatos na
tos, meminerunt Doc. de legatis natis in c. 1. ſup. de fil. preſby. & in c. 1. inf
de appel. & Phil. Fran. eo. tit. lib. 6. Zac.
b ¶ Tota prouincia. Adde quod uoluit Anc. conſi. 131. ubi concludit, q̃ con
ſuetudine non poteſt induci, ut à ſententijs conſeruatorum Papæ appelle
tur ad Legatos natos, uel de latere.
c ¶ Quolibet ordinario. Adde Anch. loco proximè alleg.
d ¶ Lib. 6. Vnde dicit gl. in c. quæ de cauſa. 2. q. 5. q̃ legatus Papæ eſt honoran
dus, ſicut Papa, de quo per Fel. in c. mandata. in prin. de præſum.
e ¶ Competenti. Adde Anch. conſi. alleg. 131.
f ¶ Nam concurrit. Vide gl. in c. ſi quis autem. 94. di. quæ uult, quòd legatus de
latere non poteſt deponere Epiſcopum, de quo uide per Fel. in c. non po
teſt. col. 3. uer. & adde quòd omnia iura, de re iud. Seb. Sap.
g ¶ Verum dicat. Adde, ut per Ro. conſ. 2. ubi de hoc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

esset opus q̃ prius appellaretur ad Archiepiscopum.gl.tamen inf.eo.in c.quod translationem,aliter videt sentire.dicit.n.speciale esse in Papa,vt ad eũ possit appellari omissis mediis, sed forte glo.noluit ibi excludere legatum,sed alios ordinarios,& istam gl.seu eius opi te.Bar.Brix.2.q.6.in c.si quis vestrum.Io. tamen ibi tenet oppositũ,de quo p Spe. in e.tit.§. superest,ver. & nunquid.ubi tenet contra istam glo. dicit tamen,q̃ de consuetudine seruat̃ ista.Ego credo q̃ etiam de iure sit seruãda p illud fundamentum,quod sup.fec:nam si concurrit cum quolibet ordinario,ergo nõ est dare superiorẽ immediatum.Exẽplum,si appellet a plato inferiore eẽo,& sic de iure ad eẽm fit appellãdum,cũ legatus cõcurrat cum Eõ,ergo põt appellari ad legatũ,sicut ad episcopum, & ita si esset appellãdum ad Archiepm †In glo.fi.ibi,Alij vero legati Cardinales. & hæc opi. probatur hodie in c.1.de verb.sig.li.6.&in c.si abbatem.de ele. eo.ii.p q̃ iura ꝓbãt,q̃ legati Cardinales dũtaxat hẽnt iurisdõnem in exemptos.[a] In eo tñ qđ gl.vł velle,q̃ alig dicant̃ legati de latere,q̃ nõ sũt Cardinales,nõ benè dicit,q̃a soli Card. dicũtur legati de latere,& sic appellant̃, q̃a Car. semp assistũt lateri Papæ,vñ ardua explicat Papa eũ cõsilio Cardinalũ, vt in c.p venerabilem,q̃ fil.sint leg.& no.Io.Mona.in c.sup eo,de hære.li.6.ideo cum destinantur legati, dicũtur missi de latere.

ADDITIO.

a In exemptos. Adde Ro.consi.399.

SVMMARIVM.

1 *Legatus non potest se intromittere in causa alteri specialiter commissa,nisi ex aliqua causa urgentissima.*2.
3 *A delegato Papę an possit appellari ad legatum ipsius Papę?*
Restitutio in integrum aduersus sententiam,an possit dari per illum,qui ipsam sententiam tulit?
Procurator,qui habuit sententiam contra se, potest petere restitutionem in integrum aduersus eam,absque alio speciali mandato.
4 *Impetrans rescriptum ad delegatum,potest conuenire,& preueniri a Legato,tanquam ordinario,nec proderit sibi rescriptum:quia non fuit præsentatum ante citationem.*
Rescriptum,in quo impetratur aliquis index, debet præsentari ante citationem coram alio iudice factam.
5 *Confirmare,sumitur aliquando pro quadam confirmatione facti.*
6 *Delegatus an possit compellere Legatum ad exequendum sententiam ipsius delegati.*
Delegatus in causa sibi commissa an sit maior Legato.

CAP. II.

1 **Studuisti.** †De causa specialiter delegata a Papa legatus se intromittere non potest. hoc intendit. Communis diui. Secunda ibi, respondemus. Casus liter. Legatus dñi Pa.generalis est in aliqua prouincia.dominus Pa. committit spãliter aliquam eãm alicui delegato. quærit vtrũ delegatus iste possit impedire ꝓcessum istius legati,vel cognoscere de causa illa ante cognitionem ipsius legati, vel postea? Respondet Pa.q̃ cũ mãdatum speciale deroget generali,legatus commissionem alij factam specialiter impedire non pt.Et si delegatus secundum formam mandati sententiam tulit, legatus non potest eam aliquatenus irritare,tamen si rationabiliter lata fuerit,eam poterit confirmare,& executioni mandare.B.No.1.q̃ is cui facta est generalis commissio non potest se impedire de his,q̃ aliis spãliter sũt commissa:nam spãlis cã vł exempta a generali cõmissione. qđ bene no.Ex quo infert, q̃ si detur certis officialibus plenum, & generale arbitriũ sup statu ciuitatis, vel studij, vel aliquid aliud simile, non possunt isti tollere statuta specialiter edita, licet de nouo possint prouisionem facere,nisi causa noua, & inconsiderata emergeret,vt j. dicam,& voluit Bar.in l.ambitiosa,ff.de decr.abor.ita.& in l.si hominem,ff.man.& tenebis mẽti hoc dictum,qđ facit ad mul
a ta.† No.q̃ legatus Papæ nõ põt impedire, nec processum, nec
2 executionem sententię iam latæ a delegato Papæ.Cõtra hoc op.de l.si hominem,præal.vbi dicit q̃ procurator generalis potest inhibere speciali procuratori, ne agat sibi iniũcta per dominum.Ioan.An.dicit, q̃ illud procedit subsistente causa; sed dic meliùs,q̃ nõ sufficit quælibet causa vt generalis procurator,vel legatus possit se impedire de his,quæ alteri specialiter sunt iuncta:nam hoc esset contra istum tex. in eo,quod dicit, q̃ spãlis commissio derogat generali.debet ergo ille tex.intelligi, quãdo oritur causa de nouo,vel detegitur causa antiqua, quæ verisimiliter non fuit considerata tempore mandati specialis,& est talis causa,quæ si tunc fuisset considerata,nõ emanasset verisimiliter illa commissio spãlis,& ita intelligit Bar.&
b bene,illum tex.[b]Et ex his no.ꝑpetuo,q̃ ex tali causa noua vel antiqua nouiter detecta pt legatus generalis impedire delegatum specialẽ,& cõmissio gñalis prævalet speciali.Et facit hoc dictum ad id quod sup.dixi, q̃ officiales quibus datum est generale arbitrium,possunt tali causa venire contra statutũ prius
3 special.ter editũ,qđ legitur Bart.vb. sup. † Circa prædicta qũ-
c tur,nunquid à legato Papæ possit appellari ad legatum ipsius Papæ qui est in prouincia? Doct.hic q̃ nõ, [c]p istum tex.& bene loquitur, quia cũ teneat delegatus vices Papæ, solus papa potest suam sniam retractare,qđ idem dic respectu restitutionis in inte.nã legatus nõ põt restituere in inte. contra sententiam delegati ipsius Principis, nec aliius ordinarius citra Pa.q̃ hoc tex.no.in l.aduersus,C.si aduer.rem ind.per quem tex.dixerũt ibi Bar.& Bal.q̃ etiam legatus,qui tulit sententiam,nõ potest contra eã restitutionẽ dare,quod puto indubitanter,si delegati iurisdõ expirauit: sed si supereset respectu executionis, cũ duret adhuc officium ipsius nobile,vt in c.si delegatus,de offi. deleg.li.6.poterit(ut arbitror)restituere,qa videtur incidẽter ꝓtingere,ex quo sententia nondum est executioni mandata,& pro hoc gl.sing.& Inn.in c.suscitata.de in inte.rest.ubi dñt.q̃ si snia fuerit lata contra procuratorem, quæ nondũ est mãdata executioni,pt ꝓcurator sine aliquo speciali mandato petere restitutionem in inte. quia petitur incidenter.Sed certum est, quòd cum petitur incidenter, potest delegatus papæ sine alio speciali mandato restitutionem indulgere, ut in cap. pen.de in integ.rest.& in l.fi.C.ubi &apud quem.& hoc quod supra dixi, videtur sentire Bar. in l. iudex, ff.de re iu. & ita per uerba latiora nupertime consului in quæstio.facti.Cõcludo etiam,q̃ præsupposito,q̃ delegatus non possit,ex quo sententiã tulit,tamen potest audire restitutionis cãm, & si videt eam indulgẽdam, poterit supersedere executioni,&remittere causam ad ipsum Principem,argu.opt.in eo quod legi.& no. in c.de cætero,de re iu.& l.vni.C.de in integrũ rest.postu.facit gl.no.2.q.6.c.biduum.quæ dicit q̃ licet Metropolitanus non possit deponere episcopũ,potest tamen pronuntiare cũ deponendũ,& remittere ad Papã,& idem in delegato, vt dixi sup.
4 c.prox & hoc no.†In glo.1.ibi, Vt debitus. sentit per hoc ista glo.q̃ hodie is,qui imputauit rescriptũ ad delegatũ,potest cõueniri,& preueniri corã legato tãquã ordinario, nec proderit sibi literæ speciales, ex quo eis non fuit usus ante citationem factam per legatum,sed tu de hoc dic,ut plenius not.in d.c.ut debitus,& dixi in c.1.de resc.In gl.2.ibi sup. De offi.dele.c. ex parte.Dic q̃ ibi vtrunque mandatum est speciale,vt ibi plenè dixi.In glo.in fi.ibi.Sed nec sic põt. Vult glo.hic & benè,q̃ legatus nullo modo potest confirmare sententiam delegati cõfirmatione authorizabili & ideo Hostien.& bene,dicit,q̃ tex. debet intelligi,& poterit confirmare.i.approbare,& commen
5 dare.† & sic sumitur hic confirmatio pro quadam approba-
6 tione,quę consistit in facto.† Et in fi.glo.hic videtur tittbasse, remanet tamen in conclusione, vt delegatus non possit compellere legatum ad exequendum suam sententiam, quia legatus nõ est minor eo,sed saltẽ par, cum etiã ipse gerat vices Papæ,& hãc opin.approbat Host.& adducit istã literã, dũ dicit, Valebit.non .n. dicit debebit,& sic ponitur in facultate sua. dicit tñ Vinc.q̃ si iste legatus aliàs esset ordinari[d] loci, posset rõne ordinariæ iurisdictionis cõpelli.sup.ti.prox.c.significasti.& no.hoc dictũ,facit qđ in simili habet in c.cũ cappellia.de priui. quidã tñ indistinctè tenuerũt,q̃ põt cõpelli per delegatũ, q̃a est maior eo quo ad illam causam, & pro hoc facit c. sane, ii 2.& quod ibi no. sup.de offi. deleg. & forte hæc opi. uerior, licet alia æquior.

ADDITIONES.

a Facit ad multa, Adde Rom. consi. 116.
b Illum tex. Vide quod dixit, p illũ tex. Bal. in l.qd ergo. §. pœna grauior. ff. de his,qui no.infa.& multa q̃ decidũtur p illũ tex.cumulat: D. Iaſ.in l.nõ solũ. §.morte,co.21.ff.de no.ope.nũ.& Fel.in c.2.co.26.uer.fallit.12.de cõsti.& Iaſ.in l.1.C.de prec.Imp.offi.& in l.omnes populi,col.3.ff.de iust.& iu.nã. Sic hic,& in rep.rub.C.qui admitti.col.32. Seb.Sap.
c Quod non. Adde Anch.consi.132.

SVMMARIVM.

1 *Legatus etiam de latere,non potest Episcopos transferre,episcopatus uni re,uel unum diuidere.*
Legatus de latere potest excommunicatum ob manuum iniectionem absoluere.
2 *Clericus, siue religiosus,si deliquerit, mitius punitur, quàm laicus, propter merita præcedentia.*
3 *Criminosus ob unicum delictum, si aliàs est uirtute præditus, clemẽs est diligendus.* (suetudinem.
4 *Legatus ẽt de latere nil põt attentare cõtra canones, uel generalem con-*
Legatus non potest causam committere simpliciter,& de plano &c.
5 *Pœna debet esse commensurabilis delicto.*
Delinquens efficitur sapiens in pœna.
6 *Pœna, an & quando possit remitti a iudice, siue Principe, tam quæ uenit applicanda fisco, quàm parti?*
Princeps semper præsumitur motus ex iusta causa.
Paupertas excusat quem a pœnæ solutione.
Pœna statutaria potest per iudicem minui,& moderari.

CAP. III.

1 **Nisi specialis.** †Legatus etiam de latere ex generali legatione nõ potest transferre epi-

scopos,vel vnam ecclesiã cathedralem alteri subijcere, & alteri concedere ius Primatiæ,uel duos episcopatus unire,vel vnũ diuidere. excommunicatos tñ propter manuum iniectionem in clericos absoluere potest.h.d.ista dec.cum seq.no.Casus sit. Quidã Cardinalis apostolicæ sedis legatus authoritate propriã transtulit Troianum eẽm ad Panormitanam ecclesiã ꝺ canonica institutа.Papa hoc intelligens scribit eidẽ, dicẽs q̃ nisi esset specialis dilectio,quam habet ad personã illius, pœna decente cognosceret,quantum ipse deliquit ꝺ constitutiones canonicas,& consuetudinẽ generalem in translatione Troiani Episcopi. Ber. † No.i.no.tex.in prin.q̃ ex speciali dilectione,quam Princeps habet ad personam,potest sine legitima cã indulgere pœnam condignam ex delicto, & intelligo tex. in affectione causata ex virtute hominis:nam ex affectione carnali nõ debet Princeps moueri,quia scriptũ est, ita iudicabis magnum sicut paruũ, nec erit apud te acceptio personarũ, ut in c.nouit, de iu. ꝓpenim merita præcedentia potest diminui pœna delicta,iuxta illud no.dictum psalmistæ.Si ceciderit iustus,non collidet,quia dñs supponit manum suam. hinc dicit, q̃ minus uenit puniendus regulariter religiosus, vel clericus delinquens,quàm laicus, quia alleuiatur pœna ꝓp præcedentiã de quo dic ut latius habetur per Io.And. post B. Tho. in c.
3 accusatus,de hære.lib.6.† No.ibi, Habuimus, & habemus,q̃a propter unicum delictum non debet quis detestere,quominus diligat uirtuosum: licèt enim ille Legatus multũ deliquisset, tamen Papa dicit se habuisse, & habere multam dilectionem ad personã suam: quod est satis no. & intelligo quando delinquens paratus est se corrigere,pro hoc c.septies in die, de pœ.
4 dist.3.† No.ibi,Spretis canonicis.tex.op.q̃ legatus, ẽt de latere,non potest regulariter aliquid attentare contra canones, neque contra generalem consuetudinem, & facit optimè iste tex.per gl.singu.in c.fi. de hær.lib.6.quę dicit legatum nõ posse committere cãm cognoscendã simpliciter & de plano &c.
5 quia non põt remittere ordinem iuris. [b] dicit etiam q̃ nec priuilegium alteri concessum potest minuere,ut dicit glo. no. in cpro illorum.†.de præb.in uer.authoritate propria,& vide qđ
6 ibi dixi.† No.ibi,Pœna decente cognoscere, q̃ ex quantitate pœnæ cognoscitur quantitas delicti,quia pœna debet esse cõmensurabilis delicto.45.dist.c.disciplina.Item q̃ in pœna delinquens efficitur sapiens:vnde alibi dicit tex.no.q̃ nihil infœlicius fœlicitate peccantium,qua pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas velut interior hostis roboratur. 23.q.1.c.patuit,in fi.vbi vide.† In glo.i.ibi.Ratione amicitiæ.No.glo.singulariter,& intellige eam ut dixi,de amicitia honesta,quę cauitur ex virtutibus dumtaxat.& dicit Host. hic hoc intelligendum in pœna,quę venit applicanda bursæ iudicis, uel quãdo venit imponenda ex arbitrio suo, nam eam põt remittere sine iudicio alterius.Inno.ẽt instat,& finaliter concludit, q̃ circa pœnam imponendam, potest iudex vti arbitrio suo in remissione,sed circa iam impositam,nõ.2.q.3.c.si quem.§.notandũ.D. Anto. hic distinguit q̃ aut quæritur nunquid Princeps possit? & dicendum est,q̃ si interest solius fisci, potest remittere pœnam,etiam sine causa.Si vero vertitur interesse alterius, tunc cum cã potest, sine causa non, sed in hoc dico q̃
7 Princeps [c] remittendo pœnã præsumitur sp moueri ex iusta cã,unde solus motus principis hĩ pro iusta causa,ut no.Cy. & Bal.in l.rescripta,C.de prec.imp.offi. dixi in c.quæ in ecclesiarũ.de constit.si vero quæritur de inferiore, & dic, aut non subest iusta cã, & non põt.si vero subest iusta cã,& põt, antequã ferat̃ iã,allegat tñ no.in c.cognoscẽtes,de ꝓsti.sed dẽt alle
8 gare no.in c j.qa ibi ponit Inn.hãc materiã. sed ego distinguo latius,q̃ aut quæritur nunquid põt remittere mulctã, aut pœnam impositã per diffinitiuam.Primo casu dico, q̃ ex cã põt iudex remittere mulctam etiam impositam,& paupertas condemnati est iusta causa pro remissione fienda.tex. est multum no.in Lillicitas,in fi.de offi. præsid. & idem dicendum in ban-
9 no,[d] vt ibi no.Bar.ut possit remitti ex postfacto ex iusta causa, puta propter inopiam soluendi mulctam, nõ fit commutatio pœnæ in corpus,sed procedit commutatio pœnæ in pœnam,q̃ apponitur diffinitiuè propter delictũ,vt in l.j. & quod ibi no. de pœn.& sic intellige qđ leg.& no.4.q.6.c.si res, & in c.Odoardus,de sol.quod bene no.Aut quæritur de pœna, & tunc aut imponitur ipso iure,aut venit imponenda arbitrio iudicis, primo casu,nisi iudex remittat cũ cãæ cognitione, nihil agit. vnde non potest iudex remittere infamiã condemnato de furto,vt in l.non potest,ff.de fur.& quod leg.& no.in l.qd ergo,§. pœna grauior.ff.de his q̃ no.infa.& sic si in istis,q̃ ipso iure imponuntur,iudex facit remissionem sine cãæ cognitione, pœna supplet a lege,vt ibi,& no.Bar.in l.j.ff.ad Turp.Secũdo casu cũ pœna venit imponenda per iudicem,a principio potest pœna moderari, ẽt si sit pena statutaria,vt leg.& no.in d.§.pœna gra-
10 uior,& tenet remissio,etiam si non subest cã [e] legitima,licet iudex male faciat:vnde potest de hoc puniri,& facit litẽ suam, secus si subest cã,ut no.Bar.in d.l.j.post sniam vero non potest remittere pœnam,nec diminuere,quod procedit ẽt si simpliciter condemnauit de delicto,& nihil dixit de pœna,quia imme diate venit apponenda pœna iuris,ut est tex.no.in d.l.j.ad Turpil.& in c.si quem.§.notandũ. 2.q.3. præall. & intelligo q̃ non possit ex postfacto,quando est talis iudex,qui non põt dispensare in illo delicto,& sic intellige c.licet,de pe.secus si dispensa re posset,vt,ꝓbat in c.at si clerici.§.de adulteriis,de iud.& ibi di co illũ tex.intelligendũ,vt possit Eps dispensare ẽt postquam condẽnauit de adulterio,& vide ibi latius ꝓ me tactũ.Abbas.

ADDITIONES.

a ¶Contra canones. Adde Ro.consi.325.& 326.Abb.consi.25.
b ¶Ordinem iuris. Vide plenissime p Fel.in c.1.uer.legatus,sup.de resc.& in c.nonnulli,in prin.uer.quartadecima conclusio.ibidem gl.in ca. fi.in uers. figura,& ibi Phil.Fran.de hær.li.6. Ale.post Imo.in l.nemo,col.j.ff.de leg. 1. Ang. Aret.in §.tripli,col.1.instit.de act.& Vitalem in suo trac. clausu. in clausula,simpliciter.Mar.Soc.consi.66.col.2.uol.1.& dixi aliquid in apos. ad istum in c.officii,in uer.simpliciter,sup.de ele,& in c.super eo.num. 5. uers.app.sup.de offi.& put.iud.deleg. Zac.
c ¶Quòd Princeps. Vide quæ latè congerit Fel.& alii in c. quæ in ecclesiarũ. sup.de consti,ubi tangunt,an si Princeps aliquid facit contra ius,ꝑsumatur in eo iusta causa. Seb.Sap.
d ¶Iusta causa. Adde Ro.consi.369.
e ¶In banno. Adde,quòd per hoc uoluit Rom.consi.50.
f ¶Subest causa. Adde Ro.consi.433.& fin.suis,fol.24. ibi qua pœna puniatur, si non subest causa.
¶Circa hoc de augumento pœnę,uel minoratione, uel mutatione, & an & quando possit per iudicem alterari,ẽ si fuit statuto ordinata, uide Bal. in l.1.C.si aduer.deli.ultra ea quæ ponunt Doct.in §.pœna grauior. hic all. & uide per Io.de Imo.in l.2.ff.de publ.iud.& uide omnino Ale.in l.hos ac cusare,ff.de accus.& adde,q̃ pœna aucta ex qualitatibus delicti,uel personæ,nũquã potest excedere quadruplum,ut per Bal.no.in l.fi.C.de sen. quæ pro eo,quod inter.prof.& adde etiam,q̃ pœna ordinaria non potest per iudicem alterari,sed extraordinaria sic,ut per Bal.in l.2.C. de usu. rei iudi. & per eundem Bal.in l.in eum,C.de fur.& latius per eum in aut.sed nouo iure,& in l.quicunque,C.de ser.fugi.& per eũdẽ in l.obseruare,in §.profiei sci.ff.de offi.procon.& le.& quot modis possit alterare,& quo tempore,uide etiam per Bal.in l.& si seuerior,in 4.colum.in uer.4.opp. & in ult.col.in uer.quinto quæro.C.de infa. Et adde,q̃ quando pœna est semel imposita, nõ potest per iudicem augeri,uel minui,uel remitti, nisi de sententia fisci, uel Principis,ut in l.acta,in §.1.& ibi per Bar.ff.de re iud.& per Bal.in auth.interdicimus.C.de epi.& cle.nisi forsan ratione paupertatis, ut l. illicitas,in §.fin.& ibi etiam per Bar.ff.de offi.præsi. Ant.Fran.

SVMMARIVM.

1 *Legitimare spurios,restituere famæ,creare tabelliones, licet sint de reseruatis Imperatori,tamẽ quilibet superior non recognoscens superiorem potest ista attentare.*
2 *Reseruata Principi non acquiruntur per inferiorem, nisi per priuilegium, uel consuetudinem,de cuius initio non sit memoria in contrarium.*
Præscriptio contra supremam potestatem Papæ nunquam currit,secus cõtra ea,quæ competunt sibi in signum specialis priuilegij.
3 *Clausula solita apponi habetur pro appositа,& sic speciale mandatũ non requiritur in his,quæ de sui natura includũtur in generali, licet alias requireretur speciale.*
4 *Consuetudo non inducitur in his,quæ sunt meræ facultatis.*
Si quis iuerit ad molendinum alterius etiam per mille annos, non per hoc est inducta consuetudo,ut ire teneatur.
5 *Conclusio,uel præscriptio unius ex prohibitis non extenditur ad alia prohibita,licet sint eiusdem naturæ.*
Consuetudo onerosa,& contra ius,non extenditur etiam ad quæ sunt eiusdem naturæ.
6 *Quæstio fidei non decisa per ecclesiam,est decidenda per Papam.*
7 *Concilium prouinciale potest congregari per Legatum, & per Archiepiscopum.*
8 *Clausula,appellatione remota,uel simpliciter & de plano, non potest poni per Legatum etiam de latere.*
Casus reseruatus Papæ uide remissiue.
9 *Gradus consanguinitatis & affinitatis prohibitus ab ecclesia, non potest dispensari nisi per solum Papam.*
10 *Legatus de latere habet potestatem in exemptos,& non alius, nisi sibi specialiter Papa concedat.*
Legatus de latere an possit alienare illa,quæ sunt de temporali dominio ecclesię.
Cardinali asserenti se Legatum,an credatur?

CAP. IIII.

Quod translationem. Summarium fuit sup.in c.præce. Casus lite. Cardinalis,de quo dicitur cap.præcedenti, legatus in regno Siciliæ,authoritate propria subiecit Panormitanam ecclesiam Messanensi, concesso sibi priuilegio Primatiæ, credens hoc sibi licere ex officio suæ legationis ex eo, quòd ex eodem officio potest absoluere illos,qui violentas manus mittunt in clericos, quod speciali concessione sæpe indulgebatur legatis.Papa,hęc audiens scribit eidem legato dicens, quòd licet generalis legatio in regno Siciliæ sit ei commissa, tamen ad ea non debuit manus extendere, quæ in signum singularis priui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

priuilegij soli sint Romano Pon. reseruata, licet n. ex officio legationis legati possint absolucre illos, qui' violẽtas manus mittunt in clericos, non deber propterea existimare, q' possit Panormitanam ecclesiam subiicere Messanensi, vel q ex eadem
a possit duos episcopatus vnire vel vnum diuidere sine speciali
1 licentia B.† No. q quædam sunt reseruata Papæ in signo priuilegij singularis, quiæ nulli attentare licet. eodem modo quædam reseruantur Imperatori quæ aliis inferioribus, etiam Regibus, & Principibus, denegantur. vt restituere famæ b l. 1. §. de qua. ff. de post. uel legitimare spurios, vt j auth. q. mo. na. ef. sui.
c §. illud, & in c. p venerabilẽ. qui fi. sint leg. creare tabelliones, c & similia, vt no. in c. cũ P. tabellio, de fi. instr. Principes tñ non recognoscentes imperium ista possunt attẽtare, iuxta no. in c. cum P & in c. cum te. de re. iu. & in l. hostes. ff. de capt. & postl.
2 re.† Secũdò no. duos modos acquirẽdi ista reseruata principi,
d primò p priuilegiũ ipsius Principis. scdò p cõsuetudinẽ d & re
e quirẽ p̃suetudo tanti tpis de cuius initio nõ sit memoria, e vt est tex. no. in c. sup̃ q̃busdã. de ver. sig. in l. si publicanus. §. in oibus, ff. de pub. & vect. secus dic de pĩcriptione 3 iuprotiã potestatẽ
f Papæ. nã illã ptãtẽ. videlicet vt sibi nõ subiiciat, f nemo pĩcribere pt, secus ãt i his. q̃ ꝓpetũ Papæ in signũ specialis priuilegi. Itẽ secus in iurisdictione. q̃ hẽt in. puincijs, seu in ciuitatibus; nã in istis bũ curr. pscriptio contra Papam, ad hoc, c. si diligẽti. & c. ad audientiã, de præsc. no. voluit Inno. in c. bonæ, il 2. de post præla. tene menti hoc dictum. Diuersitatis ratio potest esse, quia primo casu esset præscribere contra Deũ, si quis nõ vellet recognoscere suum vicarium superiorem, nec debent esse in ecclesia Dei multi pastores. quia vnum debet esse oule, & vnus pastor, vt in euangelio, vide bo. gl. in cle. ad nostrũ, de hære. & in c. admonet, de reuun. nec debet quis esse acephalus. i. sine capite. 93. dist. nulla ratione. An autem cõtra suprematẽ potestatẽ Imperatoris quis possit præscribere? dic vt dixi in c. per
3 venerabilẽ, pal.† No. in ver. Et si quædã, q̃ si aliqua reseruata diu, specialiter concedantur, videntur illa transire sine speciali cõcessione, quasi ex diuturna concessione videatur Princeps illa velle communicare inferioribus, & sic l. ceat sine concessione speciali, & est in hoc iste tex. multũ singu. & potest optime adduci pro concordantia l. fi. C. de fideiuss. ubi dicitur, q̃ aliqua consueuerunt diu exprimi inter contrahentes, si post modũ in aliquo contractu specialiter non exprimuntur, hñr p ex
h pressis, h quod est valde notãdum, ad idẽ facit l. quod si nolit. §. quia assidua, ff. de ædil. edi. & qđ no. Bar. in l. nemo est qui nesciat, ff. de duo. re. facit c. ex literis, de cõsti. & c. cãm, de resc, sic. n. arguit hic Papa: dicit. n. q̃ legatus vt licere potestas absoluẽdi excommunicatos pro iniectione manuum in clericos, quia
4 hæc potestas pluries, & diu fuit cõcessa legatis. † Contra illũ
i tex. & prædicta multũ potest instari: nam ex his, quæ sunt meræ facultatis, & quæ gratuito cõceduntur, nõ inducitur cõsuetudo. vnde notanter dicit Inno. in c. cũ ecclesia Sutrina, de cã. post. & ppr. q̃ si milies aliqs hospitaret amicũ suum, & inuitaret ipsum ad prãdiũ, non per hoc est introducta consuetudo, K vt teneatur eum in futurum hospitari, k cum fuerit ꝓfectus ad illam ciuitatem, ad idem quod no. Cyn. in l. 2. C. q̃ sit lon. consue. & Io. And. i c. Io. de cle. cõiug. nã si aliqs p mille annos iuisset ad molendinũ alicuius, causa molendi, nõ per hoc inducit cõsuetudo, vt ire teneat. & si rusticus per multũ tps dedit mihi
l of anno vnũ par caponũ, non per hoc obligatur in futurum, ut teneatur tradere, l vt no. Bar. in l. cũ de in rẽ verso. ff. de vsu dixi in c. peruenit, de cens. ergo ad propositũ, licet Papa pluries, & pluries cõcesserit legatis spiritualiter ius exercẽdi aliqua sibi reseruata, nõ p hoc dicitur cõsuetudo inducta, vt sine speciali cõcessione possint legati illa attentare, & sunt ista ꝓfectò multũ vrgẽtia 3 ipsum tex. Nec Doc. ponderarunt. vñ potius credo hanc potestatẽ trãsiuisse in legatos ex approbatione Romanæ eccle. vt sentit Inno quam ex illa speciali cõcessione pluries iterata, si tñ fieret concessio per tẽpus, de cuius initio memoria non habetur, & tunc forte posset ꝓcedere no. in pri. col lectum arg. eorum quæ no. Ioan. And. in d. c. peruenit, & Bar. i
5 d. l. cũ de in rẽ verso.† Vlt. no. ex isto tex. q̃ cõcesso, seu præscripto vno ex prohibitis, seu reseruatis, non fit extensio ad alia ꝓhibita, & reseruata, licet sint eiusdẽ naturæ, & sic consuetudo in vno non debet extendi ad alia, licet sint eiusdem naturæ, ex quo consuetudo est onerosa, & contra ius, in hoc tene menti
m istum tex. & vide Inn. in c. fi. de offi. arch. Bart. in l. 1. m ff. de iti. actuque pri. & Inn. in c. dilectus, de ca. mo. In gl. hæc gl. pot diuidi in quatuor partes. in prima parte ponit multos casus reser
6 uatos soli Papæ & in fi. gl. addit alium casum.† Et no. 1. glo. in eo quod dicit, q̃ quæstio fidei est reseruata Papæ intelligo glo. q̃ oriretur aliqua quæstio non decisa p ecclesiã, alias autẽ pertiã Episcopi, & cap. tula fede vac. procedere contra hereticos, & declarare in fide, & ipsos legitime punire, vt in c. ad abolendam, de her. sed li quæstio fidei oritur de nouo (ut dixi) tunc ꝓ
n ced. t glo. n vt ad iudicium Papæ referatur. Et no. quia tolam licit mentionem de Papa, ex quo nõ necessario tenetur Papa re quirere concilium generale in causa fidei, licet gl. non bene intellecta videatur aliud sentire in c. Anastasius. 19. dist. & dic de hoc latius, vt dixi in c. maiores, de bap. secundo in eo, qđ glo.
7 dicit, q̃ cõgregatio cõcilii generalis est reseruata Papæ.† Quod autem in congregatione concilij prouincialis, nũquid legatus possit q̃ cõgregare cõcilium prouinciale? Io. dixit q̃ non, c. regula. §. porro. 3. dist. in gl. sed Doc. hic contrarium tenent cõmiter nam si licet Archiepiscopo congregare tale concilium, vt in c. fi. tur, de acc. ergo fortius legato, qui est maior in illa, puincia sibi decreta. Tertiò pondera glo. in eo, quod dicit, q̃ in maiorib. crimin. b solus Papa dispensat, & videtur q̃ quemadmodum epitcopus regulariter non dispensat i criminibus gratiosis adulterio, ita nec legatus etiam de latere. Quarto pondera gl. in eo, quod dicit q̃ ad Papam solum omissis medijs appellatur, & sic videtur velle q̃ ad legatum non possit appellari omissis medijs, cuius contrarium no. in c. 1. sup c. 1. t. eoit. hic Io. An. se non credere, q̃ glo. per hęc verba generalia voluerit excludere delegatum, ex quo contrarium notauerit in d. c. 1. Quinto no. gl. in eo quod dicit, q̃ maiora, & grauiora nõ transeunt in legatũ, licet nõ repetiantur specifice reseruata Papæ. hoc idẽ vt velle Spe. in tit. §. nunc ostendẽdũ, ver. legatus. dic tñ q̃ gñaliter istę maiores causę decidũtur per sedem apo-
8 stolicã, & probatur in c. maiores, in prin. de bap. † No. ecce post in gl ex quo colligo, q̃ legatus nõ pt cõmittere cãm, appellatione remota, nec etiam vt procedatur simpliciter & de plano

ADDITIONES.

a ¶ Reseruata Papę. Quod Legatus non possit attẽtare reseruata Papę, vide Abba. & Fel. latius in c. mandata, in glo. 3. col. fi. inf. de præsum. Seb. Sap.
b ¶ Restituere famã. Adde Ro. consi. 428.
c ¶ Creare tabelliones, v. dde, q̃ hoc non est de reseruatis Principi, quia quilibet ordinarius potest tabelliones creare, & est mile officium, ut concludit Old. consi. 78
¶ Circa hoc a quo creat notarius. Vide per Spec. in tit. de proc. in §. 1. post. ptio. & in tit. de instru. edi. in §. 8. ubi ponit formam creandi notarios, & vide per Alexan. in l. nec ei, in §. 1. ff. de ado. & vide Bald. in rub. C. de fide instrum, in 1. col. ubi dicit contrarium eius, quod hic dicitur, q̃ judex ordinarius nõ facit notarios, qui nõ sunt, licet possit deputare ad aliquod officiũ aliquas personas, si nõ sunt alij ex publico deputati, & putarem, q̃ opiniones possent hoc modo concordari, ut solus Princeps, puta imperator, qui est dominus totius orbis, ut in l. deprecatio, ff. ad le. Rhod. de ia. & Papa, vt in c. cuncta per mundum 9. q 3. possint notarios creare, quia in toto orbe dicũtur notarius officiũ exercere, ut per Inno. in c. cum P. tabellio, de fi. inst. & per Spe. in tit. de fi. inst. in §. restat, ver. sed qs. potest, eo modo habentes potestatem ab eis, ut in l. 2. C. de eman. li. & in c. accedens, de concess. præb. & habetur per Bar. in l. 1. ff. de of. procon. & Io. & per Bal. i l. 1. in vlt. q. C. de rest. & h. per Ion. & Host. in c. G. perpetuus, de fi. inst. & per Ale. in l. 1. in §. fi. ff. de uetb. ob. possunt tñ creari notarii a ciuitate, uel a populo, vel a Principe et inferiore, vel a Rege & aliis dñis, sed taliter creati non possunt ubique conficere instrumẽta, sicut creati a Papa, Imperatore, & habentibus ab eis potestatem sed solum possunt cõficere instrumẽta, & acta in terris, & locis eorum, qui creauerũt eos notarios, ut in l. 2. ff. de of. procon. & leg. & in c. Romana, in §. contrahentes, de fo. cõp. li. 6. & plus dicit Bar. in l. 1. de off. procon. q̃ instrumẽta per eum conficta in territorio eius, quę eum creauit notarium ualent ubique locorum, et si sint confecta inter forenses. De quo de p Bal. in l. penita. C. de epi. & cleri. & D. Ant. in c. cum P. tabellio, præal. & habetur per Bar. in l. cuctos populos. C. de summa Tri. & per eundem in l. Barbarius, in 9. col. ff. de of. prætoris. Ant. Fran.
d ¶ Consuetudinem. Fe. de Ant. consi. 141.
e ¶ Non sit memoria. Quod reseruata Principi in signũ priuilegi singularis possint præscribi per tantum tempus, cuius initij memoria non existit, tenet Abb. in c. cum contingat, col. 4. & 5. Fran. de foro compe. Arc. in consi. 3. in ci. Viso themate, col. 3. Et Frã. Curtius in consi. 24. inc. Super eo quod a me requiritur, col. 2. & Ias. in l. imperium, col. 13. ver. si. sed alia, ff. de iurisdi. om. iudi. Seb. Sap.
f ¶ Non subiiciatur. Adde ut per Old. consi. 172. & 254. And. Bar.
g ¶ Multum fin. Vide quæ dixi in c. cum M. de consti.
h ¶ Habentur pro expressis. Vide de hoc per Fel. in c. cum M. Ferrariensis, col. 2. ver. nõ. quarto, & ibi Abb. in princ. & quod ibi posui in apost. ad ipsum, in fi. de constitu. Zac.
i ¶ Potest instari. Põdera bene, quia ista contraria nõ obstant, quia Io. quitur eo casu, quo inducerentur obligatio, ideo tempus non est introductorius obligationis, sed in casu huius c. nulla inducitur obligatio, ergo &c. And. Bar.
K ¶ Hospitari. Adde Ro. consi. 416. Seb. Sap.
l ¶ Tradere. Vide per Mo. late in l. si certis annis. C. de pac.
m ¶ Bar. in l. 1. Vide eundem in l. publicanus, ff. de pub. & uectl. Doct. in cap. 1. de reli. domi, & in cap. dilectus, de capel. mo. Bal. in l. 2. C. de ser. nde Bar. i auth. qui rem. C. de sacro. ec. ubi dicit, q̃ non extenditur consuetudo, nec præscri. unde Pe. & Io. de Lig. in c. cum ex officii, de præsc. D. Abb. in c. fi. oli & c. audiris, de præscrem. fi. ad Bar. in d. auth. qui rem. And. Bar.
n ¶ Procedit gl. Pondera, quia illa gl. dicit uerum per tex. in c. habeo libri. 16. dist. & ad c. maiores, ut pon. q̃ dicit, referatur, & sic debet referri a Papa in tertio, ut in capit. & in concilium, uel membra & si dicatur q̃ si referatur, ergo decidatur per l. 1. C. de rela. ut pon. q̃ debet intelligi sm alia iura, ut puta, ut congreget concilium, pondera si dicit pot, quod in casu est arduus, ut congreget concilium, alias secus, & ita possunt reduci ad concor. opi. & ita in casu, & ita tenendum est. And. Bar.

tio a & c. ut nõ. gl. in c. fi. de hær. lib. vi. & enumerat hæc gl. fere 18 casus reseruatos Papæ. Sed Specu. enumerat 18. tu vide ple
ne per ui Spe. in tit. §. nũc ondẽdũ. multos. n. enumerat Hostiẽ. sium. huius tit. & dic vt ibi.† Vin. addit hic aliũ casũ, nã dispẽsare circa matrimoniũ solus Papa pt. ad hoc c. qđ dilectio, & c. si dẽt, de sponsa. & af. & c. fi. de trãsla. Ex quo no. q̃ i gradib. affinitatis, & cõsanguinitati interdictis ab ecclesia legatus ẽt de latere dispẽsare nõ pt. An ãt possit legatus edere canonẽ latæ sententiæ, idest facere cõstitutionẽ, qua excõicet ipso facto cõtrauenientes? Doc. hic q̃ sic, qa & inferiores hoc possunt facere, vt in c. a nobis, de sen. exc. & in c. vt animarum, de const. lib. 6. nam legatus potest facere statuta, vt in c. fi. inf. eo. ubi de hoc. Item potest dare literas indulgẽtiarum, ac etiam dispensare, si cui prælati inferiores possunt. j. de pæ. & re. c. nostro, & i dicto c. fi. de trans. & (vt dixi §. eo. c. i.) legatus concurrit cũ quolibet prælato suæ prouinciæ in exercenda iurisdictione, & hẽt ordinariam, vt in c. 2. j. eo. lib. vi. Ex hoc infert Inn. q̃ omnes causæ suæ prouinciæ tã ciuiles, quàm criminales possunt ad eum re
2 ferri, & sic vult Inno, q̃ possit adiri per viam querelæ per oẽs de prouincia sua tam in criminali, quam in ciuili, vt no. istit. §. in c. i.† Vltimò no. in eo quod gl. dicit legatum habere potestatem in exemptos. dic hoc verũ in legato de latere, secus i alijs, nisi Papa hoc eis specialiter concedat, vt in c. i. de ver. sig. lib. vi. & in c. si abbatem, de ele. eo. li. & vide pro potestate istorum legatorum multa notanda, quæ dixi in c. fi de cõsir. vti. vel inuti. & in c. quod super his, de fi. inst. per Bar. aliquid in l. prohibere, versi. plane, ff. quod vi aut clam. vbi quærit nunquid possit alie
a nare ea, quæ sunt de temporali dominio ecclesiæ Ro. Itẽ scias, q̃ licèt credatur Cardinali asserenti se fore legatum, b vt in
b nobilissimus, iuncta gl. 97. dist. non tamen sibi creditur, si dicit Papam sibi concessisse ista reseruata, sed oportet ipsum probare, vt in c. 1. j. eo. li. 6. quod bene no. & sic habetis hoc c. expeditum, & quæ possit Legatus in illis reseruatis. Abbas.

ADDITIONES.

a ¶ Et de plano. Vide Abb. & Fel. in c. mandata, col. fi. de præsum. & Fel. in cap. ultim. de acc. col. 2. ver. no. quod ex rescripto, ubi dicit, quod habuit hunc casum de facto, sed nunquam potuit obtinere secundum opi. Abb. hic, quia fuit sibi responsum, quod ex moderno stylo licet Legatis committere cãm simpliciter, & de plano. Seb. Sap.
b ¶ Se fore Legatum. Adde istum in c. quod super his, ver. sed nunc, & ibi Fel. col. 2. ver. secunda conclusio. inf. de fi. inst. quod dic esse uerum in generali cõmissione, secus in spãli, ubi agit de iudicio tertii, ut per eundẽ Fel. ibi & Iac. Rebuf. in l. unica, nu. 2. & ibi an apoff. Cel. C. de superindicto. Za

SVMMARIVM.

1 *Vnanimiter, ista dicit. Eo importat, quod actus fiat nemine discrepante.*
2 *Monachus an debeat postulari, an eligi?*
3 *Frater is appellatiõe uenit frater iñctus ũculo sãguinis, nõ ãt ũculo ciuili.*
4 *Omissio causæ ad superiorem, priuat remittentem potestate ipsam ulteriùs cognoscendi, nisi ipsam de uolumtate partium reassumat.*

CAP. V.

Licet. Ex quo legatus retulit causam Papæ, illius causæ desinit esse iudex. Primò recitat factum electionis, & processum legati. Secundò super ꝓcessu diffinit, ibi, De consilio. Casus literal. Vacante Tran. ecclesia canonici vnanimiter elegerunt in Archiepiscopũ G. fratrem Cassinẽsis Abb. episcopus Portuensis in partibus illis legatus examinari fecit electionẽ ipsius. Et examinationem illã per nuncios suos ad se. eorum trãsmisit quo facto legatus electionem eandem iterum examinari præcepit, propter quod Abb. prædictus conquestus fuit domino Papæ, quod postquam electionem examinarat, & cam ad dominum Papam direxerat, malitiosè nimis electionem examinare præsumpserat. dominus Papa de consilio fratrum suorum examinationem secundam tanquam à non
1 iudice factam postquam negotium ad Papã direxerat, de-
2 nũciatur irritam, & inanẽ. Ber.† No. ibi, vnanimiter, a idem i-
a portat q̃ nemine discrepante, & idem probatur in c. si vnanimiter, & in c. bonæ. il 2. de postu. præla. hoc etiam probatur ex vocabuli etymologia nã dicitur, vnanimiter, quasi unius animi. idẽ de verbo, concorditer, vt no. glo. in cle. ne Romani, de
b ele. & in c. cupientes, eo. ti. lib. vi.† No. 2. ibi, Fratrem Cassinen
b sis Abba. q̃ monachus põt eligi in archiepiscopũ, nec est opus q̃ postulet, saltem postulatione solẽni, & idẽ dic in quolibet ꝑlato inferiore Epo. vnde Abbas põt eligi, nec dẽt postulari, ut i
c si Abbatẽ, de ele. lib. vi. & hoc notabile colligit intelligẽdo, c iste C. electus erat frater. idest monachus Cassinen. Abb. põt et intelligi secundum Doc. q̃ erat frater carnalis ipsius Abb. & dicit Bal. q̃ si relictum fuerit fratri talis Abb. intelligeretur in dubio de fratre carnali, & non de monacho suo, quia hoc hẽt
3 eõis vsus loquẽdi. Itẽ verba sunt intelligẽda i potiori significa
3 tu in §. fed quoties. Inst. de iu. naturali. Itẽ vbi ꝓcurrit veritas, & ficto, veritas ꝑualet fictioni, l. filio, ff. de libe. & posth. & cã naturalis vincit accidentalem, l. qui hẽt, ff. de tut. & hæc no. No. 3. quòd legatus, potest in grere de electione scã in eꝑm, posset etiam de iure cõi eã vẽtilare, si non obstaret reseruatio Pa-
3 pæ, de quo dic vt le. & no. in c. si abbatẽ, ꝑal.† Vlt. no. vnã cautelam, ex qua ẽt ordinarius desinit esse iudex. f. cũ cãm aliquam remittit ad superiorẽ. An aũt possit illã cãm reassumere de consensu partium. dic q̃ sic, si cã nõ est ꝑsentata principi, vt hic secus si præsentatio esset facta Principi, ut hic. secundum Doc. & bene, ne illudatur superior, ar. in c. bonæ. il 2. de post. præl.

ADDITIO.

a ¶ Vnanimiter. Adde quòd illud non dicitur factum concorditer, quod ẽ factum à maiori parte, nisi esset factum absente minori parte, ut habetur per Bar. & Angel. in l. & suum, in §. hodie. ff. de pact. ubi etiam uide per Alexã, qui dicit idem esse de, unanimiter, de quo etiam per Roma. in l. eadem. §. Cato. ff. de uerbo. oblig. & uide text. in c. ad audientiam. quod metus cau. ubi uidetur probari, quod illud non dicitur factum unanimiter, neque ab omnibus, quod est factum uno tantum contradicente, de quo dic, vt per Alexan. in l. rescriptum. ff. de pactis, & plene per eum in consi. 224. in 2. parte consi. & uide domi. Abb. in c. non potest, in 6. colum. de re iudi. ubi dicit, illud fieri concorditer, quod fit nemine discrepante, per c. in causis, de elect. ꝑ quo uide gl. i c. cupientes, in §. ad hæc, de electio. lib. 6. Anto. Fran.

SVMMARIVM.

1 *Legatus de latere potest conferre beneficium patronatum, inuito patrono ecclesiastico, secus si sit laicus. 4. uel laicus & clericus. 5.*
2 *Legatus de latere cõcurrit i collatione beneficiorũ cũ quolibet ordinario. ꝑ*
3 *Ius patronatus potest præscribi per laicum. Quinciæ.*
4 *Ius patronatus quãdo competit laico, non potest Papa illud beneficium cõferre non facta mentione de tali patronatu laici.*
6 *Leg. de latere an possit conferre beneficia spectantia de iure speciali ad alicuius collationem?*

CAP. VI.

1 Dilectus. † Legatus de latere cõfert bñficiũ vacãs, licet illud cõpetat ad pñtationẽ alicuius clerici, & est tex. no. cõis diuisio. scd a, ibi, cũ ig. t. Caius lfalis. eps Prænestinus apostolicæ sedis legatus cõcessit ecclesiã S. Trudonis. R. canonico Metentẽ. Arch. Metẽ. molestabat ipsum sup dicta ecclesia, nec pmittebat ipsũ pacifica possessione gaudere, dicẽs q̃ eo icõsulto, ad quẽ ꝑsentatio illius ecclesiæ pertinebat, legatus ecclesiã illã ei cõferre ñ potuit. dictus R. hoc signi ficauit D. Papæ. Sup hoc rescribit Papa q̃busdã, dicẽs q̃ pl' iuris hẽt i ꝓcessione ꝑlatus, q̃ in ꝑsentatione patronus. nec ꝓiudicat patrono. si q̃ ꝑ legatũ apostolicæ sedis eo incõsulto ecclesia ꝓcedat. Vñ mãdat Papa quatenus dictũ Archidiaco. ꝓcellãt ab ꝓcitione dicti R. sup ipsa ecclesia desistere. B.† No. i. q̃
b Comitatus. Adde qualiter in dignitatibus succedatur, Pet. de Anch. cõs. 341. Adde Alex. de Imo. cons. 133. & seq. & ibi plene de hac materia, vol. 4. & Bal. in l. quoties, col. 4. C. de suis & legit. Zach.

Ad hoc, quod dr. de dignitate, quo in illa succedatur, & qualiter, & an dignitas transmittatur ad hæredes, vide Bal. in c. 1. in 1. col. de feu. Mar. in usu. feud. ubi etiam ponit, an dignitates possint vendi, & vide Bal. in auth. hoc amplius, C. de fideic. ubi dicit, quod dignitas maxima nõ potest diuidi. & an pp. delictum patris, filius perdat dignitatem, vide in l. emancipatum, ff. de senat. & Bal. in l. cũ antiquoribus, in 7. col. C. de iu. delib. Adde tñ, quod dignitas potest conferri in puncto mortis, & ideo quis in eo pũcto põt creari miles, ut p Bar. in l. 2. in 10. col. C. de dig. li. 12. & tene menti, quod q̃rere dignitatẽ, vel ad illã aspirare, est p̃cm. c. multi, §. quicunque, 10. dist. & habetur in c. venerabilem, de electio. ubi o no uide d. Abba. qui dicit, quod si dignitas non põt ita bene exerceri per aliũ, sicut per eum, cui est collata, peccat, qui eam resp uit, & ad prædicta vide gl. in c. quid proderit 61. dist. Ant. Fran.

c Religiosi. Qui dicantur proprie religiosi, ponit Fel. & alij in c. ecclesia S. Mariæ, col. j. sup. de const. Seb. Sap.

d Visitari. Adde Fed. cons. 31. & 290.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum potest obuiare, contradicere, & appellare, quando ex facto episcopi potest præiudicari ecclesiæ nu. 3.*
Dominus alicuius loci, si vult illum locum subijcere alterius dominio, possunt homines illius loci contradicere.
Feudum non potest inuito vasallo in alium transferri per ipsum dominum infeudantem.
2 *Tertius potest appellare ab actu, ẽt extraiudiciali, q̃n sentit se prægrauari.*
4 *Appellatio iudicialis, & extraiudicialis quomodo differant.*
Attentata post appellationem, an retractentur, siue appellatio sit extraiudicialis, siue non.
Effectus appellationis extraiudicialis.

CAP. XIII.

Dilecti. Si Metropolitanus a Suffraganeo iuramentum exigit vltra formam statutam a canone, in eo quod est vltra, suffraganeus non tenetur. In

prima

prima parte ponitur querela. In secunda prouisio, ibi, cum igitur. Casus lit. Patriarcha Graden. occasione cuiusdam consuetudinis exigit iuramẽtũ fidelitatis ab episcopo Castellano præter formam canonicam, quam alij suffraganei solent præstare suis Metropolitanis. Archi. & canonici Castellani videntes ex hoc ecclesiæ suæ præiudicium generari, ad sedem Apostolicã appellauerunt, ne occasione illius iuramẽti aliquid exigeretur ab episcopo Castellano vltra id, quod faciunt alij episcopi suis Metropolitanis propter aliquam consuetudinem, vnde mandat Papæ patriarchæ Graden. quatenus contentus existat forma canonica, quam ipse recipit ab episcopis subiectis suis sibi nullo medio, nec amplius exigat a Castellano episcopo obtẽtu alicuius consuetudinis prætextu iuramenti prædicti, sciens q̃ Papa absoluit eum ab huiusmodi iuramento quãtum ad alios articulos, imo ipsum denunciat potius non teneri. B. No. ibi, archidiaconus & capitulum, q̃ archidiaconus est caput capituli, & ita colligit hic do. An. Sed pro facto contrarium colligi potest, nam si includeretur in capitulo, nõ oportuisset specialem mentionem facere de Archidiacono. Item plus dico, q̃ nedum capituli caput non est, sed etiam de capitulo non existit mero iure communi inspecto, quia solum habentes ius canonię sunt de capitulo, vt no. in c. 2. de inst. & ibi plene dixi: hinc iura dñt, q̃ canonici & episcopus faciunt vnum corpus. ita quod episcopus caput est, & canonici membra, vt in c. nouit, & in c. quãto, de his quæ fi. a præla. Nihil autem dicitur de Archidiacono, vel de alijs habentibus inferiores dignitates in ecclesia cathedrali; vnde audacter dico tenendum, q̃ isti prælati inferiores, & Capellani, & reliqui beneficiati in ecclesia cathedrali, nisi habeat

3 canonicatum, non sunt de capitulo, a nisi aliud habeat consue-

b tudo, & Archidiaconus hic admittitur, b non ranquam pars capituli, sed pro interesse ipsius ecclesiæ cathedralis, & pro hoc facit totus tit. de offi. Arch. & de offi. Archipræsb. & similibus, in quibus istorum inferiorum ponitur officiũ, nec dicitur, quod habeant se impedire de factis capitularibus. Secundo no. q̃ patriarcha Graden. habat ius prouinciæ in episcopum Castellanum, & appellatur is episcopus Castellanus episcopus Venetia rum. ille, enim est proprius titulus suus. De isto patriarcha Gradensi, qui non est de quatuor principalibus patriarchis, vide q̃d no. gl. 80. dist. in c. 1. No. 3. q̃ episcopi prestant iuramentum obedientiæ archiep̃is Metropolitanis secundum eam formã, quã præstant episcopi immediatè subiecti Romanæ ecclesiæ ipsi Papę, de qua forma habetur in c. ego N. de iureiu. Subiectus ergo immediatè Romanæ ecclesiæ præstat hoc iuramentum Papæ, subiectus vero archiepiscopo iurat archiepiscopo, hodie vero omnes, qui promouentur in curia, siue episcopi, siue abbates, iurant ipsi Papæ, & de forma iuramenti præstandi ab abbatibus, vide tex. in c. ne Dei. j. de sim. de iuramento canonicorũ remittunt Doct. ad c. cum clerici. j. de verb. sign. de iuramento vero aliorum clericorum no. in c. tua. j. de iureiu. & vide tex. in

1 c. quanquam. 33. dist. † No. q̃ si ex facto episcopi præiudicari potest ecclesiæ capitulum potest obuiare, & contradicere, & etiã appellare, & appellationem ipsam prosequi, & per hanc prosecutionem potest episcopus absolui, & ecclesia conseruari in sua indemnitate. Et facit iste tex. optime in arg. fm Host q̃ si dominus alicuius loci vult subijcere illum locũ alieno domino, pos-

c sunt homines illius loci contradicere, c quia eorum interest, & vt

d eorum dominus sit liber, vt non habeant plures dominos, ar. c. fi. j. eo. & in l. non tñ, ff. de app. & in reg. quod omnes tangit, de reg. iu. lib. 6. & pro hoc facit tex. in c. imperialem, in §. p̃terea ducatus. de prohi. feu. ali. col. x. Vbi singulariter habetur, quod dñs feudi non potest inuito vasallo dominium in alium trãsferre, ne iste vasallus cogatur habere alienum dominum, & si de-

e cidit dominus, pluribus filijs relictis, non tenetur iste vasallus omnibus præstare iuramentum, sed sufficit præstare vni, q̃ est de his quæ fi. a præla. Nihil autem dicitur de Archidiacono, vel de alijs habentibus inferiores dignitates in ecclesia cathedrali; vnde audacter dico tenendum, q̃ isti prælati inferiores, & Capellani, & reliqui beneficiati in ecclesia cathedrali, nisi habeat canonicatum, non sunt de capitulo, a nisi aliud habeat consuet

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum effectu, quia. ſ. præſtitit. Secundo poteſt intelligi, q̃ appellatio fuit interpoſita antequam eſſet præſtitum, dum exigeretur, ſed poſt appellationem fuit præſtitum, ſm primum intellectum. Dicunt aliqui (vt refert Inno.) q̃ iſta appellatio operabatur, vt prætextu exactı iuramenti nihil exigeretur ab epiſcopo vltra formam canonicam, & ſi de facto fuiſſet exactum, illud añ omnia vigore appellationis debuiſſet retractari: ſed hoc dictum non videtur placere Inno. quia ſecũdum eum per appellationem aduerſarij non tenetur appellatus comparere, ſi non vult, alias ſequeretur abſurdum, q̃ quis poſſet citare ad libitũ aduerſarium ſuum. Et no hoc dictũ. primo, quod prętextu appellationis extraiudicialis non tenetur appellans comparere, niſi citetur per iudicem. & idem no. glo. in d.c. cum ſit Romana. Fallit vbi a iure aliter reperitur diſpoſitum, vt in caſu c. 1. de elect. lib. 6. Secundo no. q̃ non poteſt quis ad libitum citare ad aduerſarium ſuum, & pro hoc vide tex. in l. fin. C. de exhib. re. vbi dicitur, q̃ nemo eſt citandus, niſi iudex prius decernat, quod ẽt dico in c. 1. de iud. Sed hæc reſponſio Innoc. ad contrarium nõ ſatisfacit iudicio meo, quia non ſequitur, aduerſarius non tenetur comparere, ergo non debet retractari quicquid geſtum eſt in præiudicium appellationis, & de hoc j. dicam. Si vero teneẽ ſecundus intellectus, dicũt quidam, quod appellatio operatur, vt iuramentum non debeat exigi pendẽte appellatione, nec aliquid deberet exigi virtute iuramenti, alias exacta, & geſta poſt appellationem ante omnia eſſent retractanda, ex quo appellatio fuerit interpoſita ex probabili, & legitima cauſa, vt in c. bo-
a nę, a de app. hoc dictum non placet quibuſdam, & refert Inno.
b quia prætextu appellationis b non dẽt quis dimittere, quominus vtatur iure ſuo, vt in c. fi. ff. de ſup. neg. præl. nec ob. c. bonę, quia iſtud procedit ſecũdum Inno. quando appellans fuit ſpoliatus poſt appellationem, nam tunc poteſt implorare officiũ iudicis, vt ante omnia reducatur ad ſtatum, in quo erat tẽpore
c appellationis extraiudicialis, c ſed iſti de capitulo non erant in poſſeſſione, vt non exigeretur iſtud iuramentum. Et no. ex hoc mirabilem limitationem ad illud c. bonæ. nam ex hoc ſentit Inno. q̃ ſolum attẽtata in præiudicium poſſeſſionis debent retractari virtute appellationis, quod nõ placet do. Ant nihil tamen allegat in cõtrarium. Sed ego adduco tex. in c. cũ nobis, de elec. vbi tex. no. dicit. q̃ non omne, quod fit poſt appellationem extraiudicialem, eſt retractãdum, ſed illud, quod fit contra ipſam appellationem, intellige ex legitima, & probabi i cauſa interpoſitam, & hæc ſuppletio probatur per c. bonæ, præall. Et ideo dico, q̃ quicquid fit in præiudiciũ appellationis extraiudicialis ex legitima, & ꝓbabili cauſa interpoſitæ, eſt retractandum per officium iudicis ante omnia, licet nõ contingat ſtatum poſſeſſionis, ſed aliud præiudicium. Et hoc etiã voluit Inn. ibi, ſi bene põderetur, & Bar. in d. l. fi. & ſecũdum hoc potes diſtinguere, & ſaluare Inn. hic, vt procedat, quando appellatus vtitur iure ſuo, ſi venit in præiudiciũ appellationis interpoſitæ ex probabili & legitima cauſa. nã hæc ap. ſubijcit appellantem, ꝓtectioni ſuperioris, vt nihil attentetur in p̃iudicium ipſius, ex quo appellat ex ꝓbabili & legitima cã, & hæc bene no. Habes. n. notabilem effectum huius appellationis extraiudicialis, & vide quod dixi in d. c. bonæ, de app. Et proſequitur hic Inn. aliquos alios effectus huius appellationis extraiudicialis: nam virtute ipſius põt petere implorando auxilium, & officium iudicis, vt reducatur ad ſtatum, in quo erat tẽpore appel. cõtra quencunque poſſidentẽ, licet ipſe non ſpoliauerit, nec a delectore receperit; quod eſt bene notandum. nec habebit probare ſpoliationẽ, ſed ſatis eſt, q̃ probet, q̃ tempore appellationis poſſidebat, & nunc poſſeſſio reperitur penes alium. Item habet effectũ, vt prætextu excõmunicationis non repellatur a ꝓſecutione appellationis, & no. quia ſemper allegatur hoc dictum Inn. q̃ excõmunicatus non ſolum in iudicio, ſed etiam extra iudiciũ poteſt appellare, & appellationem proſequi: cõtrarium in hoc vltimo tenuit Inno. in c. cum inter, de excep. vbi dicit excõmunicatum non poſſe appellare extra iudicium, quia appellatio extraiudicialis eſt quædam prouocatio ad cãm, vt in d. c. cum ſit. Sed excõmunicatus non poteſt prouocare ad iudicium, ſeu in iudicio, vt in c. intelleximus, de iud. Io. An. poſt Abb. concor. in c. pia, de excc. lib. 6. dicens, q̃ aut appellatio eſt merè extraiudicialis, & excommunicatus non auditur, prædicta ratione, & procedit dictum Hoſ. aut non eſt merè extraiudicialis, & auditur, & ſic ꝓcedat dictũ Inn. hic. Ponit exemplum in appellante ab executore prouidẽte extra iudicium, nam quia poſſet excommunicato præiudicare in beneficio, vel iure ſuo poterit appellare. Sed do. Car. tenet contrarium, q̃ indiſtinctè excommunicatus non põt extra iudicium appellare, quia aut executor proceſſit iudiciaſr, & appellatio eſt iudicialis, aut proceſſit extra iudicium, & tũc, cum non poſſit præiudicare excommunicato, nõ dẽt audiri excommunicatus appellans. Aduerte, nam dico in hoc a ſi aduertendũ, vtrum excõmunicato ex omiſſione appellationis aliquod præ iudicium poſſet generari, & tunc dẽt admitti ad appellandum, quia ſatis ſimulatur ex officio, & facto executoris, vnde eſt quia ſi reus neceſſarius, & intelligo, q̃ de iure ſibi inferatur præiudiciũ, ſecus autem ſi de facto tm, qa excommunicatus ſpoliatus non auditur petens reſtõnem, vt eſt gl. no, in c. ex inſinuatione de ꝓc. & in c. in nomine domini. 23. diſt. & in c. dilectus, de reſcri. Fortius non dẽt audiri ꝓtextu futuræ ſpoliationis: executor aũt extra iudicium regulariter non poteſt inferre præiudicium iuris, ſed vbi accideret caſus, quod poſſet inferre, poſſet tunc excommunicatus appellare, & reliquos effectus appellatiionis ꝓſequi, vt dico in d. c. bonæ.

ADDITIONES.

a In c. bonæ. Vide ibi congeſta per Phi. Peruſi. in hac materia extraiudicialis appellationis. Vide ad hęc Old. in conſi. 199. in prin. Car. in conſi. 10. inc. Iacobus executor. col. 1.

b Quia prætextu appellationis. Adde Lanf. de Ori. in c. quoniam cõtra falſam, 5. ſtatuimus. ver. interlocutiones, & appellationes. nu. 70. ver. attendite tamen, & ibi in addi. Celſi. in ver. appellatione, nu. 69. inf. de prob. Zach.

c Appellationis extraiudicialis. Adde do. de Rot. deciſ. ſuis in antiquis, de appellatio.

SVMMARIVM.

1 *Sede vacante ſuccedit capitulum in poteſtate confirmandi electiones iam factas.*

2 *Sede vacante, in quibus ſuccedat capitulum, vide hic pleniſſimè.*

CAP. XIIII.

Vm olim. Vacante epiſcopatu capitulũ cõfirmat, & infirmat electiones. Primo prouidet circa electionem fiendam. Secundo circa confirmationẽ, ibi Mandãtes. Caſus litera. Vacante monaſterio S. Saluatoris Meſſanen. monachi elegerunt quendam in abbatem, perſonam videlicet indignam, & ſic ipſo iure fuerunt eligendi poteſtate priuati. Mandat papa priori fratrum prædicatorum & Archidiacono P. hegyno, quatenus authoritate ipſius de gratia ſpeciali cõcedant dictis mõachis eligendi ſeu poſtulandi liberam facultatem, licet ipſo iure hac vice ſint eligendi poteſtate priuati, & cum eccleſia Meſſanẽ. vacet ad preſens, electionem ſuam præſentent capitulo Meſſanẽ. confirmandam, prout de iure fuerit, vel etiam infirmandã. B.
a No. c. ex ſuprà ſcriptione, q̃ frater prædicator, a dummodo ſit
b prior, poteſt eſſe delegatus Papę, b & ſic videt quod fratres mẽdicantes poſſunt eſſe delegati Apoſtolici, dummodo habeãt re quiſita de quibus in c. ſtatutum. de reſcr. lib. 6. & hodie dicẽdũ, vt habetur, in cle. 1. eo. tit. Secundo no. quod priuatus poteſtate eligendi nõ poteſt prœuenire ſuperiorem, ad quem eſt deuoluta eligendi poteſtas, & ſi prœueniret, non valerer electio, vt in c. literas. de ſup. neg. prę. Iopus eſt ergo, vt prius reſtituatur, vt hic. Item no. q̃ Papa reſtituit poteſtatem eligẽdi, licet deuoluta ſit
1 ad proximum ſuperiorem. † Vl. no. & tene menti, qa alibi non ita bene probatur, q̃ ſede vacante, capitulum ſuccedit in prãte confirmandi electiones prælatorum inferiorum, & q̃ cõfirmatio electi in Abbatem ſpectat ad dioœceſanum loci, & idem dicendum in alijs prelatis inferioribus, ad quod facit tex. cum gl.
2 18. q. 2. c. 1. † In gl. 1. in fi. No. gl. in effectu ponit regulam, & tres caſus exceptos. Regula eſt, q̃ capitulum ſede vacante ſuccedit in iuriſdictione epiſcopali. Fallit primo in collatione beneficiorum pertinentium ad epiſcopum duntaxat. Secundo in dando licentiam electo ſe transferendi ad aliquam eccleſiam, intellige alterius diœceſis, quia tunc contingit alienatio perſonę. Tertio fallit in alienatione rerum, quam non poteſt facere capitulũ ſede vacante. 12. q. 2. c. ſi qua de rebus. Et aduerte vltra glo. nam hęc materia eſt multum dubia, in quibus, ſcilicet capitulũ ſuccedat ſede vacante, & maior dubitatio inerat olim antequam emanarent iura Sexti libri: nam Vin. dicebat, quod capitulum non ſuccedebat in iuriſdictione epiſcopi, niſi quatenus ex ſpeciali indulgentia reperiretur expreſſum, vel ex conſuetudine, ſeu præſcriptione, in c. ad abolendam, de hære. & ad iſtum tex. dicebat, quod capitulũ non inſtituit hic electum confirmãdo, ſed potius dedit ſibi adminiſtrationem, nam multi electi admiſtrant ante confirmationẽ, vt in c. nihil. de elec. & ſic ſentit qđ de iure capitulum nõ poteſt confirmare electum. Idem ſentit Goff. dicens, q̃ hoc c. continet duplicem grãtiam. primo in eo q̃ electio fuit reſtituta priuatis. ſecundo quia capitulo fuit data hæc poteſtas confirmandi. & pro hac opi. facit, quia cum capitulum non ſuccedat in collatione beneficiorum, vt in c. 2. ne ſe de vacante. ita nec in confirmatione electionum, cũ confirmatio ſit quædam collatio, nã per confirmationem transfertur poteſtas adminiſtrandi, vt in c. tranſmiſſam, de elec. & in c. auaritiæ, cod. ti. lib. 6. Sed communiter tenetur oppoſitum, & tex. eſt hic non cauillando literam, nam non aparet, quod capitulo volucrit Papa gratiam facere: nam reſpectu capituli nullum ver-
bum

ADDITIONES.

a Frater prædicator. Adde Cald. conſi. 6. de of. deleg.

b Delegatus Pap. Vide Gemi. in c. nullus, in 2. col. de ele c. in 6. Card. in clem. religioſus. q. 14. de proc. & in cle. 1. in 10. q. de ele. Seb. Sap.

bum gratiam ſapiens poſitum eſt in tex. Et pro hoc facit hodie
a tex. in c. vnde inſti. lib. 6. vbi expreſſe habetur, q̃ ptãs inſtituendi
Prælentatos per patronos deuoluitur ad capitulum ſede vacã. vnde ſicut inſtitutio deuoluitur, ita & cõfirmatio. & hoc tenet ibi gl. q̃ poteſtas confirmandi & inſtituendi deuoluitur ad capitulum, ſed non poteſtas liberè conferendi, vt in d. cap. 1. & in cap. vni. ne ſede vac. lib. 6. ratio diuerſitatis non aſſignatur per Doct. ſed Ioan. And. in c. quamquam, de elect. lib. 6. dicit, quod collatio beneficiorum non eſt propriè iuris epiſcopalis, cũ multi reperiantur non epiſcopi habẽtes collationem, & multi ſunt epi non habentes collationem beneficiorum, ſed confirmatio & inſtitutio ſunt proprie iuriſdictionis epiſcopalis, pro hoc ca. conquerente, de offi. or. & in c. cum ex iniuncto, in fi. j. de hære.
a Hæc ratio nunquam mihi placuit, a quia collatio beneficiorũ, vbi non eſt dare patronum de iure communi, ſpectat ad epiſcopum, & ſic eſt iuriſdictionis epiſcopalis, vnde inferiores nõ poſſunt hanc poteſtatem vendicare niſi de iure ſpeciali. hinc eſt q̃ gratioſè fuit patronis conceſſum, vt poſſint præſentare inſtituẽdos, reliqua vero fuerunt pro epiſcopis reſeruata. hæc probant 19. q. 5. c. 1. & ea cauſa. q. 7. in c. omnes baſilicæ, & c. ſi quis deinceps, & in c. regula, & in c. nouerint. x. q. 1. & c. 1. de capel. mo. cũ ſim. Nam & olim antequam ius eligendi eſſet translatum in ecclesias collegiatas, epiſcopi prouidebant omnibus eccleſijs de miniſtris in eccleſijs inferioribus, & papa prouidebat de epiſcopis eccleſijs cathedralibus, vt no. gl. in d. c. quanquam. vnde nõ video, q̃ alio iure ſpectet collatio ad epiſcopum, quam confirmatio, vel inſtitutio: quare puto diuerſitatis hanc fore rationẽ, quia collatio eſt quædam donatio, vt in c. fi. de offic. vica. lib. 6. vtitur enim prælatus quadam liberalitate, in quem vult conferendo, vt in c. relatum. j. de præb. nam poteſt conferre cui vult, & hoc reſpectu appellatur donatio, & hoc modo procedat rõ
b huius gl. in eo, quod dicit, quod collatio computatur inter fructus, b nam videtur quidam fructus, habere hãc prœeminentiã, & poteſtatem donandi beneficia quibus vult, ideo noluerunt iura, q̃ iſte liberalitates tranſirent in capitulum, quemadmodũ iura, q̃ iſte liberalitates tranſirent in capitulum, quemadmodũ nec liberalitas diſpenſandi fructus prouenientes ſede vacante, nec liberalitas diſpenſandi fructus prouenientes ſede vacante, vt in c. quia ſæpe, de elect. lib. 6. ſed in confirmatione, & inſtitutione non eſt hæc liberalitas, quia ſi electus, & præſentatus eſt dignus, tenetur ſuperior illum confirmare, vel inſtituere, vt in c. poſtquam, de ele. & j. de iurepa. per totum: vnde cum confirmatio, ſeu inſtõ ſit debita, nõ exerceretur ibi aliqua liberalitas, ideo tranſit hæc poteſtas in capitulum: quẽadmodum in alijs achibus iuriſdictionalibus contingit, & pro hoc facit, quia vicarius epiſcopi põt inſtituere prælentatum, vt in d. c. fin. Sed circa iſtam collationem beneficiorum imminet aliud dubium non paruum, nunquid ſede vacante collatio, quæ deuoluitur ad epiſcopum ex negligentia inferioris, vel electio tranſeat ad capitulum? Boa. ſenſit hic q̃ non, dicit. n. q̃ potuit hic Papa reſtituere iſtis ius eligendi ſine præludicio alicuius, qa ptãs erat deuoluta ad archiepm Exonenſem, & ſedes nunc vacabat, & ſic non pũ dicabatur capitulo, & ſic apertè ſenſit, q̃ hæc ptãs, ſede vacante non tranſit ad capitulum, & ſic tranſeunt hic Doct. & hãc opi. tenuit Io. Mo. in d. c. quanq̃. Sed Io. And. tenuit in contrarium reſtringendo multa iura, q̃ dñt, q̃ de beneficijs pertinentib. ad epiſcopum, capitulũ non ſe impedit. Intelligit. n. illa iura in beneficijs pertinentibus ad epiſcopum iure proprio, & non iure deuoluto, quia in his, quæ pertinent iure deuoluto, ptãs cõpetit rõne iuriſdõnis epiſcopalis, ſed ptãs epi trãſit in capitulum. Mihi plus placet primum dictum: primo per rõnem qua ſupra dixi. nam eadem eſt rõ in omnibus. Item multum me mouet c. 2. ne ſed. va. vbi ſollatione beneficiorũ regula ponitur negatiuè dẽ. n. q̃ vbi non eſt expreſſum, capitulum non ſuccedit in collatione, ſed hæc reſtrictio Io. And. nullibi probatur, & tene menti hoc. Item dic q̃ hodie habemus iura noua, quæ confunmenti hoc. Item dic q̃ hodie habemus iura noua, quæ confunduntopi. Vin. vtitur in c. vlt. & pe. de ſup. neg. prela. lib. 6. Ex qui bus elicitur regula, q̃ epiſcopo mortuo naturaliter, vel ciuili-
c ter, puta quia captus ab hoſtibus, capitulum ſuccedit in iuriſdõ ne, etam ſpiritualium, q̃ tpalium, ita q̃ hodie habes firmare illã regulam. Sed contingit dubitari de quibuſdam caſibus ſpecialibus, quos pro declaratione materiæ, quia nimis traditur hic per hoc ſuccinctè proſequar. & primo incipiendo ab excpetionib. poſitis in gl. habuiſtis ſup. quid dicendum in collatione, confirmatione, & inſtitutione. Sed dubitatur ſecundo, quid in ptãte
d dandi licentiam de electo in prælatum eccleſię alterius diœc. & gl. hic firmat, q̃ capitulũ non ſuccedit, & multi tenuerunt hãc partem, vt no. in c. ſi abbatem, de elect. lib. 6. Sed Io. And. firmat ibi contrarium, & credo q̃ bene. Et idem reperio ſenſiſſe domi nos de Ro. deciſ. 301. nam prima regula eſt, q̃ capitulum ſucce dit in iuriſdictione ſpirituali, & temporali, vt ſup. dictũ eſt, ergo & in poteſtate dandi licentiam electo, vel volenti ſe transferre ad aliam diœc. nam hoc eſt iuriſdõnis. vt in c. ſi religioſus, de ele. lib. 6. nec eſt illa proprie alienatio, ſicut contingit in rebus eccleſię. nam res eccleſię non poſſunt alienari ſine ſolennitate, de qua 12. q. 2. c. ſine exceptione. ſed licentia datur ſine illa ſolẽnitate, vt in d. ca. ſi religioſus. Item ſi clericus recedit ſtatim reperitur ſucceſſor, ſed non ſic reperiuntur bona ſuccedentia in locum rerum alienatarum, non eſt ergo bonum arg. arguere de alienatione rerum ad perſonam, & iura, q̃ allegat gl. non probant opi. ſuam: nam ibi ſolum dñ, qđ licentia fuit petita a Papa: non dñ, quod capitulum non potuiſſet: nam ad maiorẽ cautelam ſæpius recurritur ad Papam, vt in c. ſi. de verbo. ſign. Tertio dubitatur de poteſtate alienandi, & glo. tenet hic, quod non ſuccedit. hoc ego limitarem, cum vellet alienare bona ẽpatus, ſed ſi eccleſia inferior ex legitima cauſa vellet alienare bona Ẽpatus, credo quod capitulum pt interponere authoritatẽ, quia capitulum proprie hoc caſu nõ alienat, ſed interponit authoritatem eccleſiæ alienãti. hoc. n. eſt iuriſdõnis, & ſæpe neceſſe eſt. & ſentit hoc Fede. conſi. 30. & facit l. 2. C. de his qui vi. al. iud. ger. Item capitulum põt interponere authoritatem permutationi beneficiorum, quod intellige, vt no. glo. in cle. vnica, de rerum permu. Extra gl. ſeu caſus exceptos in ea, dubitatur quarto nunquid capitulum ſuccedat in ptãte viſitandi totam diœceſim, & inquirendi crimina, & de hoc hẽs bonam gl. in cle. 1. de hær q̃ tenebis menti, quæ ponit opi. contrarias. nam Io. Mon. fuit in opi. vt nõ ſuccedat. Arch. dubitauit, tñ potius inclinauit in opi. contrariam Io. An in ſua gl. quæ eſt aliquantulum intricata, reducit ad concordiam hoc modo, quod poteſtas generaliter viſitandi non tranſit in capitulum, & procedit opi. Io. Mo. ſed poteſtas ſpiritualiter inquirendi ꝫ aliquos diffamatos tranſit, & ſic procedit opi. ꝫria. fundamẽtum huiuſmodi diſtinctionis eſt, quia capitulum eſt adminiſtrator neceſſarius, & non voluntarius: vnde ſuccedit in his, quæ neceſſario, & non voluntariè ſunt expedienda, ſed viſitatio generalis eſt voluntaria, ſpãlis vero neceſſaria, & multi antiqui Doct. amplexi ſunt illam theoricam, & originaliter Io. Mon. Sed indiſtinctè tenerem, quod ẽt viſitare poſſit generaliter, quia viſitatio ſit ex neceſſitate iuris, vt patet, j. de cenſi. in c. ſopitę, & x. q. 1. relata, cum ſimi. Ad idẽ. c. fi. de ſup. neg. præla. lib. 6. vbi datur viſitator per Archiepm, ſi capitulum eſt negligens in exercenda iuriſdõne, ergo capitulũ habebat ptãtem viſitandi, & hoc ſatis deberet admitti, vbi non ſperaretur, quod de proximo prouideatur eccleſiæ de ẽpo, puta quia Ẽps eſt ab hoſtibus captus, & ad prædicta, quod neceſſe hoc ſit, adduco bonum tex. in c. inter cętera, ꝫ. de of. or. Quinto dubitatur, nũquid capitulum poſſit viſitare monaſteria mo-
e nialium exempta, e quæ viſitat Ẽps authoritate apoſtolica, vt in cle. 2. de ſtatu. reg. & refert Collec. quod in cancellaria fuerunt congregati multi in hoc Doc. & receſſerunt varij, & videtur ip ſe velle, quod ex neceſſitate poſſit. ſed Lap. Abb. conſuluit, qđ non ſuccedit capitulum, & ita refert ſibi reſpondiſſe Io. An. cũ eum in hac qõne conſuleret. mouetur, quia capitulum nõ ſuccedit in his, quæ competunt epo iure ſpãli, vnde non ſuccedit in ptãte cognoſcendi de feudo, vt no. in c. verum, de fo. comp. & hanc opi. ſentit Inn. iudicio meo, in c. ad abolendam, de hær. vbi dicit, quod capitulum ſuccedit in his, quæ exercet epſ iure ſuo, & idem ſentit Fed. cõſi. 30. vbi dicit ſecus eſſe, ſi epſ cognoſcit iure delegato, vel alio iure ſpeciali, & facit c. paſtoralis. § ꝓterea, de of. ord. vbi mortuo epiſcopo delegato, expectatur ſuceſſor, & non recurritur ad capitulum, multi tamen tenuerũt contrarium, dicentes, quod ſi epſ hẽt abſoluere, vt delegatus, quod ptãs tranſit ad capitulum, per c. vnicum, eo. tit. lib. 6. qđ loquitur in diſtinctè. Sed mihi plus placet præcedens opin. per ea, quę ſ. dixi. Item facio aliam rõnem, capitulum ſuccedit epiſcopo pp communionem, quæ eſt inter eos, ſunt. n. vnum corpus, vt in cap. nouit, & c. quanto. de his quæ fiunt a prela. Item (vt dicit Inno. ſ. c. prox.) d gnitates, & iura eccleſiæ pariter poſſidentur per epm, & capitulum, ſed in his, quæ competũt Epiſcopo iure ſpãli, vt delegato, ceſſat iſta communio. ergo nõ ſuccedit. Et ex his limita regulam ſupra traditã, vt capitulum ſuccedat in iuriſdõne Epali competẽte iure proprio. Sexto dubitatur, nũ quid capitulum poſſit recipere reſignationes beneficiorum, ſe de vacante. Et domini de Rota in hoc fuerunt varij, vt hꝫ deciſ. prœal. ſed maior pars concludit, q̃ poſſit, quia regula eſt, eum poſſe recipere reſignationem, ad quem pertinet deſtitutio. vt no. Inn. & alij in c. quod in dubijs, de renun. ſed capitulum poteſt deſtituere, & priuare quem ſede vacãte, ex cauſa legitima,
cum

ADDITIONES.

a Nunquam mihi placuit. Vide Abba. in c. ex frequentibus, de inſtitutio. Seb. Sap.

b Fructus. Vide Abb. in c. mandatum, ſup. de reſc. Seb. Sap.

c Succedit in iuriſdictione. Adde. Bart. ita tenentem. in l. ubi abſunt, ff. de tuto. & curato. da. ab his. gl. in c. his quæ, in uer. pro bono pacis, ſup. eod. Specu. in ti. de inſtru. edit. §. nũc. uero aliqua, uer. item circa legitimos, Card. in clem. 2. de hæret. & in c. ad abolendam, eod. tit. & in cap. 1. ne ſede uacante, lib. 6. Zac.

d Dandi licentiam. Vide Gemi. late in c. Abbatem, col. 2. de elect. lib. 6. & in c. cum ex eo, ſuper gl. in uer. epiſcopi, de elect. in 6. Abb. in conſi. 86. incl. in ec cleſia Catenenſi, col. 7. Seb. Sap.

e Exempta. Adde Fed. conſi. 30. ſup. etiam allegato,

Universidad de Deusto Biblioteca

cum succedat in iurisdictione, ergo poterit resignationem admittere: maxime quæ fit ex causa. Et no. incidenter ex dictis eorum, quod capitulum pōt priuare quem ex cā beneficio suo se de vacante. Sed præsupposito, quod capitulum non possit recipere resignationem, est dubium, nunquid poterit hoc præscribere? videtur quod sic. per c. irrefragabili, §. excessus, de off. ord. contrarium notanter concludunt do. de Ro. quorum decisio in hoc multum placet, quia sede vacante inchoari, nec currere potest, nec finiri præscriptio, vt in c. 1. & in c. de quarta. de præscri. Et no. hoc dictum singulariter, quod capitulum nō potest prætendere prescriptionem in his, in quibus nō succedit de iure communi sede vacāte, & intellige vt exerceat sede vacante. Septimo dubitatur, nunquid capitulum possit sede vacante facere statuta [a] distringentia totam dioecesim? Fed. consi. 16. plene prosequitur, & tandem concludit, quod sic. dependet. n. a iurisdictione, vt in c. fi. de const. li. 6. In qua quidem iurisdictione capitulum succedit, & talia statuta durant etiam in tempus futuri episcopi, quia de natura statuti est, vt sit perpetuum, licet extinguatur potestas statuendi, vt in c. fi. de offi. le eps vero poterit illa statuta reuocare, quia non potest capitulum statuere in præiudicium futuri episcopi, sicut nec prædecessor in præiudicium successoris, quia par in parem non habet imperium, vt [b] in c. innotuit, de electio. Octauo dubitatur, nū quid capitulum[b] possit sede vacante dispensare in casibus, qui permittuntur episcopo? & dubium facit, quia dispensatio est voluntaria, & secūdum theoricam quorundam, de qua sup. capitulum succedit in administratione necessaria, sed Fed. di. consi. 30. post multa concludit oppositum, quod satis mihi placet: nam dispensatio dependet à iurisdictione. Item quandoque est debita, vbicunque subest causa legitima dispensandi, vt no. 50. distintio capi. domino sancto, & c. vt constitueretur. Nono dubitatur, quid si episcopus habet collationem cum alio, vel alius debet requirere consilium episcopi in aliqno actu, nunquid capitulum succedat, & concludit, quod non per c. vnicum, ne sede vacan. lib. 6. & dic. vt ibi no. Decimò quæritur, nunquid capitulum succedat in iurisditione, quam habet episcopus de consuetudine, & quid si Episcopus debet interesse alicui electioni ex cōsuetudine? Host. in c. scriptum. de elec. sentit quod potestas eligendi non transfertur in capitulum, sed in iurisdictione exercendi tenet hic Colle. contra, quia eadem ratio debet esse in additamento, quæ in principali: quod satis placet, ex quo illa iurisdictio competit episcopo, vt episcopo. Vndecimò quæritur, nunquid capitulum possit facere commendas ecclesiarū? & conclude quod sic, saltem donec fuerit ecclesiæ prouisum per habentem potestatem, vt no. Io. And. in c. vnico, ne sede vacante lib. 6. Duodecimò, nunquid succedat in priuilegijs indultis dignitati Episcopali? exemplum in c. fin. cum cōcor. ibi positis in gl. de priui. lib. 6. & concludit q nō, quod hēt Io. And. pro indubitato in c. vnico, infra. eo. lib. nam priuilegium non dēt excedere personā priuilegiati, vt in c. sane, de priui. & in c. petisti. 7. q. 1. Tertiodecimò, nūquid capitulū possit dare indulgētias, de quibus in c. cū ex eo, & c. nō, de pœ. & re. & de hoc q Doct. in c. accedētibus, de exce. pl. & si teneāt opi. q sit ordinis ep̄alis, quā multi ibi tenuerunt, concludendū est, q non succedit, sed si tenetur opi. Io. Cald. q sit iurisdictionis, & dicit hoc tenere B. Tho. tunc dubitari pt, quia videtur actus voluntarius, & non necessarius, posset tamen teneri, quod possit, quia cum iura dicunt, q capitulum succedit in iurisdictione, nec distinguant inter contentiosam, & voluntariam, debet intelligi in vtraque, quia genus verificatur in qualibet specie, vt l. filius familias. ff. de don. & in c. auditis, iuncta gl. de pscr. Quartodecimò quæritur, nunquid capitulū possit dare confessorē, seu pœnitentiarjū, qui absoluat in casibus reseruatis episcopo? & hoc tetigi sup. c. in c. his quæ, & concluſi, q sic. ar. c. vnici. inf. e. li. vi. Quintodecimò potest dubitari nūquid succedat in potestate Doctorandi, vbi episcopo hæc potestas cōpetit, nec aliquid in priuilegio cauetur de capitulo? & in hoc concluderē, q aut episcopus habet hāc potestatē ex priuilegio spāli, & nō transit in capm per superiùs dicta; aut habet a iure communi secundùm opin. quā sentit hic Host. vt no. gl. in cle. 2. de magi. & tunc capitulum succedit, arg. hic. Et ex istis pt inferri ad decisionem aliorum dubiorum, quæ possent occurrere, & vide de hac materia per Ioan. And. in d. c. unico. inf. e. li. 6. & prædicta bene notabis.

ADDITIONES.

[a] Statuta. Adde quod uoluit Lap. all. 20.
Adde, quod licet capitulum habeat iurisdictionem solum sede uacāte, eius tamen statuta tunc condita perpetuo durant, l. cundum do. Fede. consi. per istum alle. & Pet. de Ancha. in cap. i. ne sede vacant. lib. 6. & Alex. in l. fi. ff. de pœnis. Zac.

[b] Nunquid capitulum. Vide Fed. de Se. consi. 30. inci. an capitulum sede vacante. & Cardina. in consi. 38. incip. quidam habens unum filium, in 2. dubio. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

[a] *Maioritas in ordinibus quos effectus pariat.*

CAP. XV.

Statuimus. Qui maior est ordine, licet in ecclesia posterius receptus, in loco, & portione præfertur. h. d. secundum veram lect. & tria sunt dicta. secundum, ibi, & qui. Tertiū, ibi, ac. Casus lit. In ecclesia S. Mariæ Maioris de Vrbe, talis erat ꝓsuetudo, q illi, qui primo recipiebantur ibidē ꝓferebant illis, qui posterius recipiebāt, in sessionibus, & in portionib. percipiē dis, ēt si cēnt in maiori ordine cōstituit: qa illud inhonestū erat statuit Papa, q presbyteri primū locū teneāt, diaconi f'm, subdiaconi tertiū, & sic de reliquis obtineāt ordinatim, ēt si posterius sint recepti, & ēt in portione percipiēda, q in maiori ordine fuerint, minoribus præferātur, & minores clerici faciāt seruitia cōsueta. B. No. primo q ēt inter clericos ē habēda honoris distinctio, vt secundū ordines, & dignitates inuicē præferātur, & honorentur. No. 2. ibi, q maior est ordine, vnā maioritatē, quæ cōsistit in ordine: multiplex. n. est maioritas. Nam quædā ordinis, vt hic, quædam dignitatis, vt in c. dudum, de ele. li. vi. Alia senectutis, vt in l. semper, ff. de iure imm. vbi text. notabilis dicit semper in ciuitate nostra senectus venerabilis fuit, & pene eundem honorē senibus, & magistratibus maiores nostri impenderūt &c. vt ibi. Quædam est maioritas prælationis, seu administrationis, vt in cap. transmissam. de ele. Quædam consecrationis, vt in c. aqua, de consecra. eccles. vel alta. his enim respectibus quis potest dici maior, vel minor, & vide glo. in c. lex 2. di. vbi ponitur, qui dicantur maiores natu. No. ex prædictis, & ex text. q maior in ordine præfertur antiquiori in tempore, & sic prærogatiua ordinis prefertur senectuti, facit c. a subdiacono. lxxxiii. dist. Et in tantum ordini debetur reuerentia, vt olim quando monachi non erant clerici, clericus quantūcunque minor in ordine præferebatur abbati non ordinato, vt in d. c. à subdiacono. Hinc dicit tex. in c. duo sunt 96. dist. q nulla dignitas secularis similis est sacerdotio. Item no. contra cōsuetudinem quarundam ecclesiarū, vbi canonici primo recepti præferūtur in sedibus postea receptis, licet isti posteriores sint [a] maiores in ordine; a nam ad hanc consuetudinem tollendam emanauit iste text. vnde non puto valere cōsuetudinem in op[b] positum, b quia est contra honestatem ecclesiæ, ad hoc quod no. in c. i. sup. e. & in c. cum decorem, de vita & honest. cler. Itē not. quod maior in ordine est primo beneficiandus, & potior debet esse in portione percipienda. Quid autem inter eos, qui sunt eiusdem ordinis? dic quod præferendus est primò ordinatus, ut in c. i. sup. e. & in l. i. ff. de albo scribendo. & unde ad mate[1] riam quod dixi in d. c. i. ꝉ. Sed quæro, quid includat ista litera, et sic de reliquis, &c. Solu. tex. iste solum expressit sacros ordines, & sub illo uerbo, reliquis, voluit includere minores ordines, vt accolitatum, vt exorcistatum, & lectoratum, & ostiariatum, vt in d. c. subdiacono. Potest etiam addi prima tōsura, quæ f'm nos ordo est, vt i c. cum cōtingat. de æt. & qual. vide gl. in procœmio sexti. In gl. 2. i fi. glo. ista in effectu ponit duos intellectus quoad verbum, potiorem, positum i tex. Primus vt maiores i ordine, sint potiores in portione percipienda, id est, pinguiores, vt plus ipsi percipiant, q̄ minores. Alius intellectus, vt verbum, potior, exponatur, id est, prior; & huic intellectui glos. inhæret. Vnde concludit glo. q canonici eiusdem ecclesiæ debent esse pares in portionibus percipiendis. Inno. in c. cum omnes. de constit. dixit, q respectu cotū q̄ dantur pro cōi victu debent esse equales, sed in his, quæ dantur pro vestib. & aliis necessariis, dēt hri distinctio personarū, vt fiat ꝓuisio f'm meritum psonæ, & hęc procedunt in ecclesijs, vbi præbendæ non sunt distinctæ, vel si sunt distinctæ procedunt in redditibus communibus, qui solēt diuidi inter canonicos. Et hūc intellectum videtur sentire hic Host. qui intelligit istum tex. indistinctè, siue portio ista cōsistat in quotidianis distributionibus, siue in alijs portionibus, siue in prębendis. Sed potest dici, q etiam in qualitate ciborum est habenda differentia per ca, quæ habentur in c. non cogātur. 41. dist. & in c. cum ad monasterium, in §. porro, de sta. reg. tamen raro hoc vltimum practicatur, quia in portionibus fiendis attenditur consuetudo cuiuscunque ecclesiæ, quæ seruanda est, vt in c. cum omnes, de ꝓst. in glo. fi. in fi. Vel intelligitur iste tex. secundum Inno. iuxta consuetudinem vrbis, quæ habet, q in oīb. ferè ecclesijs, licet recipiāt minores clerici in canonicos, & habeant ius canoniæ, tenētur facere seruitia in ipsa ecclesia, vt purgare ipsas ecclesias, pulsare campanas, accēdere lampades, & similia: nec recipiunt bñficia intra quatuor annos: Et ex hoc sentit Inn. q hęc consuetudo in hoc sit localis. sed hoc intelligę gñaliter, sed iudicio meo non est in hoc discerpādum, quia tex.

ADDITIONES.

[a] Maiores in ordine. Adde Are. consi. 22.

[b] In oppositum. Vide Abb. in consi. 22. inci. Fuit à me postea quæsitum. ubi tenet non ualere consuetudinem, q Archi. præcedat Vicarium episcopi: quia irrationabilis. uide illustrem do. meum D. Roch. Cur. in c. fi. in gl. in uer. irrationabilis, sup. de consue. Seb. Sap.

tex. dicit, q minores debent facere seruitia consueta, vnde ponitur verbum, consueta, seruabitur ergo in hoc consuetudo cuiuscunque ecclesiæ, & f'm consuetudinem poterunt isti minores compelli ad seruitia impendenda, & cum hæc consuetudo non sit contra ius, sufficiat tps decem annorum ad eam inducēdam, vt no. gl. in c. fi. de consuet. lib. 6. Extra glo. q̄ro quid, si minor in ordine, primo fuit receptus in canonicum authoritate Apostolica, demum fuit receptus eadem authoritate maior in ordine, quis istorum sit præferendus in prębenda vacatura? In no. tenet quod primus, licet sit minor in ordine, qa sibi primo fuit quæsitum fuit. Host. dicit, q hoc procedit in prębenda iam assignata, secus in assignanda. Io. And. dicit, q opi. Inno. est verior, & communiter obseruarctur: nam prærogatiua dignitatis nō præfertur prioritati temporis, ex quo pro alio primo scripsum est, vt probatur in c. quia sæpe. de præben. lib. 6. habeat ergo locū iste text. in receptis authoritate capituli Sed circa istos dubitatur, quid si capitulum prouidet minori, & contulit præbendam extraneo? dicit Inn. q male fecit capitulum, quia maiori in ordine debebat illam conferre, vt hic; sed si contulit alteri, tenet collatio, quia receptus authoritate capituli non hēt ius effectiuum ad præbendam primo vacaturam, vt in c. relatum, & quod ibi no. j. de prēb. capitulum tamen, quia venit contra istam constitutionem, tenebitur interim prouidere isti maiori in ordine, donec sibi prouiderit de præbenda. Et no. bene hoc vltimum dictum, ex quo ꝓ inferri, quia si in ecclesia sunt canonici supernumerarij, & capitulum confert prębendam extraneo, & non maiori in ordine, tenetur in pœnam prouidere isti maiori in ordine, quem contempsit, de communibus redditibus, donec sibi prouiderit de prębenda. quod notabis. Abb.

SVMMARIVM.

[1] *Episcopus delinquens extra suam diœcesim, potest per inferiorem puniri.*

CAP. XVI.

Vm inferior. Si ecclesia sita in aliquo Archidiaconatu erigit in cathedralem, a iurisdictione Archidiaconatus eximitur. Primo narrat factum. Secundo prouidet, ibi, māda mus. Tertio prouideri mandat Archidiacono, ibi prouiso Cathedralem, a iurisdictione Archidiaconatus eximitur. Primo narrat factum. Secundo prouidet, ibi, māda mus. Tertio prouideri mandat Archidiacono, ibi prouiso Calixtus litera. Archiepiscopus Colocen. de licentia domini Papæ monasterium de Cheur. constitutū in Firmien. Archidiaconatu diœcesis Colocen. erexit in ecclesiam cathedralem, & Papa ecclesiā exemit a iurisdictione ipsius Archidiaconi. Archidiaconus prędictus in tāram prorupit audaciam, vt in episcopum ibi consecratū, & ecclesiam suam, iurisdictionem exercere præsumpserit, significatum hoc fuit domino Papę: vnde super hoc scripsit Episcopo Colocen. dicens, q inferior potētiorem soluere nequit, vel ligare, sed potius maior minorem regulariter absoluit, & inhonestum est, & absurdum, vt filius potestatem habeat in patrem, & ideo mandat ipsi Colocen. vt præfato Archidiacono districtè præcipiat, ne de cętero talia in episcopū præsumptum attentare præsumat. cum dominus Papa ab ipsius iurisdictione ipsum exemerit, ita tamen, vt si per hoc archidiaconatus iura læ̨dantur in dioecesi sua, absque iuris alicuius præiudicio recompensationem illi faciat congruentem. B. No. 1. regulam, quæ quotidie allegatur, q inferior in iurisdictione non potest exercere sententiam cēsuræ, vel aliam in maiorem, nec potest illum absoluere. Ex quo infero, q inspecto iure communi non pōt sacerdos simplex absoluere episcopum, etiam in foro pœnitentiali, quia hęc regula loquitur indistinctē, debet ergo Episcopus recurrere ad suum maiorem, scilicet ad suum archiepiscopum, vt no. Host. in ti. de pę. & remis. in §. cui pœnitendum. hoc verum, nisi episcopus sit exemptus, quia tunc ex priuilegio iuris potest sibi eligere confessorem, vt in c. fi. j. de pœ. & remiss. et etiam facit Papa, nam propter superioris defectum eligit si bi confessorem, vt no. Inno. in c. sanè. de offi. del. & in c. nemo. 9. q. 1. No. 2. q Episcopus censetur pater inferiorum clericorū. 95 dist. c. esto subiectus. Item no. absonum esse, vt filius habeat potestatem in parentem: erubescit. n. lex, filios parentum castigatores existere, vt dicit tex. in Auth. de nup. in §. sed quod sanctum. No. q monasterium potest eligi in ecclesiam cathedralem, simile in c. 1. ne se. va. Vlt. no q si ecclesia inferior erigitur in cathedralem, per consequens eximitur ipso facto a potestate inferiorum, qui ibi primo habebant iurisdictionem, quia nō est honestum, vt episcopus sit subditus inferiori. † Et hoc facit ad quæstionem. a Pone q archidiaconus habeat iurisdictionem coercendi delicta intra certos limites, intra quos Episcopus de linquit, nūquid possit puniri per istum Archidiaconum? & si loquimur de episcopo proprio ipsius archidiaconi, dicendum q non, quia inferior non potest ligare, vel iudicare suum superiorem: sed dubium est in extraneo Episcopo, & videtur primo q non, quia Archidiaconus non exercet iurisdictionem in monasteriis sitis in suo Archidiaconatu, vt in c. fi. de offi. Arch. fortius in Episcopum exercere non debet: nam propter reuerentiā Pō tificalis dignitatis non debet inferior exercere iurisdictionem in eum, ar. in c. quia periculosum. de sen. excō. lib. 6. Inno. tenet contrarium: nam ratione criminis perdit priuilegium suum, vt in auth. qua in puincia. C. vbi de cri. agi oportet, & in c. placuit. 16. q. 3. & hanc opi. sequitur Io. And. licet Host. contra. Nam ex quo archidiaconus habet territorium distinctum, recipit potestatem coercendi delicta omnium, pro hoc bene facit l. 3. ff. de offi. præsid. vbi dicitur, quod in alieno territorio præses cēsetur priuatus: debet tamen procedere non ad depositionem, seu in maioribus criminibus. qa ad depositionem episcopi procedere potest solus Papa. 3. q. 6. ca. quamuis, & in c. acculatus, & c. 2. de transl. epi. Concludę ergo, q nedum ab episcopo pari, sed ēt ab inferiori prelato potest episcopus iudicari, & puniri, si deliquit in illius territorio, & notabis hanc quæstionem. Similis q̄stio fit in archiepiscopo delinquente intra diœcesim sui suffraganei, nunquid possit puniri per suum suffraganeum? & hæc q. tangitur hic per Inno. & plenius expeditur per Archid. & alios in c. 2. de consti. lib. 6. & communior videtur opin. vt a suffraganeo suo puniri nō possit per rōnem istius tex. nam archiepiscopus est maior, & iudex suffraganei sui, ergo ab eo iudicari non potest. & ex hac ratione sequitur, secundum Inno. q si suffraganeus ex dispensatione Papæ haberet alium episcopatum extra illam prouinciam, q nō possit punire suum Metropolitanum ibi delinquentem, nā vbique archiepiscopus est maior suo suffraganeo. Dubito de hoc vlt. quia suffraganeus non est in alio Epātu, vt suffraganeus, sed vt alius episcopus, & certum est, q alius Episcopus potuisset punire istum Archiepiscopū, ex quo non est suffraganeus suus, videmus in delegato Papæ simile, q licet sit minor, potest tamen authoritate delegata excommunicare suum maiorem, vt in c. sanè, il 2. de offi. deleg. vnde diuersis respectibus quis potest esse maior, vt in c. cū capella, de priui. In gl. 1. ibi, cum maior se subijcit minori. Nam tunc se subijciendo fit minor maior, vt iuribus prælle. in gl. & hoc intelligę, si superior consentit, vt persona ecclesiastica possit se subijcere minori, alias autem non posset consentire, etiam in alium parem, vt in c. significasti. j. de foro comp. & Papa, qui nō recognoscit superiorem, potest se subijcere confessori. vt s. dixi. In ea. gl. ibi, de offi. deleg. c quęrenti, ad idem. de sent. excomm. c. tua, sed vt dicit Io. And. vtrobique potest absoluere tempore, quo excommonicat, vnde melius facit c. grauc. j. de præben. In ea. gl. ibi, sanctum est, dicit Io And. quod ibi hoc non facit ex officio q. d. regulam illam procedere, quando ex officio quis potest absoluere, vt tunc posset etiam ligare, & econtra: secus autē vbi committeretur iurisdictio, quia tunc datur prās absoluēdi, cum ista iudicentur a pari. In gl. ibi, ad supplicationem, dicit Io. And. q ibi non erat maior in administratione, nam renūciauerat ille Archiepiscopatui, & recęperat beneficium ab episcopo, vnde ratione beneficij erat factus de foro illius, vt in c. cū capel. de priui. & de fo. cm. c. postulasti. In gl. 3. in fi. Vult ergo gl. in secunda solutione, quod hoc potuit facere iste Archiepiscopus authoritate propria ex dispositione c. quoniā. all. in glo. sed hęc solutio non congruit isti literæ, quia hic fuit erecta de nouo ecclesia cathedralis, & sic erat aliud corpus, & dēbat habere aliud caput. Sed in c. quoniam, non sunt ibi duo corpora, nec duo capita, sed constituitur ibi episcopus absque ecclesia cathedrali, q debet esse vicarius constituentis. In gl. pe. in fi. Vult ergo gl. q si ecclesia subiecta alicui prælato inferiori erigitur in cathedralē, q nihilominus remaneat sub iurisdictione ipsius prælati inferioris, nisi eximatur a papa, vt hic. Sed hoc dictum non recipit communiter a Doct. & profecto vī contra istum tex. nam Papa hic nō eximit istum episcopum a iurisdictione Archidiaconi, sed denunciauit eum exemptum: nam is, qui denunciat, de nouo nihil agit, vt in l. hæredes palam. ff. de test. & no. in cle. statutum. de elect. quinimo no. dicunt Doct. q si iste Archidiaconus esset in dioecesi istius Episcopi, Eps nouiter creatus habebit iurisdictionem super Archidiaconum. x. q. 1. c. regenda, & optime facit tex. in c. translato, de ꝓst. Sed quæro extra glo. quam iurisdictionem habebat Archidiaconus in ista ecclesia, dum esset monasterium? dic q de iure communi nullam iurisdictionem habet archidiaconus in monasterijs, sed de iure speciali posset habere, vt in c. fi. & quod ibi no. de offi. Arch. & forte ob hoc tex. hic loquitur conditionaliter, vt patet in tex. ibi, prouiso, vt si ex hoc &c. Nic. Abb.

ADDITIO.

[a] Ad q. Vide Ge. in c. 1. in 6. q. & in c. 2. col. vlt. versi. quæro, an Archiepiscopus, de const. in 6. Ana. in c. 1. de rap. Per. de Anch. late in c. postulasti, col. 2. uer. 6. oppo. de fo. comp. & ibi Mar. Soc. in 11. q. primi ar. Ale. in l. est receptum, ff. de iur. om. iud. ubi late Mod. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

[1] *Absentes non vocantur in actu compositionis etiam super iure superioritatis.*

[2] *Iudex quando possit cogere partes ad compositionem faciendam.*

[3] *Absentes qui dicantur, & qui præsentes.*

[4] *Clausula, altè, & basse. posita in compromissis, operatur, vt respectu læsionis non possit peti reductio ad arbitrium boni viri.*

CAP.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. XVII.

2 re in iudicio sine cõsensu capituli? Secunda, nunquid possit transigere? † Quo ad primã, glo. hic, & vbi tetigit istum passum, sem per inclinauit in partem negatiuam. Sed communis opinio est in oppositum, vt nisi causa sit grauis, possit prælatus conuenire, & conueniri sine consensu capituli, vt probatur in c. edoce-
3 ri, supra de resc. † Quo ad secundam quæstionem, quæ pertinet ad titulum, glo. hic concludit, quod licet prælatus posset agere, vel habuerit mandatum generale a capitulo, non tamẽ potest
a transigere sine consensu capituli. a Ad istum text. gl. respondet dupliciter. Primo quod prælatus habuerit hic mandatum transigendi speciale, & ita debet intelligi tex. dum facit mentionem de literis de ratihabitione. Vel potest secundo intelligi secundum gl. quod capitulum promisit habere ratum quicquid Abbas gereret in illo negotio, & sic vigore huius clausulæ potuit Abbas transigere, & ponderat singulariter hunc intellectũ, videtur enim gl. in hoc sentire, quod per hanc clausulam appositam in procuratorio Promitto habere ratum quicquid feceris, datur potestas transigendi, & per consequens faciendi ea, quæ
b requirunt speciale, mandatum. b Idem voluit Bar. in l. procuratore cui generaliter liberam, ff. de procuratoribus, dicens quod per ista verba datur libera potestas procuratori. Sed aduerte, qa idem Bar. in l. 1. ff. de offi. proc. Cæsa. refert Cyn. & alios tenuisse contrarium, quos ipse ibi sequitur, concludens quod per illam clausulam non ampliantur vires procuratoris generalis, sed ad cautelam illa clausula solet apponi. & hoc idem sentit glo. in c. cum dilectus, de reli. domi. vbi concludit, quod literæ de rato non differunt a mandato procuratoris. Doct. hic communiter transeunt, quod sine consensu capituli non potest prælatus trãsigere, & satis videtur hoc innuere litera, & multa circa hoc dicũtur, per quæ minime explicatur intellectus, & difficultas huius quæstionis. Vnde in hoc passu latius attingendo materiam, cum quæritur nunquid prælatus, seu rector ecclesiæ possit trãsigere sine consensu capituli sui, & authoritate superioris, con-
c cluderem c sic, quod aut per transactionem alienatur res immobilis ecclesiæ, vel mobilis præciosa, quę alias sine solemnitate debita alienari non poterat, tunc nõ potest fieri transactio nisi capitulo consentiat, & authoritas superioris interuenerit. Nam sicut directe uon potest fieri talis alienatio sine debita solemnitate, ita nec indirectè transigendo, vnde siue prælatus petat

ADDITIONES.

a Consensu capituli. Vide Barto. in l. nulli. ff. de transact. et in l. Imperatore, ff. de pactis, et quæ notantur in l. præses, C. de transa. et quæ eleganter ponit Host. in sum. huius tit. §. quis potest, uer. sed quæro, an prælatus et Fely. in c. edoceri, col. 4. supra de resc. uidetur tamen dicendum, quod quando esset vrgens necessitas, posset prælatus solus transigere p ea, quæ tradit do. Lafr. in c. 1. col. 7. uersic. 4. ultra alia. qui. feud. da. possunt, et Corl. fin. suis in uersi. pupillus. Seb. Sap.
b Speciale mandatum. Adde Ro. consi. 94. tenere primum dictum, et Ful. consi. 186. Lapum alleg. 7. circa fi.
Adde Barto. Cæpo. caute. sua. 115. Adde Bald. et Rapha. in l. quod si nolit. §. fi quis. ff. de ædil. edic.
c Concluderem. Adde quod uoluit Roma. consi. 50. et consi. 88. Petr. de Anch. consil. 125.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tat possessionem ab alio detentam; siue ab eo petatur, nunquã poterit fieri trãslactio, per quam possessio remaneat penes aliũ sine solemnitate debita, ad hoc tex. cum glo. notabili in l. nulli. ff. co. & ibi notanter firmat Barto. & Fed. de Sen. consil. 94. facit tex. in l. cum hi. §. si cum lis. ff. de transact. & tex. iunc. gl. in l. nõ sola, C. de prædijs minor. nõ ali. vbi habetur, quod quemadmodum minor non potest directè rem alienare sine decreto, ita nec transigendo, quia non debet accedi vna via, quod alia prohibetur, vt in c. tuæ, de proc. & in regula, cum quod vna via. de reg. iur. lib. 6. sed si per transactionem res religiosa remanet penes ecclesiam aliquo dato, vel facto per prælatum, tunc poterit ipse prælatus transigere sine alterius licentia, & consensu, ga reddit conditionem ecclesiæ meliorem, ad hoc gl. notabilis in d. l. nulli, & hoc firmat ibi Bar. quod dicit perpetuo menti tenẽ dum, & secundum hoc non erit differentia inter Præsidem, seu administratorem ciuitatis, seu inter tutorem, & curatorem, & prælatum, licet Host. videatur hic facere differentiam. Nã præses, & administrator ciuitas item tutor, & curator possunt transigere, vt in l. præses, C. de transact. & in l. interdum. §. quitutelam, ff. de furtis, quod intelligo secũdum distinctionem prædictam; ita etiam poterit prælatus: nam video, q prælatus potest modica donare, vt in c. cæterum, de dona. fortius poterit transigere retenta, seu recuperata re ecclesiæ, dum tamen ius eccle clesiæ non sit clarum, quia si esset clarum, non admitteret trãsactio sua cum damno ecclesiæ, sicut nec trãsactio præsidis, vel curatoris. C. de transact. l. præses. Nec obst. prædictæ conclusioni iste tex. in quo nulla fit mentio de superiore, quia hic solum quærebatur de capitulo, vnde ius superioris remanet illæsum. Simile no. gl. in clemen. 1. de reb. eccle. non alie. & eo casu, quo fieret alienatio rei immmobilis, non sufficeret tacitus consensus capituli. & sic non haberet locum iste tex. quia in alienatione perpetua requiritur expressus consensus capituli, & nõ sufficit tacitus. 12. q. 2. c. sine exceptione, & c. 1. de his quæ fi. a prælatis, & no. gl. in c. 1. de re. ecc. non alie. li. 6. sed in alienatione temporali sufficit tacitus consensus capituli, vt in cap. 2. & 3. de his quæ fi. a prę & ad hunc casum restringe istum tex. vnde sicut in alienatione ad tps requiritur consensus capituli, ita in trãsactione, & sufficit tacitus, vt dixi. & ad inferendum racitum consensum capituli, tex. iste [vt arbitror] ponderat, q Abbas habebat mandatum a capitulo, & quod aliquibus annis capitulum seruauit transactionem, nec præcise requiruntur ad inferendum tacitum consensum, sed hic de facto ista contigerũt. Vnde idẽ dicas qualitercunque per alia indicia possit probari tacitus cõsensus capituli, vt in d. c. 2. & 3. de his quæ fi. a præla. Idem quod supra in transactione, dic in compromisso, quod prælatus non potest compromittere super re, in qua non potest solus disponere, vnde non potest compromittere super re immobili, seu ad inferendum perpetuum præiudicium ecclesiæ sine authoritate superioris, & consensu capituli sui, vt nor. Ioan. Andr. post Host. in c. peruenit, de arb. & plene per Lap. alleg. 101. vbi etiam dicit, quod prælatus compromittendo super re ecclesiæ nõpotest dare potestatem arbitro, vt procedat de iure, & de facto, ga posset ecclesiæ præiudicare. Et hæc singulariter notabis. ex quibus habes, quod licet solus prælatus possit agere in iudicio ẽt in re immobili, vt supra. dixi nõ tamen potest compromittere, quia iudicium est necessarium, compromissum voluntarium, ad hoc facit quod notatur in c. si. infra de emp. & vend. in gl. 1. in fi. & ff. de euic. l. si dictum. §. si compromisero. Et per hoc habes declaratum tex. & materiam suam. &c.

SVMMARIVM.

1 *Transactio super ecclesiastico beneficio, etiam firmata iuramento, non valet.* 3.
2 *Transactio illicita non firmatur iuramento.*
3 *Simoniacum aliquid esse, & sapere simoniam differunt.*
4 *Fidei præstatio, an sit proprie iuramentum.*

C A P. IIII.

COnstitutus. Super ecclesiastico beneficio transigi non potest etiam cum iuramenti interpositione. Prima pars ponit partis querelam. Secunda dat iudicem, ibi. Quia. Casus li. inter G. clericum ex vna parte, & A clericum ex alia super quadam capella quæstio vertebatur, tandem sopita fuit per transactionem, & fides hinc, & inde præstita, & confirmata: tamen pãtus A. eam seruare nolebat. vnde G. clericus domino Papæ fuit conquæstus: dicit Papa, quod huiusmodi transactiones speciem habent simoniæ. mandat, quatenus transactione in irritum reuocata, audiant causam. Ber. †Not. 1. regulam, quæ sumitur ex summatio, q super ecclesiastico beneficio, qualecũque sit illud, etiam si sit capella, non est licitum transigere. †No. 1. q transactionem illicitã non validat iuramentum, nam iuramẽtum nõ debet esse iniquitatis vinculum, vt in c. quanto, de iure iur. †No. 1. ibi, Speciem simonię. quod transactio super ecclesiastico beneficio non est purè simoniaca, sed speciem simoniæ ꝓtinet, secundum Inno. & bene. Et potest esse ratio, quia is, q dat aliquid temporale, vt in beneficio quiete persistat, potest habere ius in eo; & sic non consequitur per transactionem aliquid spirituale, sed potius redimit vexationem suam, quod licet, vt in c. dilectus. infra de simo. Sed quia posset esse contrariũ, ideo iura prohibent transactionem in beneficio, & videtur inesse q dam ipēs simonię, & vide in simili tex. j. c. c. super eo, & in c. cũ pridem, supra de pactis. vbi text. semper vtitur istis verbis, q continet speciem simonię, vnde non sine mysterio text. facit mentionem de specie simoniæ, & non de pura simonia. Et ex hoc infert hic notabiliter Inn. solutionem ad contrariũ, de quo in gl. 2. quare isti non fuerunt depositi, vel priuati beneficijs, ex commiserunt simoniam, vt patet ex prædictis. Et si diceretur, quare ergo hoc prohibetur? Respondet Inn. & bene, quod nõ solum à malo, sed omni specie mali abstinendum est, vt in cap. cum ab omni, de vi. & ho. cle. Et ex prædictis no. q propter speciem simoniæ non debet quis deponi. Secundo, quod propter transactionem factam in beneficio ecclesiastico non meretur clericus deponi, sed transactio debet irrita iudicari, quod notabis, licet glo. hic aliter sentiat, sed primum æquius, verius, & cõmunius. Vltimo no. quod transactione existente inualida partes redeũt ad iura pristina. Intelligitur ergo facta translactio sub tacita conditione si & inquantum habeat effectum. Idem est si transactio sit valida, sed partes communi consensu volunt ab ea recedere, de quo tamen dicendum, vt legitur, & nota. in l. fi. ue. C. eodem. in glo. ibi, æquè punitur. nota bene gl. secundum quã, pœna pari b venit puniendus transgressor fidei, sicut transgressor iuramenti, sed dic vt plenius dicam in c. ad aures. infra quod metus causa, & vide per Archi. in c. i. de sepul. lib. 6. Item not. quod præstatio fidei non est proprie iuramentum, quod an sit verum, dicam in d. c. ad aures. Et in fi. gl. dic, quod vbi iuramentum non continet turpitudinem ex parte iurantis, semper est seruandum, licet non valeat contractus, super quo fuit præstitum, vt in c. significante. infra de pig. & ita loquitur c. debitores, alleg. in glo. Aut continet turpitudinem ex parte iuranti, & tunc non est seruandum, & ita loquitur iste text. in glo. 2. ibi de gratia tantum auditur. No. bene gl. propter ipsius authoritatem, & originaliter fuit opi. ipsius Tanc. quod clericus trãsigens super beneficio debet deponi, & amplius non audiri super illo. Sed tu dic vt supra dixi. Abbas.

ADDITIONES.

a Simonia. Adde Cald. c 1. de simo.
b Poena pati. An qui promittit sub fide sua, dicatur iurare. vide Alexand. in l. nam et postea. §. dato, ff. de iureiuran. ubi ponit de multiplici specie iurandi. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Transactio super beneficio, an valeat, facta per clericum sine episcopo.*
2 *Clericus an possit se obligare ad soluendum certum alicui sine episcopo.*

C A P. V.

DE cætero. Per transactionem factam sine authoritate Episcopi potest prælatus, sed non ecclesia, constituti censualis. Vel aliter, & sic. Trãsactio facta sine authoritate Episcopi super ecclesia, si non est iuri contraria, non est p episcopũ reprobanda, sed si per eum census ecclesiæ imponitur, non excedit vitã transigẽtis. Primo ponitur quæstio. Secundo solutio, ibi, si cõpositio. & ibi duo dicta. secundum, ibi. Sed sensus. Casus literalis. Rector cuiusdam ecclesiæ impetrauit literas à domino Papa contra rectorem alterius ecclesiæ super aliquo iure, quod se habere dicebat contra aliam ecclesiam, coram iudice composuit cum illo aduersario, ita quod per compositionem in illa ecclesia ius aliquod habiturus erat, puta aliquem censum annuatim. quæritur vtrum talis compositio valeat? Respõdet Papa, quod si compositio non est iuri contraria, non est reprobanda ab episcopo, sed cũsensu sub hoc prætextu solutus, siue solucndus illi ecclesiæ cui præest, qui literas impetrauit, vitam illius qui soluerit, non excedat. Ber. No. ibi. Extraordinarium, iuncta gl. quod iudex delegatus dicitur, extraordinarius. a non est iudex secundum iurisdictionem, sed eius potestas est extraordinario modo inducta, & idem notat gl. in c. quoniam contra, de prob. & pro hoc facit, quia cum non sit ordinarius, ergo est extraordinarius, arg. in c. intellecto, de iureiur. †Not. 2. quod super beneficio potest clericus transigere sine authoritate Episcopi, quod intellige, dummodo remaneat in beneficio, alias non puto, quod possit sine episcopo dimittere beneficium, nã sicut non potest directe, vt in c. quod in dubijs, & c. admonet, de renun. ita nec indirecte, transigendo, quia posset confingi fraus, ad hoc bo. tex. in simili in l. cum hi. §. cum lis, ff. eo. † Not. 3. quod per compositionem factam authoritate iudicis delegati potest clericus se obligare ad soluendum aduersario censum toto tẽpore vitæ suæ, licet episcopus non consenserit, nec consentire

ADDITIO.

a Extraordinarius. Adde Roma. consil. 277. ubi dicit, quod ideo fauorabilior est ordinario

sentire velit. alium tex. in hoc notabilem habes infra de præbẽ. eniũ, quod est menti tenendum: nam licet bona ecclesiæ deberent conuerti ad vsus pios, vt in c. pastoralis de his, quæ fiunt a prælatis tamen pro bono pacis, potest constitui ex redditib. ecclesiæ census soluendus aduersario. Item not. quod authoritas delegata non sufficit ad constituẽdum ecclesiam perpetuo censualem, sed episcopus ex causa hoc potest, vt in ca. prohibemus, & quod ibi no. infra de cens. Sed quæro, qualiter debet iste census constitui? Sol. dicunt Doct. quod non debet computari certa quota redditurum, puta dimidia, vel tertia pars, ne videatur facta sectio beneficij, vt in c. maioribus, infra de præben. sed poterit constitui certa quantitas fructuum, vel redditũ in glo. 2. ibi. De subiectione. Hæc secunda solutio non est vera, quia cũ litigatur super ecclesia aliqua, rõne subiectionis spiritualis non potest transigi, vt detur aliquod temporale, vt est tex. apertus in c. præterea. infra eod. Sed posset saluari hæc secunda solutio, in telligendo quod agebatur super aliquibus iuribus temporalibus competentibus in ecclesia, tunc enim posset interuenire transactio, vt dixi supra eod. cap. fi. tatuimus. Et in fi. gl. facit hanc expositionem pro declaratione literæ, quia tex. dicit, cui præest & non apparet de quo loquatur cum loquatur impersonaliter, ideo supplet gl. cui præest, s. Imperator. Vel secundum Inn. dic, cui præest, scilicet episcopus, & clarior esset litera secũdum Io. And. si text. diceret absque authoritate episcopi qui præest, sed in hoc non est vis. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus potest esse testis in causa, in qua, quando fuit adhibitus testis, nõ erat aduocatus.*
2 *Coniuncta persona si fuit adhibita testis in causa couiunctæ personæ, administratur instrumento.*
3 *Testis si non debuit examinari propter suspicionem, tamen examinatus facit indicium.*
4 *Proxeneta potest esse testis in instrumento, in quo fuit mediator, tamen non potest testificari uoce uiua.*
5 *Aduocatus, aduocans in causa, in qua prætendit habere ius, an censeatur iuri suo renunciare.*
6 *Testis descriptus in aliquo instrumento, an præiudicet sibi respectu contentorum in eo.*

C A P. VI.

EX literis. Qui fuit transactionis mediator, contra eam non auditur. Vel sic si beneficium, quod per transactionẽ habetur, impetratur vt vacans ab eo, qui fuit trãsactionis mediator, non valet impetratio. Hoc dicit quo ad titulum. Prima pars narrat factum. Secunda diffinit, ibi, Cum autem. Casus literalis. Inter R. & A. clericos quæstio vertebatur super ecclesia de Vulter. coram Vigoren. Episcopo a sede Apostolica delegato, in cuius pśentia transactio inter prædictos clericos facta fuit mediante G. qui eidẽ A. in eadem causa patrocinium præstabat, & testis etiam inseri pius fuit in illa transactione. postmodum dictus G. mentiens se clericum, cum nondum fuit tonsuratus in clericum, super ecclesia illa tacito de illa trãsactione contra dictum R. literas impetrauit ad Archiepiscopum Eboracen. & Vigoren. episcopũ: coram quibus proponebat literas non valere, pro eo, q nondũ fuerat tonsuratus in clericum, ipse dixit se clericum, & quia nõ dixit in literis, quod eo mediante, & authoritate ipsius transactio fuerit facta: vnde iudices remiserunt causam ad dominum Papam, ipse examinato negotio, cum dictus G. confiteretur se interfuisse in illa transactione, & non fuisse tonsuratum in clericum, quando literas impetrauit, eidem G. super dicta causa silentium imposuit. Bern. †No. 1. & tene menti, quia nescio alibi sic expressum, quod aduocatus alterius partis potest esse testis in instrumento compositionis, & transactionis in illa causa, & potest esse ratio, quia per transactionem finitur lis: vnde instrumentum refertur ad tempus, quo iste non est futurus aduocatus. Item non præstitit patrocinium super causa principali. Et circa hoc dicit Inno. aliud notabile verbum, secure, scilicet tenendũ, quod is, qui fuit descriptus in instrumento alicuius contractus, vt testis, a potest esse postea aduocatus, cum agitur ad executionem illius contractus, nec instrumentum vacillat ex eo, quia aduocatus est ibi descriptus vt testis. Dicit tamen, q si dubitaretur in aliquo de viribus instrumenti, non posset iste ad aduocatus testificari, quia nunc est aduocatus. Et sic nota mirabile, quod vox istius aduocati descripta facit fidem etiam tempore aduocationis: tamen vox sua viua nõ admittit, & facit hoc ad quæstionem, quam ponit Ioã. And. in reg. cum quid vna. in Mercu. vbi quærit, nunquid notarius procurator possit in causa, quam procurat, producere instrumentum, quod ipse prius fecit in fauorem domini? & dic vt ibi, & facit ad materiam, qđ no. Barto. in l. deferre. §. idem rescripserunt, ff. de iur. fisc. †Et ex his arguebat do. Ant. quod licet pater, b vel coniunctus nõ possit esse testis in causa filii, vel coniuncti, tamen si fuit descriptus in instrumento vt testis, administraturi instrumento, hoc tamẽ non colligitur hic, quia tempore descriptionis iste erat suspectus, Dictum tamen potest esse verum, quia regula traditur, q vbi testis non debuerit examinari propter suspicionem, tamẽ c si fuerit examinatus, facit aliquod indicium, c vt not. Barto. in l. 3 maritus, ff. de quæstio. †Secundo no. & etiam tene menti, quod mediator alicuius contractus potest describi vt testis in instrud mento illius contractus, & sic proxeneta d potest esse testis in c instrumento, licet non possit testificari viua voce, e vt not. in c. c. 1. de test. lib. 6. & in auth. de testi. §. quoniam vero. & potest diuersitatis esse ratio, quia in instrumento describitur de consensu vtriusque partis, qua ratione potest esse testis etiam voce viua, vt in iuribus prælleg. Item tollitur suspicio propter fidem instrumenti. No. 3. ibi. Authoritate, quod authoritas quandoque sonat in factum, & non in ius: nam aduocatus non potest authorizare in transactione, capiendo transactionem proprie pro consensu authorizabili, qui requiritur à superiore, quia aduocatus nõ est superior, sed hic sonat in factum, ga fuit iste adiutor, & mediator illius transactionis, & forte dictauit instrumentum secundum Host. Item no. ibi. In clericum tonsuratũ, quod clericus primæ tonsuræ est capax beneficii, & q prima tonsura est ordo. facit. c. cũ contingat, de ęta. & qua. & quod no

tatur

ADDITIONES.

a Vt testis. Adde Alex. consi. 4.
b Licet pater. Ioan. de Ana. & Areti. in cap. cum oporteat infra de accusatio. & subtilius per Aretin. in l. qui testamento. §. quæcunque. ff. de test. Sebastianus Sapia.
c Aliquod indicium. Adde videndum Alexand. consilio 127. 4. lib. Roman. consi. 154.
d Proxeneta. Adde Alex. consil. 13. Rom. consi. 333.
Circa hoc de proxeneta contractus, siue de mediatore, an possit esse testis. dicas, quod de consensu vtriusque partis, nedum potest esse, sed cogitur testificari: neutra uero parte consentiente, repelliturraltera uero parte cõsentiente, potest esse testis uolens, sed non inuitus, ut no. per Ang. in §. quoniã vero, & in auth. de test. colla. 7. & per Bald. in l. omnibus, in uer. sed dubitatur. C. de test. & uide in c. 1. & ibi gl. in uer. mediatores, de test. lib. 6. ubi dicitur, quod speciale est in crimine simoniæ, quod admittatur, & vide aliã gl. in uer. in testem, ad fi. in c. Rom. eo. tit. & li. & vide gl. in §. in his, in ver. q si in Auth. de fide instr. & cau. & vide aliam glos. in cap. dilectorum, de test. cog. & habetur per gl. in c. si episcopus. 1. q. 1. & per Bar. in l. deferre, in pri. versus fi. ff. de iu. fisc. & per Ang. in l. debet, de ædil. edic. & habetur per Do. Ant. in c. non sine, & est c. 2. in pen. col. & seq. de arb. & in c. ex literis, in pe. col. de transa. & vltra consi. Alex. hic alle. vide eundem in consi. 18. in 5. part e consi. vbi idem dicit, q in contractu in scriptis confecto, potest esse testis quia videtur esse adhibitus de cõsensu vtriusque partis, quod etiam voluit Bal. in auth. sed nouo, in 4. col. C. si cer. pet. & idem dicendum in procurato re ad negotia, secundum Bar. in d. l. referre, in prin. & Bald. in d. l. omnibus, in uer. sed dubitatur. & uide Specu. in tit. de teste. in §. 1. in uer. quid de proxeneta, & uide ommno Alex. in consil. 128. in 2. parte consi. & etiam in d. l. deferre, vbi dicit, quod proxeneta non repellitur a testificando officio iudicis, sed tantum parte opponẽte, & habetur etiam per Dom. Anto. in capit. cum dilectus, de consuet. & per eundem in l. 4. in §. hoc autem iudicium, ff. de dam. infe.
e Viua uoce. Intellige hoc dictum debere intelligi neutra partium consentiente, quia hic viua voce non potest esse testis, altera uero tantum consentiente, uolens, non inuitus testificatur, & utraque consentiente, cogitur. ita no. Ang. & Doct. in §. qm uero, in authẽ. de testi. col. 7. Bal. in l. oib. uer. sed dubitatur, C. ad bo. gl. in c. 1. in gl. 2. in uer. mediatores, & ibi Arch. & Gem. de testi. lib. 6. Lanfr. de Oria. in c. quoniam con. §. testium depositiones, uer. ulterius dubitatur, & ibi in apo. Cel. inf. de prob. de qua recurrere. ad Alex. cõsi. 13. uol. 2. & consi. 8. uol. 3. Zac.
Viua uoce. Circa hanc materiam de aduocato an possit esse testis in causa, in qua aduocatus fuit, ueritas est, quod non, quia per indirectum cogeret pendere aduersario iura partis & clientis sui, imo aduocatus ostendẽs parti ad uersã instrumenta, & pandens iura sui clientis aduersario, tenetur de falso secundum Bar. in l. 1. in §. is qui, ff. de falf. & habetur per Specu. in tit. de aduo. in §. 3. imo dixit Bar. in l. 1. ff. de præuari. quod aduocatus unius partis, pstans auxilium alteri parti tenetur pœna falsi, imo aduocatus in uno articulo causæ, non potest contra eandem partem in residuo causæ præstare pãtrocinium, de quo uide Specu. in tit. de aduo. in §. nunc tractemus. in uersic. sed nunquid post. imo aduocatus post cognita secreta partis non potest cõtra eam assumere aduocationem, ut per Specu. in l. præalle. & uide eundem Spec. in tit. de teste. in §. 1. in uer. quid si aduersarius. ubi dixit, quod ita demum aduocatus unius partis potest recipi in testem si pars uelit, alias non, nec etiam potest esse iudex in causa, in qua fuit aduocatus secundum Bald. in l. ne in arbitris, in 2. col. in uer. iuxta prædicta quæritur, C. de arbi. & in l. apertissimi. in 2. col. C. de iud. & in l. fi. C. de assesso. & tenet Bar. in l. prætor, per illum tex. ff. de iur. om. iud. ubi etiam Alex. ponit. & no. Doct. in c. postremo. de app. & habetur per Spec. in titu. de leg. in §. restat uidere, in uersi. item si fuerit. & prædicta intellige uera in eadem causa secus autem in alia, ut plene per Phil. Franc. in c. postremo, præal. nisi sit connexa, & dependens ab ea, in qua fuit aduocatus, ut in prælleg. cap. postremo. & habetur per Io. And. in c. 1. de testib. lib. 6. Et adde, quod aduocatus non potest consulere in causa, cui patrocinatur, secundum gl. in l. proxime. in uer. remotis, & ibi per Barto. ff. de his, quæ in testa. delen. quod intelligo uerum, quando requirere tur consilium decisum propter affectionem, quam præsumeretur habere ad causam, imo in alia causa posset cogi ad consulendum. l. 2. C. de prox. sacri. lib. 12. & habetur per Bar. & Bal. in l. sancimus, C. de aduo. diuer. iud. Et an qnis possit esse iudex in causa, in qua fuit aduocatus, uel econtra, an possit esse aduocatus in causa, in qua fuit iudex, uide Spec. in tit. de off. deleg. in §. superest, in uer. quid econtra. ubi dicit, quod potest esse aduocatus in causa, in qua fuit iudex, tamẽ dicit honestum fore si abstineret, an autem possit esse assessor in causa, in qua præfat patrocinium, habetur per Spec. in ti. de assel. in §. fi. in prin. ubi dicit quod non. An. Fran.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatur in proœ.sexti.Item no. quod laicus non est capax beneficii,nec potest impetrare beneficium,antequam ordinetur, nisi fuerit specialis mentio in rescripto, vt quia Papa mandaret prouideri alicui scholari perito cupienti adscribi militiæ clericali, & tunc debet prius ordinari, & postea beneficium sibi conferri,de quo vide quod dixi in c.cum adeo, de rescrip.& in c.fi.de præs.& in c.2.de insti. †In gl. 1.no.1 gl.iuncto text. quia in canonibus non habetur alibi, & limita istam gl.& quãdo quis scienter fuit aduocatus pro actore,vt tunc videatur renunciare iuri, quod habet i illa causa, secus si fuit aduocatus rei,ita limitat gl. in l.inter,ff.de rei vend. quod ego intelligo,quando aduocatus fuerit in meris finibus defensionis, dicendo, ad actorem ius nõ competere, secus si insistit dicendo, quod reo ius competit,& petendo pro eo pronunciari: nam tunc eadem ratio est in aduocato rei, quæ est in aduocato actoris. & aduerte, quia ex eo, quod gl. hic dicit, quod iste patrocinando tacitè renunciauit iuri suo, videtur sentire vnam lect.ad istum text.quod iste aduocatus impetrauit super ista ecclesia tãquam sibi debita per prius: nam alias non poterat renunciare iuriquod nondum habebat, & idem sentit glo.pen.infra eo.Sed Host.sequitur istum intellectum,non tamen verius in se.nam vt dicit Ioã.And.& benè, cum iste esset tunc laicus,non poterat habere ius in ecclesia,dictum gl.tamen est verum in se,sed non quo ad tex.& ideo tene alium intellectum, quem ponit hic Innocẽ.quod iste impetrauit hanc ecclesiam, vt vacantem & postea cum excipieretur cõtra eũ,quod alius erat possessor iste replicauit, quod alius erat possessor iniustus, & simoniacus,quia eam tenebat vigore trãsactionis illicitæ. sed alia pars replicauit,quod cum ipse fuisset author,& mediator illius transactionis, & testis ibidem descriptus, non poterat allegare cõtra illam transactionem,quia sic allegaret turpitudinem suam. Item litera erat surreptitia,cum dixisset se clericum, cum nondum esset tonsuratus,& per hoc Papa imposuit isti impetratori silẽtium.& ex his habeas declaratum intellectum huius capituli, & fuit mirabilis decisio,q̃ actor, & mediator alicuius contractus non potest contra illum contractum aliquam inualiditatem allegare, quod tene menti.† in gl.2.in fi.No.hanc gl.ex qua habetur decisio quotidianæ
5 quæstionis, an testis a descriptus in aliquo instrumento præiudicet sibi respectu eorum,quæ continentur in ipso instrumento? & concludit gl. quod non, nisi quando scienter authoritatẽ præstitit,quia fuit author in illo instrumento,vt in tex.isto. Sed gl.iuris ciuilis aliter distinguunt.dicunt enim quod aut tale describebatur, quod poterat testis impedire,contradicendo,& si sibi præiudicaret aut non poterat impedire, & nullum præiudicium sibi facit. Exemplum primi, quando obligatur in instrumento res ipsius testis.nam non poterat sine consensu suo res pignori supponi.l.rem alienam.ff.de pi.ac.& no. in cap.nonne,de præsum.Exemplum secũdi in venditione:nam inuito domino potest res ipsius vendi, quia per contractum venditionis nullum præiudicium fit domino, quia solum obligatur persona ad tradendum,vt l.rem alienam,ff.de ℈h.emp.ita no.gl.& sequi videtur ibi Bar.in l.fideiuss.§.pater,alleg.in gl.& in l.Caius,ff.de pig. act.Goff. in c.cum inter.de re iud.aliter distinguebat,quod aut testis intendebat se obligare,& obligatur,vt in l. si non subscripsisti. C.de admi tut.aut non aduertit,quod in scriptura contineretur, vel subscripsit vt testis,& non obligatur,quia hoc non intendebat,argu.l.nec ignorans.C.de don.hoc vltimum videt sequi dom. Ant. vel potest dici secundum eum,& aliter,quod aut fuit author,& sciens, & facit sibi præiudicium, secus si solũ sciens, & hæc videtur opin.huius glo.satis credo posse has opiniones reduci ad concordiam,hoc modo:q̃ aut in instrumento continebatur aliquid in præiudiciũ iuris ipsius testis, & tunc si fuit ignorans, sibi non præiudicat, vt d. l. Caius. Idem si fuit sciens, & non poterat impedire actum contradicendo,aut poterat impedire actum contradicendo,& tunc facit sibi præiudicium.d.l.fideiuss.Aut de præsenti non versabatur aliquod suum interesse respectu iuris postea quæsiti. puta quia emit rem,quæ prius fuerat à tertio pignorata, & tunc aut fuit auctor illius cõtractus,& non potest allegare illius inualiditatem,vt patet secũdum lecturam Innoc aut solum fuit testis descriptus,& poterit allegare inualiditatem quia testis solum testatur de his, q̃ sunt facti,& non de his, quæ sunt iuris vt in c.si testes.4.q.3.& cautũ est ad euitandas opiniones, vt nunquam quis patiatur describi in instrumento, si ex illo potest prætẽdere aliquod præiudiciũ. In gl.3.in fi.vel dic,quod ibi interuenit proprie transactio,quæ tamen de iure fieri nõ poterat,& ob hanc causam ille impetrauerat illud beneficium vt vacans, sed non fuit auditus,quia ex quo fuit mediator transactionis,licet illicitæ, non potest eã impugnare,quia allegaret turpitudinem suam, ar.in c.1. de testib. lib.6.In glo.fi.in fi.& dic quod hic recepit ordinem postmodũ, vt hic innuunt verba textus,ibi.Nondum, quasi innuant quod postmodũ fuit ordinatus,& hoc est indubitatũ, si dixit se clericum,cum non esset,quia subreptio in benefitio reddit gratiam nullã ipso facto, vt in c.1. & 2.de filijs presbyterorũ,lib.6.Itẽ dẽ cerem,si tacuit illam qualitatẽ,qua expressa literas non habuisset,literæ sunt surreptitiæ,vt in c.postulasti,in fi. de resc.nec habilitas superueniens habet literas conualidare, vt est tex.in c. si eo tempore.de rescr.lib.6.Nicolaus Abbas.

ADDITIO.

a An testis.Vide pulchre per Do.Soc. in l.si quis ita,ff.de reb.dub. ubi tãgit,an quis possit esse testis in instrumento, de cuius commodo tractatur,tradunt etiam Doc.in l.legatarius.insti.de testa. Seb.Sap.

SVMMARIVM.

1 *Transactio super ecclesiastico beneficio fieri non potest, sed amicabilis compositio sic & nu 3.*
2 *Transactio, & amicabilis compositio quomodo differant.*

CAP. VII.

a 1 SVper eo.a† Super ecclesiastico beneficio trãsponi sic,& ad hoc quotidie allegatur iste tex. Communis diuisio.Secunda ibi,tale.Casus literalis.Aliquis coram iudice petebat beneficium ecclesiasticum in aliqua ecclesia,quærebatur,vtrum super hoc beneficio sic in iudicium deducto posset fieri transactio? respondetur,quod super re sacra, & religiosa non potest fieri transactio,quia res sacra data aliquo, vel retento aut promisso, vt possideatur,speciem cõtinet simoniæ:si vero gratis, & amicabiliter fiat compositio inter litigantes,non obuiat sacris canonibus.Ber.No.1. regulam, quod nedũ super beneficio ecclesiastico, sed nec super aliqua re sacra,seu spirituali,potest interuenire transactio:videtur enim se continere speciem simoniæ,quia posset contingere,quod ex datione seu promissione rei temporalis quis conlequeretur istud ius spirituale,vt dixi latius supra eod. tit. in c. constitutus. No.2.ex hoc,& ex tex.ibi,Speciem,quod transactio super re spirituali,vel beneficio non est omnino simoniaca,seu videtur habere speciem simoniæ,& tunc tex.alleg.supra co.c.constitutus.
2 †Not. 3.differentiam inter transactionem & compositionem: nam transactio sit, cum receditur a lite aliquo dato, seu retento, vel promisso:compromissio fit gratis, & amicabiliter,vt eã prærendens non habere ius, vult a lite gratis recedere. Posset tamẽ dici, quod compositio possit fieri etiam aliquo dato,seu retento, vt in cap.2. iuncta gl. supra eod.m.& talis compositio nõ debet interuenire in beneficio litigioso,sed debet esse amicabilis,& grauita,vt in text.Vnde pondera istum text.in eo,q̃ dicit quod si gratis, & amicabiliter inter se componat &c.ergo de substantia cõpositionis est,vt sit gratuita,& amicabilis,alias illa verba, gratis & amicabiliter, superfluerent. Sed quæro de exemplo, qualiter possint componere gratis,& amicabiliter? fortè partes conueniunt, secundum Docto.vt aliqui periti videant iura partium, quorum consilio promittant acquiescere, vel ad præces alterius alius vult discedere a lite,tanquã ius non habens. nec etiam improbatur, si nulla præcedente specialiter promissione,postmodum aliquid alteri largiatur,a.g. in c.tua, de simo. & tene menti istum text. quod in compositione fienda gratis super beneficio non requiritur authoritas superioris, quod ego puto procedere,nisi alter per compositionem dimittat beneficium ab eo possessum, nam non potest possessor quo quo modo beneficium dimittere sine authoritate superioris, vt in c.admonet,&c.quod in dubijs. de rerũ.& vide quod dixi
3 in c.cum pridem.de pact.† In gl. 1.No.bene hanc gl. quia quoti die allegatur.& dic clarius, quod aut contenditur de beneficio ratione tituli,seu prælationis, & non potest interuenire transactio vt detur temporale pro spirituali,vel videtur aliud spirituale non à superiore, sed vigore transactionis, quod non est licitum, quia beneficium ecclesiasticum non potest obtineri,nisi per canonicam institutionem, in regula prima.de reg.iu.lib.6. & in c.ex frequentibus,de insti.tenet Innoc.in c.1. supra eo.sed amicabilis compositio potest interuenire modo prædicto.Itẽ iudex ex officio suo pro bono pacis posset cõponere, vt hinc inde in beneficio det aliquid non habenti iuxta formam ca. nisi, infra de præben.aut contenditur de beneficio ratione subiectionis,& tunc idem dicẽdum,quod de alia re spirituali, in qua dicitur quod transactio non potest interuenire, vt detur temporale,pter recessum a lite,vt in c.præterea 3.eo.Sed bene p̃t dari,vel retineri aliud spirituale,ar.in c.ad qõnes.de re.permu.dixi post Inn. in c.2.3.eo.In gl.2.ibi,non tenet transactio. Vult ergo gl.& bene,q̃ pp euidentem calumniam impediat transactio, & intelligit de calumnia ex parte actoris, qa sciebat sibi ius non cõpetere, & malitiosè mouit litem. tunc.n. si aliquid recipit vigore transactionis,potest illud ab eo repeti,vt in l.in sum.alle.in glo. sed si calumnia esset ex parte rei,tunc non vitiaretur transactio sed actori potest cõsuli per actionem, & replicationem doli,vt probatur in l.sub prætextu,C.de transac.

ADDITIO.

a Super eo.Vide singularem limitationem ad istum tex.quam ponit Fel.in c.a piculum.ad fi. de resc.uidelicet,q̃ in Papam est licitũ de facto compromittere,& tranãgere.quod multum notat,& extollit. SVM-

VMMARIVM.

1 *Alienatio rei ecclesiasticæ facta per rectorem ipsius ecclesiæ, sine consensu superioris, valet in vita ipsius rectoris tantum. 2. intellige vt infra. numero 3.*
4 *Clericus non cogitur satisfacere creditoribus,nisi deducto,ne egeat.*

CAP. VIII.

VEniens.prælatum sine superioris consensu nõ obligat successorem, & quotidie allegatur iste tex. Prima pars ponit querelam. Secunda dat iudices, ibi,Mandamus. Casus lit. Monachi quidam maioris monasterij excolunt terras in parochia.S.Mariæ de Marchia, & coloni, ipsorum monachorum omnia sacramenta tam voluntaria,q̃ necessaria recipiunt ab ead.ecclesia.monachi prædicti talem fecerunt compositionem cum rectore ipsius ecclesiæ S. Mariæ prædecessore istius rectoris, vt monachi de duab. carruatis terræ,quas retinent monachi in dominio suo,tertiam partem decimarum tantum soluant eidem ecclesiæ S. Mariæ,& de omnibus alijs decimam integrè soluant, demum mortuus est sacerdos illæ,cum quo talis transactio facta fuit.successor illius interaliter petebat decimam de omnibus possessionibus,quas ibi monachi,& coloni monachorum excolunt in parochia S.Mariæ,monachi volebant se defendere prætextu transactionis prædictæ,nec permittebant colonos suos soluere decimas prædicte ecclesiæ:rector iste conquestus est domino Papæ: vnde mãdat quibusdam, quatenus compellant monachos,& agricolas ipsorum soluere decimas eidem ecclesiæ integraliter de omnibus, de quibus decimæ solui debent, & de subtractis satisfaciãt competenter, nisi præfati monachi docuerint transactionem prædictam super duabus carruatis terræ per sedem Apostolicã confirmatam fuisse,cum alias transactio illa super duabus carruatis fuerit personalis,& pacta inter alios acta alijs obesse non debeant.Ber.No.1.iuncta gl.quod sacramentorum quædã sunt necessaria,quædam voluntaria.Et quod omnia sacramenta debent percipi ab ecclesia parochiali.Secundo no.quod super decimis potest interuenire transactio inter personas ecclesiasticas,vt soluantur aliquo retento, & hoc declaratur in c.2.supra eo.vbi dicitur,quod super decimis potest componi:nam debet intelligi in compositione etiam non gratuita. nam per istam compositionem,de qua in textu, monachi non soluebant integram decimam.No.3.ex hoc texu, quod etiam religiosi tenentur ad solutionem decimarum,quæ ratione prædiorum quæsita sunt intra parochiam alterius ecclesiæ,de quo vide quod legitur, & no.in c.ex parte,& c.nuper,& c.suggestum infra de deci,†Item no.& tene menti, quod super iuribus ecclesiæ immobilibus, & spiritualibus potest rector transigere,& componere in præiudicium sui ipsius,ita quod compositio valebit toto tẽpore,quo ecclesiam possidebit.Et ex hoc,& ex textu no.singulariter, quod rector ecclesiæ potest contrahere super rebus ecclesiæ sine superioris authoritate,vt contractus duret toto tempore,quo ipse est futurus rector,& nescio alibi ita bonum text. Item no.quod sine authoritate superioris, non potest rector ecclesiæ transigere quo ad inferendum perpetuum præiudicium ecclesiæ.Et ex hac parte infero,quod rector ecclesiæ non potest transigere, si per transactionem res immobilis ecclesiæ remaneat penes alium,sed valebit transactio in vita sua duntaxat,vt hic,de quo vide quod plenius dixi supra eod.c.contingit. Item no.quod pacta inter alios acta non debent obesse aliis.Not.ibi. Ex quibuslibet rebus.& ibi,ex integro,quod decima est integre soluenda de omnibus vndecunque.Vltimo collige formã peti
4 tionis, cum decimæ aliquo tempore non fuerunt solutæ:nam de præteritis potest peti æstimatio,& in futurum potest peti,vt ius condemnetur ad solutionem decimarum.Si ergo fructus mihi debiti non extant,possum petere æstimationem.Sed quæro,nunquid iste rex.intelligatur etiam in decimis personalibus videtur primo, quod sic, quia text.loquitur indistincte,contrarium tenet Host.tum quia in prin. fit solum mentio de prædialibus , tum quia in personalibus currit præscriptio secundum opin.Host.tum quia monachi non tenentur ad personales decimas.No.hoc vltimum,& idem tenet Host. in cap.nouum ge
c nus. infra de deci. Ratio, quia religiosi acquirunt monasterio. monasterium autem nõ tenetur ad personales decimas, & idẽ dicit Inn.in omnibus alijs,qui alteri acquirunt. Ex quo infertur quod si dominus est exemptus etiam à solutione decimarũ,nõ tenetur dominus,vel seruus de lucratis p seruum soluere decimam.Quid autem de clericis secularibus? dixi plene in d. c.nouum genus.In gl.1.in fi.No.hanc gl. quia quotidie allegatur,ex
a qua collige septem esse sacramenta a ecclesiæ, quorum quinq; sunt necessaria,duo voluntaria, & declara,vt in glo.& aduerte, quia gl.sentit, quod laicus etiam in necessitate non potest conferre nisi duo sacramenta,vt sacramẽtum baptismatis,& sacramentum pœnitentiæ.Chrismare vero, & extremam vnctionẽ conferre,vel corpus Christi tradere non potest, licet in necessitate, de quo vide quod dixi in c.quanto. de consuetudine,& in c.pastoralis.in §.præterea,de off.deleg. Item no. ex gl. quod sacramentum ordinis dicitur sacramentum dignitatis. & vltra expositiones gl.credo,quod dicitur dignitatis,quia promotus ad ordinem consequitur dignitatem.vt 4.dist.c.deniq;,in prin. & alibi dixit tex.quod nulla dignitas secularis similis est sacer-
2 dotio 96.dist.c.duo sunt.†In gl.in ver.Confirmatam.in fi.no.q̃ quantuncunque rector ecclesiæ transigat nomine ecclesiæ,vel alium contractum faciat, si est talis contractus qui non possit perpetuo valere sine authoritate superioris,ille contractus censetur potius personalis,quam realis.vnde obligat personã contrahentis,& non ecclesiam,simile in c.vinculo, de despon.im-
3 pube.dib.6.†In gl.pen.No. bene vltimam quæstionem,quod rector obligatus ad obseruantiam contractus,in vita sua non potest contrauenire,nisi ecclesia esset læsa: b tunc enim posset petere restitutionem in integrum,nec obst. c.quod quis, & c.qs quis alle.in gl.quia loquuntur quando contractus non tenuit, nam tunc potest rector iure communi contrauenire.Sed contra conclusionem gl. opponitur, nam cum compositio ista sit psonalis,non videtur,quod ecclesia possit lædi, & p consequẽs non debet posse peti restitutio.Sol,dicit Host. quod de facto ecclesia poterat lædi,puta,quia seruitores non haberent,vnde viuere possent,& ideo subueniendum ecclesiæ. ar. in c.pe.de cle. non resi.& in l.minoribus,ff.de mino.Dicit tamen,quod si iste rector haberet proprium,compelleretur satisfacere contrahẽti secum pro interesse,ar.in c.de multa, in ver.& si vltra, de præben.& in c.reprehensibilis.§.si autem, de app.Item secundum eum posset capi id, quod cederet in sustẽtationem suam,& de se cõsequeretur,quia dignum est,vt male meriti egestate laborent,l.bona fides,ff.depositi.†Not.hoc dictum bene,per hoc enĩ
4 vult Host.quod ad satisfaciendum creditoribus alicuius rectoris possit tolli ex reditibus ecclesiæ id, quod cederet ad sustentationem ipsius?c & idem sentit in c.peruenit, de fideiuss.'Sed nõ credo hoc dictum esse verum, nisi saltem ipse rector haberet, vnde viueret,quia quemadmodum miles seculi non compellitur vltra quam facere possit, & semper, habenda est ratio,ne egeat, vt in l.miles,ff.de re iudi.ita dicendum est in milite Dei, vt no.gl.in d.l.miles,& vide gl.in c.studeat. 50.dist.& quod plenius dixi,in c.Odoardus,de sol.& in c.2.de pig.& plenius in repet.§.quia vero,in c. extirpandæ.infra de præben.& hoc procedit,cum clericus conuenitur ratione contractus, sed si ratione maleficij,tunc non habetur ratio,ne egeat, quia dignum est vt male meriti,&c.d.l.bona fides.&c.extra glo. quæro.quomodo debet cognosci,an pactio sit realis,vel personalis? Solu.conclude post Doct. quod aut agitur de re temporali, quod tunc hoc consideratur non solum ex verbis,sed etiam ex mente contrahentium.vtrum.s.quis voluerit se obligare personaliter,an etiã hæredes suos,vt in l.iurisgentium.§. pactorũ.ff.de pac.plenius per Bar.in l.stipulationes non diuiduntur.ff.de verb.ob. aut agitur de reb.ecclesiasticis,& tunc hoc perpenditur non solum ex mente,& verbis ℈hentium,sed ex prãte iuris:nam sine superioris authoritate non põt rector ecclesiam perpetuo obligare,restat ergo,vt pactio censeatur hoc casu potius personalis,quam realis,vt res valeat eo modo,quo valere potest.

ADDITIONES.

a Septem esse sacramenta.Vide no.in cap.1.de coniu.seruo.& quæ ponit Ioan. And.in rub.de sacram. non iter. & contra istam glo.quod imo extrema unctio non sit sacramentum,uide gl.in c.3.de secun.nup.& Doc & an benedictio,quæ fit in nuptiis,sit sacramentũ:uide gl. & Doct.in c.1. de secun.nup. Sebast.Sap.
b Elset læsa.Adde latè Fran.Are.consi.154.
c Ad sustentationem ipsius . Adde Ar.consi. alleg. & quod uoluit.Anton.consilio 115.

SVMMARIVM.

1 *Simonia committitur non solum in spiritualibus, sed etiam in connexis ipsis spiritualibus*

CAP. IX.

PRæterea.Non valet transactio super iure præsentandi,per quam nouus cẽsus imponitur ecclesiæ, vel antiquus augetur, vel notabilius summa fic. Sicut super iure spirituali, ita super annexo non potest transigi,vt recedatur a lite interueniẽte aliqua temporalitate.Communis diuisio.Secũda, ibi, cum igitur Casus literal. Ecce vacat aliqua ecclesia, contentio est inter laicos,& aliquos religiosos super præsentatione rectoris, veniunt ad talem transactionem,vt laici habeant presentationem,& religiosi percipiant ab ecclesia maiorem pensionem,quam recipere consueuerant, vel nouam,cum nihil antea percipiebant. quæritur,an talis transactio teneat? Respondet Papa,quod talis transactio simoniaca videtur,& ideo de iure nõ tenet,nec monachus ex ea vllum debet commodum obtinere. Bern.Not.1. qđ præsentatio quãdoque ponitur pro iure patronatus,vel potest text. intelligi, quod de sola præsentatione erat contentio, quæ est pars iuris patronatus,& nõ de toto patronatu,iuxta no.
1 in c.nobis,de iu.pat.& per gl.16.q.7.c. piæ mentis.† No.2.quod simo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Simonia committitur non solum in mere spiritualibus, sed ēt
b in connexis ipsis spiritualibus, quod tene menti. b Nam ius præsentandi non est mere spirituale, sed annexum spirituali, vt in c. quanto, de iud. & tamen super hoc iure cōmittitur simonia: cùmens ergo ius pronatus, vel aliter illud aegrens, intercueniēte aliquo temporali, committit simoniam. Tertio no quod nulla est transactio super spirituali, vel connexo, intercuniēte aliquo temporali. Sed opp. contra tex. videtur enim quod non cōmittatur simonia in transactione vt in c. sup eo, & c. pstitutus. 3. eo. hic autem tex. innuit oppositum. Sol. iste text. dicit, quod videtur simonia, verbum autem, videtur, est fictum, non autem denotat præcisam veritatem, vt in l. 1. §. deiecisse. ff. de vi & vi ar. Secundo op. & videtur, quod alio respectu hæc transactio non poterat sustineri, quia laici non poterant conferre vel augmentare pensionem in ecclesia. 10. q. 1. c. 1. & sc. & c. nouerint, & c. fi. de re. eccl. non ali. Sol. dicit Inno. quod laici non conferebant sed tacebant & consentiebant, fatetur, tamen quod si isti laici præcepissent ab antiquo censum in ecclesia, potuissent illum remittere, & conferre religiosis, & percipere ius patronatus, quod dicit Hostien. verum ex authoritate superioris, & non pactione partium, & bene loquitur, quia alias cōmitteretur simonia, vt hic, sed superioris authoritas purgat vitium, vt in c. nisi, de præben. In gl. 1. hæc gloss. videtur corrigi per sequentem, in qua dicitur, quod etiam superioris authoritate non potest pstitui ecclesia censualis, tamen in delegato dic, vt habetur sup. eo. c. de cætero in ordinario dicendum, vt legi. & no. in c. prohibemus, & in c. significauit, de censi.

ADDITIONES.

a Quod simonia. Quod simonia committatur etiam in iure patronatus, est tex. in c. veniens. infra de test. ubi do. Abb. in 2. not. & tenet Fel. ibidem in prin. & in c. 3. de iud. Sea. Sab.

b Tene menti Adde Rom. consi. 369.

SVMMARIVM.

1 *Confessio potest pro parte acceptari, & pro parte non, quando habet diuersas partes.*
Confessio illorum de capitulo præiudicat ecclesiæ.
Dominus semel, semper præsumitur dominus, nisi probatur contrarium.
Obligatio nulla potest esse inter monachum, & Abbatem vel dominum & seruum.

CAP. X.

Præterea. Super spirituali subiectione non licet transigi. Comm. unis diuisio. Secunda, ibi, respōdemus. Casus literal. Quædam cella voluit eximi à subiectione, qua tenebatur matrici ecclesiæ, oblato libello, & lite contesta. fratres illius cellæ per syndicum suum confessi fuerūt in iure se fuisse olim subiectos ecclesiæ, & quæstionem de hac subiectione moram fuisse, & p transactionem sopitam, ita, quod quēdam censum redderent annuatim matrici ecclesiæ, & essent a subiectione illius exempti: prior matricis ecclesiæ proponebat pro ipsa, quod de spirituali subiectione transigere non licebat, & ex confessione illorum fratrum apparet, quod olim subiecti erant matrici ecclesiæ, ergo adhuc ad subiectionem cur tenentur, cum priuilegia exēptionis non ostendant Iudex dubitauit quid iuris esset: Respondet Papa, quod ex confessione illorum fratrum debet ferri sententia contra eos, cum illa transactio iniquitatem contineat, licet non constiterit domino Papæ de illo, quod cella determinate reddere tenebatur. B. † Not. primo, quod vbi confessio emanat sub diuerso constructu a seu diuersis orationibus, potest qs aduersæ partis confessionem, quatenus facit pro se, recipere, & quatenus faciat contra se, reijcere. Vel not. aliter, & sic quod potest quis aduersæ partis confessionem recipere pro se, & aliam partem contra se impugnare. De hac materia no. plenius in c. 1. de confess. lib. 6. & Bar. in l. Aurelius, in §. Item quæsit. ff. de lib. leg. † Not. 2. quod confessio fratrum nocet ecclesiæ, etiam vbi agitur de iure subiectionis, ex sola enim confessione istorū fratrum ferenda erat contra ecclesiam sententia, concordat. c. dilectus, de ca. mo. & c. suborta, de re iud. cum similib. Vlt. not. quod dixi in summario, quod super subiectione spirituali non potest interuenire transactio, intellige interueniente aliquo tēporali, secus si daretur vel teneretur aliud spirituale, vt no. glo. supra eo, in c. super eo, & probatur in c. veniens. supra eodem. Item potest colligi ex textu quod olim dominus, seu superior, semper præsumitur dominus, vel superior, nisi probetur liberatio. b nā isti fratres confitebantur de præterito, dicentes se olim fuisse subiectos, & tamen sententia fertur de præsenti contra eos quia & hodie præsumuntur subiecti asserenti enim liberationē incumbit onus probandi. 6. q. vlt. c. accusator, & facit ad primū dictum l. siue possideris, C. de proba. † Sed quæro, nunquid super subiectione temporali possit transigi? pura est contentio, vtrum quis sit seruus, an liber. Conclude post Hostiē. quod aut est dubium de subiectione, seu seruitute, & potest transigi, vt in l. fi. C. eo. aut est certum, & non valet transactio, vt in l. interpositas, C. eod. nam inter seruum, & dominum non cadit obligatio, & sic non potuit dominus seruo obligari per transactionē. d. l. interpositas, & per illam l. idem dicendum in transactione, quæ fieret inter monachum, & Abbatem: non enim valet talis transactio, quia Abbas non potest obligari monacho, facit qd no. Io. And. in regula non est obligatorium, in Mer. Hinc dicit Fed. q̄ si Abbas permisit monacho promoto ad prioratum se non reuocaturum cum in vita non obstante illa promissione, potest illum reuocare, vt no. ipse cōsi. 252. dixi in c. cum ad monasterium, de stat. reg. quod no.

ADDITIONES.

a Sub diuerso constructu. Adde Lanfranc. in cap. quoniam contra. §. statuimus. ver. confessiones. num. 12. & ibiin apost. Celsi, in uer. defensionem. infra de proba. Zac.

b Probetur liberatio. Adde, quod uoluit Old. consi. 2. 5.

Probetur liberatio. Vide no. in l. siue possidetis, C. de prob. cum infinitis, q̄ cōgerit. Fel. in c. scribam. de præsum. vbi copiose ponit, quando ex præteto tempore præsumitur ad præsens.

SVMMARIVM.

1 *Transactio in causa matrimoniali non valet, intellige, vt infra nu. 8.*
2 *Iudex non solum debet causas decidere, secundum ius, sed etiam eas concordare, si potest.*
3 *Pœna statutaria potest per iudicem moderari ex causa. 10.*
4 *Iudex debet semper inclinare se in partem æquiorem, & habere æquitatem præ oculis.*
5 *Legatus de latere potest omnia dispensare, quæ non sunt expresse reseruata Papæ.*
Legatus in prouincia est maior omnibus ordinarijs, post Papam.
6 *Æquitas est iustitia, dulcore misericordiæ temperata.*
7 *Iudex, an possit cum bona conscientia reducere partes ad concordiam, quando iura partium sunt clara ipsi iudici.*
8 *Gradus secundus in linea æquali est dispensabilis per solum Papam, ex magna causa.*
9 *Æquitas in casu dubio, uel pari, semper est præferenda rigori.*

CAP. XI.

1 Ex parte. † Super matrimonio transigi nō potest. Vel plenius sic. Iudex potest, & debet se interponere pro transactione inter partes fienda, præterquam in casibus, in quibus iura hoc nō admittunt, vt super matrimonio. Diuiditur. Nam primo hortatur legatum, vt componat etiam in casibus expressis a iure. In fin. dicit, quid de casibus non expressis, ibi, in his. Casus literal. Quidam Græci furtiuè recipiebant ordines sacros a nō suis episcopis: quidam etiam celebrabant in ecclesijs interdictis, & nolebant obedire Latinis: quidam alij Græci, & Latini episcopi celebrant consecrationes in episcopatibus aliorum, & decimas percipiebant ibidem in eorum præiudicium, & grauamen: quidam laici Græci proprias vxores dimittebant authoritate sua, illis viuentibus, & alias accipiebant: super his, & alijs excessib. pluribus prædicti excedebant. Cardinalis legatus idem consuluit do. Pa. qualiter in his deberet se habere. Resp̄ōdetur, quod Cardinalis super his ad comparendum interponat partes suas, & poterit aliquid interdum detrahere seueritati, consideratis statu Imperii, & exeedentium multitudine, de liberatione habita, prout viderit expedire exceptis casibus, qui compositionē vel dispensationem non recipiunt, & sacramentum coniugij, quod apud Latinos, & Græcos. & apud fideles, & infideles existit in quo a seueritate canonica recedere non licet. In his vero, in quibus non inuenitur expressum, procedat æquitate pensata, declinando in benigniorem partem, secundum quod persona, causas, loca, & tempora viderit postulare. Ber. † No. primo, quod officium iudicis consistit non solum in decidendo causas secundum iuris regulas, sed etiam in cōponendo inter partes: debet enim iudex a principio conari, quantū potest, vt partes reducat ad concordiam & ad bonam compositionem, cō. cor. 90. dist. per totū, & in l. 1. §. & post. ff. de no. ope. nun. † No. 2. quod iudex potest, & debet in pœnis interponendis interdum detrahere seueritati, recedendo à pœnis in iure statutis, si causa legitima subest, vt puta quia multitudo delinquētium est in causa, & sic sine scandalo multitudo plecti non potest, concordantiæ plurimæ sunt in gl. Item vbi subest alia causa legitima, ad idem. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa. vbi Bar. dicit, quod etiam pœnam statuti potest iudex moderari ex causa. No. 3. quod in casibus non recipientibus, dispensationē non debet iudex laborare ad concordiam, quia frustra laboraret, & qui sunt illi casus, infra subijcietur. Item no. quod matrimonium est verum non solum apud fideles, sed etiam infideles, concor. infra, de consang. & affi. cap. de infidelibus & c. quā to, de diuo. † Item no. quod in casibus a iure nō expressis debet iudex semper inclinare in partem humaniorem, & habere æquitatem præoculis, & pœnam imponere habito respectu ad personas, causas, loca, & tempora, quæ declara, vt in gl. † Vlt. no. & tene menti istum tex. quod ex generali officio, & potestate, legato de latere competit potestas dispensandi in his, quæ dispēsationem recipiunt, & vide ad materiam plene per Spec. in tit. de dispen. §. consequenter, vbi in prin. dicit, quod legatus de latere potest dispensare in casibus in quibus dispensant episcopi, archiepiscopi, Primates, & Patriarchæ, & qualibet alius iudex ordinarius, cum ipse sit ordinarius in tota prouincia, gerens vices Pa. & maior omnibus post Papam, de offic. leg. c. 2. lib. 6. Itē dispensat etiam in casibus, in quibus, episcopi & alij dispensare non possunt. f. in omnibus quæ Papæ non sunt reseruata, de quibus in c. quod translationem, supra de offic. lega. & vide quod ibi dixi. Contra Concilia vero generalia dispensare non potest, & idem tenet ibi Io. And. in addi. in ver. legatus, pro hoc c. dilectus, il 1. infra de præben. de legato vero non de latere dicit ibi Spec. notabile verbum, quod non dispensat, nisi in casibus a iure expressis, vel si in priuilegium hoc conceditur specialiter, facit quod leg. & not. in c. excommunicatus, de offic. leg. † Sed q̄ro, quia tex. hic facit mentionem de æquitate, quid est æquitas? Sol. Ioā. And. diffinit secundum beatum Cyprianum, quod est iustitia dulcore misericordiæ temperata, & hanc diffinitionē etiam refert Spec. in tit. de dispen. in §. 1. in vers. æquitas. diffinit etiam & secundo modo. qd est rationabilis modus continens misericordiam & rigorem. Et ex his, potes sumere differentiā inter ius, & æquitatem. nam ius est decisio, quæ fit secundū iuris regulas. æquitas vero est quædam continentia, & quoddam temperamentum recedens ex causa a communibus regulis iuris, vt no. Bar. in l. 1. C. de leg. Et scias quod quandoque rigor iuris, & ipsum ius ponuntur pro eodem. vt in c. super literis, & qd ibi dixi, de rescrip. quandoque sunt diuersa, & ponitur rigor, p excessu iuris, quādo ob aliquam cām ad terrorem in aliquo casu excedit omnes regulas, vt in c. 1. & quod ibi no. infra de tornamentis, & in c. literas, de rest. spol. & quod ibi not. & vide, p æquitate seruanda, bonum tex. in c. disciplina, 45. dist. vbi pulcher tex. quod vna non absoluitur ab alia, & l. placuit, C. de iudi. & l. quod si Ephesi, ff. de eo, quod certo loco. In gl. 2. ibi, si potest. No. gl. quod iudex non potest compellere partes ad cōcordiam, sed laborare debet, inquantum potest. & idem no. gl. iuris ciuilis in l. 1. §. & post. ff. de no. ope. nun. Fallit in Papa in his, in quibus habet plenitudinem potestatis, vt in c. cum inter R. & quod ibi no. per gl. Innoc. de elect. & dicin hoc vt latius dixi supra de treug. & pa. super rubr. † Sed quæro, nunquid indistincte possit iudex cum bona conscientia partes reducere ad cōpositionem? de hoc per Spec. in tit. de præparatorijs iudiciorū. in §. excipitur. vbi concludit, quod si iura partium a sunt ignota, hoc potest, vt hic. si vero iam sunt clara, vt quia conclusum est in causa, & sic iudici liquet pro qua parte debeat ferre sententiam, dubitauit Spec. & reliquit hoc disputationi. Io. An. dicit, quod nisi aliquæ circunstantiæ suadeant, abstinere debet a tali compositione, quasi ex quo sibi liquet, de causa, non debet reducere ad compositionem, ne videatur de iure vnius dare alteri sine causa, quod non licet, cum iudex debeat reddere vnicuique quod suum est, vt supra in proc. sed ex circūstantijs posset hoc facere, & cæteris paribus magis debet suadere actori vincenti, quam reo absoluendo. Ratio, quia sententia ferenda pro actore est mandanda executioni, & in executionis actu posset fieri longum litigiū, q̄ rō cessat ex parte rei: tamē in eo posset subesse causa, vt puta quia actor est pecuniosus, & paratus appellare, quantum iura sibi permittent: debet ergo his, & simili-
a bus cautis consideratis iudex abstinere, vel reducere ad cōcordiam, facit ad prædicta c. nisi, infra de præben. † In gl. in ver. consilij. ibi, circa gradus lege diuina prohibitos, & c. Et ex hac glo. debes restringere tex. in eo, qd dicit, quod in matrimonio non admittitur compositio, nam debet intelligi, quando per compositionem aliquid fieret cōtra vinculum matrimoniale, secus pto matrimonio fieret cōpositio, vt quia partes contendunt super contractu matrimonij, nam tunc iudex potest eas inducere ad contrahendum de nouo, si nullum subest impedimentum, & idem in similibus quæstionibus, quæ dependēt a facultate partium. Et no gl. in eo, quod dicit, quod gradus diuina lege prohibiti sunt indispensabiles quod pōt cōcedi sine cā, sed si ea maxima subest, faltem in secūdo gradu in linea etiam æquali poterit papa dispensare, vt sentit Io. And. in c. per venerabilē, qui fi. sint leg. & vide quod ibi dixi, & tene menti illud dictum. b † In gl. in ver. æquitate seruata. ibi, quod ius sit semper præferēdum æquitati. No. gl. quod propter æquitatem non scriptā non debet iudex recedere à iure scripto, quia non debet iudex clementior lege velle videri, vt dicit tex. in Auth de iud. in §. oportet. Et an, & quando sit equitas seruanda communiter Doct. hic, & in l. 1. C. de leg. faciunt tria membra, quod aut neutrum est scriptum, nec ius f. nec æquitas, aut alterum est scriptū, aut vtrunque. Primo casu cum neutrum est scriptum, debet iudex seruare æquitatem, vt d. l. placuit, & hic. vbi dicit. q̄ vbi ius non reperitur expressum, debet iudex seruare æquitatem, ad hoc ad de no. dictum Inno. in c. 1. de const. quod sequitur Bart. in d. l. c. Dicit enim quod in his, quæ relinquuntur arbitrio iudicis debet semper seruare æquitatem. Et hoc casu debet intelligi text. in Auth. iusiur. quod præstatur ab his. in §. æquius. vbi dicitur, quod iudex debet iurare seruare æquitatem. Secundo casu, cū alterum tantum est scriptum, illud est seruandum, arg. 6. q. 3. c. scriptum, & in l. pspexit, ff. qui & a quibus. Tertio casu, aut ius est scriptum in genere, & æquitas in specie, vel econtra, & seruandum est, quod in specie reperitur scriptum, quia species derogat generi, vt in c. 1. de res. & in reg. generi, de regu. iur. lib. 6. Aut ambo sunt scripta specialiter, seu generaliter, & tunc communiter tenetur, quod æquitas b est præferenda, quia pars fauorabilior præferenda est, vt in reg. odia restringi de reg. iur. lib. 6.
b
10 † In gloss. fi. in fi. Et adde quod no. in cap. cum quidam, de iure iur. Extra gl. quæro pro declaratione literæ, in quibus iura non admittunt compositionem, seu dispensationem, concludes secundum Inno. & Host. & Io. And. quod in criminibus publicis non debet fieri compositio, nec dispensatio, quia ea qualitercūque composita iudex punire debet, vt in c. 1. de collu. dete. nisi subsit aliqua legitima causa dispensandi de quo dicendum, vt in c. at si clerici, in §. de adulteriis. infra de iud. & in l. quid ergo. §. pœna grauior, ff. de his qui no. infa. Idem est in alijs ciuilib. & criminalibus, vbi ex dispēsatione, seu compositione quis committeret peccatum mortale, veli eo remaneret. Idem est in iure præceptiuo præceptorio, quia ipsius trāsgressio inducit mortale, vt no. Host. in c. 1. de treu. & pa. & per hoc tenet hic Inn. legatum etiam de latere non posse dispensare in gradib. consanguinitatis, & affinitatis, ēt humana lege prohibitis, de quib. in c. non debet. 3. de consan. & affi. & tene menti hoc dictum. Idem in his, quæ deuiant a iure naturali, vel diuino.

ADDITIONES.

a Iura partium. Imo quando iura partis sunt clara, pars quæ scienter petit concordiam, peccat mortaliter, ut no. An. in c. 1. de mutui. petitio. quod declarat per Fel. in rub. de treu. & pa. col. 4. in fi. ubi plura de hac materia. quando iudex possit reducere partes ad concordiam.

b Aequitas. Quando æquitas præferatur rigori, uide Are. in l. si seruum. §. sequitur, in 3. uolum. ff. de uerbo. oblig. Imo. in l. si insulam, col. 3. in fin. eod. titu. Seb. Sap.

De postulando. Rubr.

VMMARIVM.

1 *Postulare quid sit.*
Aduocatus non dicitur ille, qui consulit in camera.
Aduocare prohibitus, non censetur prohibitus consulere.
2 *Aduocatus non potest esse illiteratus, & non Doctor.*

Si vocati ad iudicia non paciscunt, neque transigunt, solent sibi quærere aduocatos, & procuratores: ideo post duas rubricas precedentes, author subijcit istam, & sequētes, & præmittit ante tractatum de iudicijs, quia hæc sunt præparatoria iudiciorū.

1 † Quid autem sit postulare, habes tex. in l. 1. ff. eo. & 3. q. 7. c. infames, ver sunt autem, & per gl. in c. vlt. infra eo. & dic quod postulare est desiderium suum vel amici sui, in iure apud eum, q̄ iurisdictioni præest, exponere, vel alterius desiderio cōtradicere: & hoc vltimum comprehendit aduocatum ex parte rei, qa contradicit desiderio, & petitioni actoris, sed præcedentia verba referuntur ad aduocatum ex parte actoris. Et ex illis verbis diffinitionis, dum dicitur, in iure, & c. decido quæstionem, nunquid consulens in camera dicatur, aduocatus? & cōclude quod non, quia aduocatus est, qui in iure proponit, vt patet in diffinitione, prohibitus ergo aduocare, non censetur prohibitus in
a camera consulere etiam procuratori partis, a quod bene not.
2 & tenet Barto. in l. 1. §. aduocatus. ff. de va. & extraor. cog. † Item
b quæro, nunquid illiteratus b possit esse aduocatus? concludo q̄ non, quia oportet, quod sit iurisperitus: vnde debet saltem studuisse per quinquennium, & iuramento Doctorum esse approbatus, vt in l. memini. C. de aduo. diuer. iudi. not. Barto. in d. l. prima. & hoc bene nota, quia multi iniuste se ingerunt huic aduocationis officio.

ADDITIONES.

a Procuratori partis. Contrarium tamen tenet Io. de Ana. in rub. infra de mag. colū. 4. Ang. in l. 1. §. postulare, ff. de post. vnde Abb. hic reprehendit Fel. in rub. infra de fide instru.

b Illiteratus. Adde Iac. Reb. in l. ex parte, & in addit. Celsi ad ipsum. C. de dec. lib. 10. secus in iudice. & de ratione diuersitatis, uide per Felin. in c. ficiscitatus, col. 3. uer. illiteratus potest esse iudex, supra de referi.

SVMMARIVM.

1 *Clerici in sacris constituti, vel aliter beneficiati, non possunt aduocare, nisi pro eis, vel eorum ecclesijs vel pro miserabilib. personis. 3. intellige, ut inf. nu. 2. uide inf c. fi.*
Miserabiles personæ sunt illæ, quæ actu, & non habitu tantum ostendunt miserabilitatem.
4 *Clerici, an & quando possint aduocare in iudicio seculeri.*
Aduocare, an possit clericus in crimine, ubi nunc imponenda pœna sanguinis.
5 *Clericus an possit esse aduocatus pro parte rei.*

CAP.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. I.

a Lerici. †Clericus in sacris, vel minoribus beneficiatus, in seculari foro postulare non debet, nisi pro se vel sua ecclesia, vel miserabilib. psonis. hoc dicit. Adde vel p personis sibi coniunctis, & probatur hæc suppletio. infra cap. fi. Diuiditur. Nam prima pars ponit prohibitionem, a qua secundo excipit, ibi, nisi. Casus lit. Statuit Concilium Lateranen. quod clerici in sacris ordinibus cõstituti, & etiam in minoribus. qui stipendijs ecclesiasticis sustentantur, coram secularibus iudicibus pro secularibus negotijs aduocati fieri non præsumant, nisi propriam causam, vel ecclesiæ suæ prosequantur, aut pro miserabilibus personis. Ber. Not. ar. a contrario sensu, quod clericus in minorib. si nõ habet beneficium ecclesiasticum patrocinari potest etiam in foro seculari, secus autem est in constitutis in sacris, de quo dic vt infra. latius dicetur. No. ibi propriam causam, vel ecclesiæ suæ, quod cã ecclesiæ nõ dicitur causa propria rectoris. hinc est, quod in causa ecclesiæ suæ potest qs esse iudex. 2. q. 7. c. fi quis erga. dico ple
2 ne in c. cum venissent, de iud. † Nota. 3. quod constitutus in sacris potest aduocare pro miserabilibus personis etiam in foro seculari, & pondera tex. quia non sufficit miserabilitas in habitu, sed etiam debet esse actu: Nam permittit non indistincte p miserabilibus sed pro illis, qui proprias causas administrare nõ possunt, vt quia sunt Viduæ, & pauperes: vel si sint diuites, & nõ reperiunt aduocatos. Idem in orfanis, & pupillis: nam ecclesia debet eos defendere. 87. dist. per totum, & de his miserabilib. vide quod dixi in c. significantibus, de off. deleg. In gl. i. in fi. Vt habeas perfectè hanc materiam, scias quod in clericis possiunt assignari quinque ordines postulantium. Primus est episcoporum, & superiorum, de his per Host. inf. c. fi. & vide text. in c. fi. prælatum. 88. dist. Secundus est ordo sacerdotum, de hoc in c. infra eod. Tertius est constitutorum in sacris, non sacerdotum, vel existentium in minoribus beneficiatorum, & de his tractatur hic. Quartus est ordo minorum clericorum, non beneficiatorum, & de hoc etiam hic. Quintus est ordo regularium, & de
3 hoc infra c. proxi. † Prosequamur ergo tertium, & quartum, & reliquos in locis suis præallega. in quibus est dicendum, quod
a constitutus in sacris a non sacerdos, non debet esse aduocatus in foro seculari in negotijs secularibus, sed in iudicio ecclesiastico potest, vt est text. hic a contrario sensu, & tenent communiter Doct. & facit tex. in d. c. cum pridem, sup. de pact. Item in iudicio seculari potest esse aduocatus pro negotijs ecclesiasticis, vt probat iste tex. a contrario sensu, ibi, in negotijs secularibus, secus ergo in ecclesiasticis secundum Innocen. Et dicitur ecclesiasticum negotium, aut ratione personæ, vt quia persona ecclesiastica sequẽdo forum rei litigat coram seculari. Item potest dici ecclesiasticum ratione delicti, vt quia pro sacrilegio ecclesia voluit conuenire laicum coram iudice seculari, quod potest, vt in c. cum sit generale, de foro competẽ. Item potest dici ecclesiasticum ratione rei, de qua agitur, vt quia res est ecclesiæ
4 secundum Hostien. & bene. † Not. quod iste clericus potest esse aduocatus in iudicio seculari pro persona ecclesiastica, ibi litigante, vel de delicto, seu reb. ecclesiasticis. vbi ergo litigãtes. & negotia secularia sunt, debet existens in sacris omnino abstinere, nisi in casibus hic exceptis. hæc procedunt, si constitutus in sacris habet beneficia, ex quibus possit sustentari. Si vero non habet, licet glo. hic dicat, quod non potest aduocare, sed debet agere contra episcopum, vt sibi prouideat, dicit Hostien. & melius, quod si de facto iste clericus ageret, quod sibi licet ex tali aduocatione sibi victum quærere, arg. c. clericus victum. 91. distin. & C. de patribus, qui fi. distra. l. 2. de obser. ieiu. c. consilium. §. vlti. Et si dicas, quomodo potest agere, cum teneatur episcopus sibi prouidere? Respõdetur, quod forte hoc ab episcopo obtinere non potest, vel propter impotentiam, vel propter indigentiam episcopi, vel aliam causam, vt dixi. satis hoc placet: nã si clericus propter indigentiam licitè exerceret opus rurale, vt in c. 1. de cele. miss. Item licitè emit materiam aliquam, vt illam redigat in formam, ar. eorum, quæ no. gl. inc canonicum. 14. q. 4. quæ gl. dicit, quod potest emere corium, & inde facere sotulares, fortius debet sibi licere aduocationis officium exercere, cũ magis conueniat dignitati, & aduocati dicuntur defendere rẽpublicam, sicut milites armatæ militiæ, vt in l. aduocari C. de aduoc. diuer. iud. Si vero est clericus in minoribus constitutus habens beneficia sufficientia, idem dicendum in isto, sicut in constituto in sacris, quia isti æquiparantur, vt in tex. Aut nõ habet stipendia salteim sufficientia, & potest in vtroque foro, vt in tex. & in gl. Hæc procedunt in ciuilibus causis, sed in criminalibus, vbi venit imponenda pœna sanguinis, debet clericus omnino abstinere, vt in c. sententiam. ne cle. vel mona. & no. in c. 1. 51. distin. & hoc indubitanter, cum vult esse ex parte actoris, quia non posset petere reum puniri sine metu irregularitatis, ex quo agit ad pœnam sanguinis, quia præstaret auxilium, vt
5 in c. fi quis viduam. 50. distinct. † Sed dubium est, numquid possit esse aduocatus pro parte rei? & videtur primo, quod sic, quia etiam ecclesia defendit reos, & pro eis supplicat, ne patiantur pœnam mortis, vel membri abscissionem, vt in cap. nouimus infra de ver. sig. & 23. q. 5. cap. reos. In contrarium facit, quia forte propter imperitiam suam posset aduocatus succumbere, vel pp astutiam, & suam malitiam posset reus iniuste absolui, & sic condemnaretur actor ad pœnam talionis, vnde quia lingua est nimis facilis. l. famosi. ff. ad leg. Iul. ma. tutius est, vt clericus abstineat, etiam pro parte rei. Dicit tamen, quod si omnino reperiretur aduocatus inculpabilis, non efficeretur irregularis quia pœna non venit ex facto suo, sed iuris dispositione, & multũ in hoc instant Hostien. & Ioan. And. post eum, & tandem concludit, vt abstineat. Et si non vult abstinere, protestetur sæpe coram iudice, quod non intendit ad vindictam, vel ad pœnam talionis, sed solum ad defensionem rei. Item obtineat, quantum potest, vt pœna commutetur, puta in carcerem vel in exilium, vt sic euitetur vltimum supplicium, vel membri abscissio, & vi de plenè per glo in d. cap. 1. 51. dist. Quæro, nunquid in casibus, in quibus clericus potest esse aduocatus, licitè exigat salarium pro aduocatione? tex. no. 15. q. 2. c. 1. videtur dicere, quod non, sed sponte oblata potest recipere, facit quod legi. & not. in c. dilectus, infra de simo. & in c. non licet. 11. q. 3. Sed Innoc. dicit, p illi c. videtur derogatum per contrariam consuetudinem. Alij dicunt, quod loquitur, cum clericus est aduocatus in causis spiritualibus, secus si in temporalibus, & ita dicit Abb. seruasse magistrum suũ. Alij dicunt illud c. loqui in religiosis. de reliquis vero aduocatis certum est, q̃ iustè accipiunt, & exigunt salarium, vt in c. non sanè. 14. q. 5. & in l. 1. ff. de va. & extraor. cog. illud tamen scias secundum Inn. q̃ si aduocatus, vel medicus est salariatus de publico, non debet aliquid recipere ab aliquo litigante, vel constituto in ægritudine, sed à non litigantib. vel à laicis licite recipiunt, quia salaria non sunt pro istis constituta, sed p litigantibus, vel infirmis, & no. hoc dictum, & probatur vtrumque in l. antepe. C. de profe. & med. lib. x.

ADDITIO.

a In sacris. Adde Fed. cons. 270.
Ad hoc, an illiteratus possit esse aduocatus, uel iudex, uide quæ habẽtur per glo. in l. 2. in §. 1. ff. de postu. & in l. certi iuris. C. de iu. & ibi per Cyn. in authen. de iudi. in princip. in glos. in uer. habere. & uide per Spec. in tit. de iudi. §. excipi potest, in uer. item quod illiteratus, & in tit. de aduo. in §. tantum uer. item quod non habent peritiam, & ibi per Ioan. An. in addi. & est conclusio, quod licet possit esse iudex, ut hic per istum, non potest esse aduocatus, quod tamen intelligo, nisi essent tales illiterati, qui haberent peritiam causarum ex naturali prudẽtia, ut not. uoluit Ioan. And. in cap. ad nostrum, de consue. per glo. 2. ibi, dicas tamen quod illiteratus non debet promoueri, ut in c. illiteratos 36. dist. & no. in cap. fi. de ætа. & qualit. si tamen promouetur, recipit characterem, ut no. Doct. in cap. cum in cunctis, de elec. & dicebat Imoc. in cap. cum nostris, de concess. præben. quod illiteratus non potest beneficium retinere, & an possit esse iudex vel arbiter, uide etiam glo. & Doct. in l. 2. C. de sen. ex peri. rec. & quis dicatur illiteratus, & qualiter accipiatur, uide quæ habentur in capit. sedulo. 28. dist. & in capit. qui. 1. q. 7. & utrobique, per Archid. & dicas, quod quis dicitur literatus secundum qualitatem, & conditionem personæ, & secundum officium, quod sibi iniungitur, & incumbit, & quod habet exercere, de quo uide per Ande. Sicu. cõsi. suo. 34. incipi. præclare optimus dixit. ubi plene declarat, quomodo hoc uerbum intelligatur. Adde tamen quæ uoluit Ang. in authẽ. quomodo oportet episc. in §. hæc autem Deo, col. 1. ubi dicit, quod illiteratus non potest esse clericus, nec promoueri ad ordines, quod intelligo, ut prædictum est, nec potest esse canonicus ecclesiæ cathedralis, licet possit esse monachus, etiam si ignoret grammaticam, de quo uide d. Card. in cle. 3. §. regula de ста. mona. Ant. Fran.

SVMMARIVM.

1 *Monachorum appellatione veniunt omnes religiosi regulares, & etiam canonici regulares, nisi ex aliqua qualitate appareat, quod intelligatur de solis monachis tantum.*
2 *Aduocare possunt monachi cum licentia Abbatis, & pro vtilitate monasterij, copulatiue.*
3 *Monachus, an possit esse aduocatus in causa, quæ in consequentiam possit esse vtilis monasterio.*
4 *Monachus potest aduocare pro amico monasterij cum licentia Abbatis.*
5 *Abbas potest esse arbiter, & procurator sine alicuius mandato.*
6 *Coniuncta persona dicitur illa, quæ est coniuncta coniunctione sanguinis.*
7 *Venditio extenditur ad omnes alienationes, nisi sit facta mentio de pretio.*

CAP. II.

Ex parte. Canonici regulares postulare non possunt, sicut monachi, nisi pro vtilitate ecclesiæ, siue monasterij, ex præcepto abbatis. Communis diuisio. Secunda ibi, vnde. Casus liter. Quidam canonici regulares aduocabant in causis ecclesiasticis & forensibus, & cum eis objicitur, quod aduocati esse non debẽt nisi forte pro vtilitate monasterij, & abbate etiam imperante: ad suã defensionem allegabant, quod c. illud quo talia prohibentur, de monachis tantum, & non de regularibus loquitur. Cor. sibi. tus Pa. respondet, quod idem iudicium de canonicis regularibus, & de monachis est habendũ, licet de monachis in canone spiritualiter sit expressum. Ber. † No. j. q̃ monachi, a & regulares canonici nõ possunt aduocationis officium exercere neque in foro ecclesiastico, nec seculari. Et qđ dixi de monacho, idem in telligas de omnib. religiosis, qui largo modo possunt dici monachi, ar. 16. q. 1. c. 1. nam canon antiquus, qui hĩ 16. q. 1. c. monachi, prohibens monachis hoc officium, habuit respectum ad religionem, non aũt ad ordinem monachorum tm̃, quod clare probatur hic in eo, q̃ includit ẽt canonicos regulares, & quia etiam ipsi religiosi sunt, licet inseruiant regulæ laxiori, vt dicit tex. in c. quod Dei timorem. j. de sta. re. Et ex hoc, & ex tex. colligenotanter, q̃ constitutio fundata super aliqua qualitate extenditur a domnes existentes sub illa qualitate, licet habeant ex aliquo incidenti nomina diuersa: nam (vt vides) monachi, & canonici habent nomina diuersa propter aliqua accidentia, tamen in substantia non variantur, quia pariter profitentur tria substantialia religionis, ideo canon loquens de monachis fundans se sup religiosis, extenditur ad canonicos regulares, quia & ipsi sunt religiosi. Et ex hoc & ex tex. no. tertio, quia iura loquẽtia de monachis hñt locum in canonicis regularib. b quod tenet Fed. cons. 25. nisi cõstitutio loqueret de monachis nigris vel apponeret aliam qualitatem, per quam necessario oporteret restringere ad monachos tm̃, qđ ego intelligo in his. in quibus mnachi, & canonici regulares pueniunt, vt puta qũ constitutio emanat respectu religionis, & idem puto de alijs religiosis cuiuscunque ordinis, vt j. dixi, q̃ vbi non põt assignari diuersitatis ratio inter eos, & monachos, veniunt app. mon. & hæc tenebis menti, facit 12. q. 1. in c. duo sunt genera. † Quarto not. casum, in quo monachus põt esse aduocatus, s. cum exposcit vtilitas monasterij, & abbate imperante: ista ergo duo simul requiruntur, & ita loquitur canon antiquus in d. c. monachi. Ex solo ergo imperio Abbatis, vel ex sola vtilitate monasterij non põt monachus exercere officium aduocationis, sed requiriũtur ista duo coniunctim. Et intelligo, q̃ illis concurrentib. potest esse aduocatus, nedum in foro ecclesiastico, sed ẽt seculari, facit tex. j. c. prox. & j. c. fin. † Sed quæro pro declaratione prædictorũ, & tex. qualiter accipiatur hic vtilitas monasterij? certè si causa est monasterij, hoc est indubitatum fm̃ omnes, vt tunc habeat locum iste tex. Sed dubitatur, nunquid pp lucrum applicandum monasterio extrinsecus possit monachus peritus esse aduocatus abbate imperante? & olim fuit disputata hæc qõ, & poneba
6 tur in terminis in aduocato monacho monasterij multum ere alieno grauati, vtrum posset postulare in vtroque foro, vt de lucro eius monasterium releuaretur ab onere debitorum? Et vide plene hanc quæstionem per Io. An. in reg. in argumentum, de plene in Merc. & ibi tandem concludit non esse licitum, dr̃ tñ q̃ Lapus abbas j̃riũ seruauit. Et pro hoc j̃rio facit notabiliter dictũ Inn. ie c. cum I. & A. de re iu. vbi dicit, q̃ monachus põt esse pro curator, seu aduocatus pro amico monasterij, c abbate impetante, quia in consequentiam tractatur de vtilitate monasterij, quia per amicos monasterij promouetur vtilitas ipsius, qđ est verbum notabile: primum tñ dictum vr̃ honestius, & securius, vnde crederem, q̃ pro amicis monasterij posset religiosus esse aduocatus, superiore imperante, per illud dictum Inn. Vlti. hic quæritur, quid intendat iste tex. dum dicit, q̃ religiosi non dẽnt esse susceptores, vel executores forensis negotij, vel ecclesiastici? Sol. Inn. exponit verbum, susceptores, i. adnocati, & verbum executores, idest procuratores in foro seculari, & ecclesiastico, nisi in casu hic excepto. Sed Host. hoc intelligit magis generaliter: nam cum ista sint vocabula gñalia, dicit q̃ oĩa officia iudicialia sunt eis interdicta, & pro hoc facit 16. q. 1. c. de præsentiũ. Et ex hoc vr̃, q̃ non debent esse arbitri, nec assumere officiũ iudicandi, & vide de hoc in Spec. in tit. de arb. §. sequitur. ver. sed quæro diligenter, & ibi Io. And. & in c. pia, de exc. lib. 6. per Ioã.
4 And. † Tango in c. Quintauallis, de iureiu. vbi ẽt pono, nunqd possint esse arbitratores, adde gl. no. in d. c. de præsentium, quæ dicit de abbate, q̃ abbas sine alicuius mandato põt esse arbiter,
d & procurator, d & facit c. sopitę. j. de censi. adde ẽt no. dictum Inn. in c. vnico, de obli. ad ra. in fin. vbi dicit, q̃ iura, quæ prohibent clericis, seu religiosis officium procurationis, & similia, lo-
quuntur qñ indifferenter volunt exercere hæc officia, secus si volunt assumere talia officia in vna cã tantum, quia hoc prohibere non fuit de mente canonum, quod est notabile verbum, & sequitur Ar. in c. peruenit 86. dist. Sed Colle. j. c. prox. & in c. dilecti, de arb. tenet cõtrarium, quia hoc c. loquitur indistincte & forte hoc dr̃ verius, licet primum æquius In gl. 2. ibi, nec auditur. No. hanc gl. vsque ad fi. Ex qua primo not. q̃ monachus, seu quisque religiosus non potest agere pro suo monasterio tã quam coniuncta persona sine mandato, & satis, vr̃ probari ex isto tex. nam si non potest esse aduocatus pro vtilitate monasterij, nisi abbate imperante; fortius nec agere potest nomine mo
nasterij. Secundo potest intelligi hęc gl. q̃ religiosus non potest agere tanquam coniuncta persona sine mandato, vt in c. non nulli, in fi. & in c. ex parte decani, de reseri. & in iurib. hic alleg.

in gl. tamen religiosus hoc non poterit, quod est not. dignum. Pro hoc facit, quia cognatio eorum est in cœlis & solum in his, quæ concernunt vtilitatem monasterij, puta respectu successionis dicuntur habere cognationem in terris, vt s. monasterium succedat loco monachi sibi coniuncti, vt probatur in l. Deo no
5 bis, C. de episcop. & cler. facit 16. quæstio. 1. † Tertio potest notari ex ista glo. dum dicit, quòd illa iura loquuntur in factis priuatorum, quòd iura loquentia in coniunctis, vt admittantur pro coniunctis, debent intelligi in coniunctis coniunctione carnali, & sic non factis priuatorum, non autem in coniunctis ciuiliter prout est clericus coniunctus ecclesiæ, vel religiosus monasterio: contrarium tamen in clericis sentit glos. in cap. sequẽ. &
6 dic vt ibi dicam. † In glos. fina. ibi, ad alias alienationes extenditur. No. bene hoc dictum gl. q̃ verbum, venditio, extenditur ad omnes alienationes, & sic prohibitus vendere prohibetur donare, & permutare, & vide ad idem tex. in l. statuliberi à cęteris, ff. de ſtatuli. in fin. & per Legistas in l. sancimus. C. de reb. eccle. non alie. procedit, nisi in dispensatione fieret mentio, seu commemoratio precij, quia tunc intelligitur stricte de contractu venditionis, vt est text. not. in l. fiua. C. de prædi. decu. sine dec. non alie. lib. 10. quod tene menti.

ADDITIONES.

a Quod monachi. Casus, in quibus monachus possit esse procurator ponit Inn. in c. cum I. & A. col. 8. ver. item quando de re iud. Arch. in c. nullus, il 2. q. 7. vide Feli. in d. c. cum I. & A. col. 6. ver. casus, in quibus. vbi ponit an monachus magnus aduocatus possit aduocare data paupertate monasterij, & refert d. Ant. tenentem, quod non.
b Canonicis regularib. Adde quod voluit Old. consil. 22.
c Amico monasterij. Adde Ro. sing. suis fol. 15.
d Arbiter, & procurator. Adde Pet. de Anch. consi. 402.

SVMMARIVM.

1 *Aduocare non est proprie alteri nocere, nec alterum offendere.*
2 *Ingratitudinem committunt aduocatus & procurator exercendo officiũ contra illum, a quo fuerunt beneficiati.*
3 *Vasallus an possit aduocare, siue procurare, contra dominum.*
Doctor, an possit aduocare, vel consulere contra ciuitatem, a qua est salariatus.
4 *Coniuncta persona, an dicatur tam respectu sanguinis, quàm alio respectu.*
Amicus, an admittatur ad agendum pro amico sine mandato, præstita cautione de rato.
5 *Aduocare non possunt omnes, qui habent sacros ordines, regulariter.*
Sacerdotum appellatione veniunt omnes habentes sacrum ordinem.
6 *Adiuuare potius habemus proinquum, quàm amicum.*
7 *Adiuuare an potius teneamur patrem, quam patriam.*

CAP. III.

Cum sacerdotis. Se summat. & primo ponitur ratio. Secũdo dictũ cum inclusa exceptione, ibi, non nisi. Tertio pœna, ibi, clericus. Primo dicit, q̃ sacerdos aduocare non debet nisi pro seipso, vel si necessitas imminеat, pro coniunctis personis, aut miserabilib. Secundo dicit, q̃ clericus, qui j̃ ecclesiam suam, à qua beneficium recipit, pro extranea persona aduocatus, vel procurator extiterit, tanq̃ ingratus beneficio illius ecclesiæ poterit spoliari. B. No. 1. q̃ officium aduocationis videtur nociuum: videtur enim frangere charitatem, cum quisque putet aduocatum alterius partis sibi aduersum, & nocumentũ afferre. Et ex hoc hic infert d. Ant. q̃ si quis promisit aliquẽ non offendere sub certa pœna, quod si contra illum accepit officiũ aduocationis, incidit in pœnam. Idem dicit in pactione pacis, quando aliqui promittunt sibi inuicem non nocere, vt pro extraneis non possit quisque eorum impune contra alium aduocationis officium assumere. Et idem dicit, si statuto cauetur, q̃ sub pœna non audeat alicui nocere de tali familia. Ego puto illud dictum non esse verum, quia verba pactionis, pacis, & statuti odiosi, debent proprie, & strictè intelligi, vt leg. & not. in c. in nostra, de injur. & in l. 3. §. hæc autẽ verba, ff. de neg. gest. & in l.
1 quicquid astringendæ, ff. de ver. ob. † Sed aduocatus proprie nõ nocet, imo defendit ius publicum & priuatũ: vnde ex hoc dñr milites, & priuilegiantur in iure in multis, vt milites, vt in l. aduocati, C. de aduo. diuer. iu. & quicquid lucrantur, est eis peculium quasi castrense: vnde priuilegiantur, vt nihil ex illo acquirant patri, vt in l. fi. C. de inof. test. & vide gl. sing. quæ dicit hoc procedere etiam hodie in salario, quod aduocati recipiũt a priuatis, in l. fori, C. de aduo. di. iud. Sed pro tanto aduocati dicuntur nocere, quia aduersa pars arbitratur illum sibi nocere, vnde non verè, sed quoad opin. nocent. Non enim debent assumere causam iniustam, vt in l. rem non nouam, C. de iudic. & sic pro mouent iustitiam, quæ vnicuique reddit qđ suum est, vt s. in proœ. nam etiam & iudices dicuntur crudeles, quia reputãtur illis crudeles, contra quos iustitiam exercent, tamen in veritate non sunt crudeles, sed ministri Dei, & iustitiæ, vt dicit text. 23. quæstio. 5. in c. non est crudelis. Et in psalmo dicitur, Beatus qui facit iustitiam omni tempore. Sed quia sacerdos non debet

Universidad de Deusto
Biblioteca

nocre alteri, neq; in veritate, neq; quò ad op. quia non dẽt seruire vni, & alteri displicere, vt hic, & in c. denique. 14. q. 5. ideo p̃hibetur sacerdotib. aduocationis officium, Not. tamen ex hoc, & ex tex. q̃ hoc officium est odiosum, saltem in opi. No. 2. quatuor casus, in quib. sacerdos potest esse aduocatus. primus pro se: secundus pro ecclesia sua, & ex hoc no. q̃ cã propria, & cã ecclesiæ ponuntur pro diuersis, & sic eã ecclesiæ, non dr̃ propria ipsius rectoris, quod dixi in c. preç. Tertius casus pro personis sibi coniunctis, & hoc si necessitas imminеat, & non aliter, & dr̃ imminere necessitas, si coniunctus propter impotentiam non potest habere aduocatum, vel fortè non ita bonum, sicut est sacerdos. Et ex hoc, & ex præcedenti casu collige vnum satis notabile, q̃ appellatione coniunctorum non venit ecclesia: cum ecclesia, & coniuncti ponantur hic vt diuersa, quod facit contra glo. 2. hic. Quartus casus pro miserabilib. personis, intellige, vt dicit tex. 3. c. 1. quando sunt ita miserabiles, q̃ proprias causas
2 non possunt administrare per se, vt pupilli, viduæ & impotentes. &c. † No. in §. clericus, q̃ exercens officium aduocationis, vel procurationis contra aliquem, à quo habuit beneficium, incurrit in vitium ingratitudinis: vnde posset donatio reuocari.
3 ar. hic iuncto c. fi. de do. † Ex hoc no. indecens esse, vt contra amicum quis assumat aduocationis, seu procurationis officium. Et ex hoc etiam potest dici, q̃ vasallus non potest aduocare, seu p̃curare contra dominum, alias tanquam ingratus posset feudo priuari. Et adduco istum tex. ad quæstionem, nunquid aduocatus possit patrocinari contra rempubl. a qua recipit salariam? Doct. non tangunt hic, sed Bar. ponit in l. 2. C. de aduo. di. iud. & per illum tex. decidit q̃ non. vnde dicit q̃ Doct. salariata à ciuitate non p̃sit aduocare ɔ̃ ciuitatem. Sed illud dictũ ego puto nõ esse verum, & ɔ̃rium illius sentiunt hic Doct. & Spe. in tit. de aduo. §. 1. ver. sed nunquid potest. Dicunt enim istum tex. intelligendum in beneficio gratuito; secus autem si quis habuisset beneficium a ciuitate, vel ab ecclesia p̃ seruitijs impensis, quia illud beneficium non esset gratuitum: & pro hoc ego adduco l. Aquilius Regulus. ff. de dona. vbi dr̃, q̃ id, quod donatur magistro ratione disciplinæ, non est mera donatio, & sic nõ indiget insinuatione, sed est quædam remuneratio: vnde non potest p̃prie dici beneficium, salarium, quod recipit Doctor pro lectura: nam recipit pro labore meritedem, & sic non tenetur reipub. vltra laborem impensum, seu promissum. Non ob. tex. in d. l. 2. quia loquitur in decurionib. & in habentib. honorem, & beneficium proprie sumptum a ciuitate, & hoc not. & ad prædictã
4 conclusionem facit tex. in c. illud. 16. q. 6. † In glo. 2. ibi, credo intelligendos confratres suos eiusdem ecclesiæ. Not. gl. singulariter, q̃ appellatione coniunctorum veniunt coniuncti coniunctione spirituali, vt sunt concanonici eiusdem ecclesiæ, qui adinuicem dicuntur confratres & videtur gl. velle, q̃ quemadmodum sacerdos, potest postulare pro propinquis, ita pro p̃canonicis. Item sicut p̃t quis literas impetrare pro propinquo, vt in c. nonnulli, de reser. ita & pro p̃canonico. Idem ẽm Io. And. videtur dicẽdum de amico intimo fraterna charitate dilecto: nam
a iste potest appellari frater, a vt est pulcher tex. ĩ l. nemo dubitat. §. qui frater. ff. de hær. instit. facit l. latæ culpæ, in §. amicos. ff. de ver. sig. Dummodo fm̃ eum non pecuniæ cupiditas, sed ipsum charitas Dei inducat ad postulandum. Ad hoc ẽt inducit quod hẽ Mat. 12. in fi. si quis fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse frater meus, & soror, & mater mea est. Et ex hoc põt inferri secundum D. Ant. q̃ amicus debeat admitti pro amico ad agendum, sine mandato præstita cautione de ratihabitione, sicut admittitur propinquus pro propinquo, vt in l. sed & hæ. ff. de procu. & in d. c. nonnulli, in fi. Aduerte, quia isti Doct. vñr sibi contrarij in hoc artic. nam D. An. expresse tenuit contrariũ in c. ex parte decani, & in c nonnulli. de reseri. vbi voluit, q̃ nec amicus, nec canonicus admittatur ad agendũ pro amico, vel
b concanonico, q̃a iura loquentia de ɔ̃iunctis debẽt intelligi de coniunctione sanguinis. Idem tenuit Io. An. post Hosti. & Spec. in d. c. nonnulli, & clarius in c. fin. de proc. & expresse ɔ̃rium tenet Arch. in c. statutum. §. cum aũt. de resc. l. b. 6. & vide de hoc, quod dixi in d. c. ex parte decani. vbi concluſi, q̃ iura loquentia de coniunctis debent intelligi stricte in coniunctis coniunctione carnali, non autem in coniunctis amicitia, vel coniunctione spirituali, & q̃ amicus non admittatur, adduco bo. tex. in l. tutori, C. de neg. gest. & de clerico ecclesiæ facit tex. in c. coram de offi. deleg. Item iste tex. in eo, q̃ ecclesiam, & coniunctas personas ponit pro diuersis, ad idem quod no. gl. 2. sup. c. prox. licet gl. fin. in d. c. vlt. de proc. concordet cum ista. Sed primũ verius: nam licet amicus intimus possit appellari frater, & idem in socio, vt in l. verum. in prin ff. pro soc. tñ propriè non est coniunctus: nã inter coniunctos carnaliter est duplex vinculum. vnũ naturale. ff. sanguinis, & indissolubile, vt l. iura sanguinis, ff. de reg. iu. Est & aliud vinculũ præsumptum. f. dilectionis, vt in cap. postremo. ɔ̃. de app. In amico vero non est nisi vnũ vinculũ ciuile, & accidentale, & maxime hodiernis tpib. quib. non reperitur verus amicus, quia in veris amicis dẽt esse idem velle & idẽ nolle, vt no. in d. §. amicos, & per Cice. in lib. de amicitia. Tamẽ quod amicus admittat, tenuit Cy. in l. exigendi. C. de proc. & cũ refert Bar. & simpliciter transit in l. non solũ, in §. qui nomine, ff. de proc. & tene menti, quia propter has authoritates forte ferretur hoc contrarium. In gl. fi. ibi, neutram iuuet. Idẽ in Spec. in tit. de aduo. §. 1. ver. quid si habet beneficium. Sed Inn. Goffr.
c & Host. hic dicunt, q̃ sine pœna poterit iuuare primum: c. ar. in c. tua, & c. veniens, & in c. intellecto, & c. ea re, de iureiu. Consuluit tamen Host. vt hoc casu nõ assumat officium aduocati, sed potius mediatoris. Bar. Brix. in q quæ incipit. A duocatus, distinguit, q̃ aut certum est primam ecclesiam fouere iniustam causam, & iuuabit secundam, quia debet agnoscere bonam fidem, sicut tutor. l. quoties. §. sicut. ff. de adm. tu. Sed fi est dubium an iuuet primam, & det aduocatum fecundæ. Mihi placet opi. Innoc. & sequacium, facit, quod ipse no. in c. cum iamdudum, de præben. fateor tamen, q̃ primam non debet iuuare cõtra istius
5 conscientiam. † Extra gloss. hic quæro, nunquid dispositio istius rex habeat locum solum in sacerdotibus, an etiam in alijs clericis? Host. dicit, quod appellatione sacerdotum hic veniunt omnes habentes sacrum ordinem, simile, in c. 2. de cohab. cler. & mu. Item habentes minores ordines cum beneficio. supra c. 1. Idem fortius de episcopo qui non debet esse aduocatus in foro seculari. 5. q. 3. c. fin. etiam in causa propria, quia non est decens, vt episcopus exhibeat reuerentiam iudici, quam exhibere debent aduocati. nam aduocatus debet proponere stando, & nõ sedendo. l. quisquis. C. de postu. Sed si episcopus habet causam coram iudice ecclesiastico, est in optione sua vtrum per se, vel per alium velit causam promouere, ar. bo. in c. fi. de iuram. calu. Et ex his sentit Hostiẽ. q̃ inter sacerdotes, & clericos inferiores non sit differentia. Sentit etiam, quod sacerdos non possit postulare coram iudice seculari, nisi in casibus hic expressis, nec etiam coram iudice ecclesiastico cum perceptione salarij, iuxta no. supra c. proxi. & sic sentit, quod sine salario potest indifferenter postulare coram iudice ecclesiastico. Ioan. And. & communiter Moderniores sequentes tenent oppositum hic: nã secundum hanc opin. Hosti. nihil adderet istud c. ad primum. Et ideo dicit ipse, quod sacerdos indifferenter ratione ordinis prohibetur postulare, nisi in casibus hic expressis, sed in clericis inferioribus tene quod dictum fuit in c. 1. supra eo. & hoc mihi placet, quia tex. hic indistincte prohibet sacerdotem postulare, & idem dicendum est in episcopo, vt dixi. 88. dist. c. per latum, & c. episcopus. Vnde sicut solus ordo presbyteratus prohibet a
d scientijs vetitis, d vt in capit. non magno, & c. super specula, ne clerici, vel mo. ita ab officio postulationis, ne sacerdos videa-
6 tur aliis nociuus, vt in princip. literæ. † Vlti. hic quæritur, nunquid clericus possit impune esse aduocatus contra ecclesiam, a qua habet beneficium, pro personis sibi coniunctis? text. a contrario sensu videtur hic, quod sic, quia imponit pœnam, quando patrocinatur pro extraneis. Vincũ tenet hic contrarium, & ad tex. istum supplet, maxime, sed Aegi. tenet primum, & sentit Hostien. dicens, quod pro stricte coniunctis miserabilib. personis potest aduocare contra ecclesiam, a qua habet beneficiũ, facit quod not. supra cap. 1. & c. petitio, de iureiuran. Et not. bene hic hoc dictum, ex quo habes, quod magis quis tenetur iuuare propinquum, quam cum, a quo habuit beneficium, & sic propinquitas præfertur hic amicitiæ, quod not. Ex hoc posset etiam inferri, quod vasallus non tenetur iuuare dominum contra propinquum, & ad hoc vide quod not. in Specu. de aduo. §. 1. versic. sed nunquid cleticus. & satis facit iste tex. a contra-
7 rio sensu, & dictum capitu. petitio. † Nunquid possit quis aduo-
e care contra patriam, & genitorem, e & nunquid teneatur quis potius patrocinari pro patria, quam pro genitore, vel econtra, vide in Specu. in titu. de aduo. §. 1. ver. sed quid si pater hostis, & sequenti, & in effectu concludit quod potest esse aduocatus cõtra patriam. Pro hoc facit l. penul. ff. de iustit. & iur. & l. 2. C. de aduo. diiud. vbi certæ personæ prohibentur, ergo alijs permittitur. Item cobcludit, quod potius tenetur iuuare patrem, quam patriam. ar. in l. vt vim. ff. de iust. & iu. vbi prius nominantur parentes, quam patria. h. d. esse verum, quando pater prætendit iustam causam, alias si esset rebellis patriæ, debet filius insurgere contra patrem: vnde si pater est bannitus, ita vt possit impune occidi, potest filius eum impune occidere, vt in l. minime, & ibi Bar. ff. de reli. & sump. fune. Abb.

ADDITIONES.

a Frater. Vide pulchre quæ notantur per D. Soc. in rep. l. cum auus, colũ. 3. ff. de cond. & dem. vbi plura de amicitiæ effectu, post And. Sic. in rep. l. cum acutissimi, C. de fidei. Seb. Sap.

b Coniunctione sanguinis. Adde latè Ro. fin. suis fin. x.

c Primum. Adde Ro. consi. 47. & vide quod in simili decidit.

d A scientijs vetitis. Vide Gem. in c. cum ex eo, circa medium, super gl. in verb. literarum, de ele. vbi refert Io. Mo. tenentem idem, quod Abba. vide tamen Abb. in c. 2. de cohab. cle. & muli. vbi videtur contrariari his, quæ dicit hic. Sep. Sab.

e Et genitorem. Vide Mod. in l. ut vim. ff. de iusti. & iu. & ibi pulchre per Albe. de Ro. Seb. Sap.

De

De procuratoribus. Rub.

3 c. 1. ꝫ. eo. † Quo ad tertiam partem gl no. gl. q proc. rei, quantũ cunque constet de mandato, dẽt semper cauere de iudicato so nisi dominus fideiusserit pro eo sub hypotheca. i. obone bono
a rum suorum. & ita seruatur de facto, a vt in c. 1. & quod ibi no. eo. tit. & in §. si vero, Inst. de satisd. Et hæc cautio sufficit, quãdo procurator pt soluere id, sup quo queri, puta quia agitur super re possessa a dño, & tũc vltra illã cautionẽ dẽt p̃stare cautionẽ de ratihabitione. Sed quæritur quare procurator actoris nõ ca-tuet de rato, cum certum est de suo mandato, vt in c. 1. ꝫ. e. secus in procuratore rei, vt hic in gl. Hanc quæstionem examinat gl. in l. non solum. §. qui alieno, ff. eo. plenius per Cy. in l. 1. in 1. q. C. eo. per Spec. in tit. de satisd. §. 3. ver. sed quæ est rõ. Et breuiter dic, q securius litigat is, qui possidet, quam ille, qui petit, & non est in possessione: nam reo satis est cautum aduersus dñm, ex quo est in possessione, & habuit iniam contra procuratorem dñi: nã habet exceptionem rei iudicatæ contra dñm, & sic si dñs vel-let differi procuratorij, vel pergere per ambages, reus potest secure litigare, cum sit in possessione. Sed quando quis agit cõ-tra alium, petit, quod sibi abest, vnde iura timuerunt, ne si actor reportaret sententiam contra procur. rei, dominos tẽpore exe-cutionis se opponeret malitiosè, forte negando procuratorij, vel quid simile, & actor habebit litigare cum reo possessore, iõ vt sufficienter sit cautum ipsi actori, voluerunt iura, vt procu-rator præstaret cautionem de iudicato soluendo, vt sic senten-tia possit mandari executioni in bonis domini, & in bonis pro-
4 curatoris. † Quo ad quartam partem gl. in eo, quod dicit, q cau tiones istæ exiguntur a procuratoribus ante lit. contesta. dic q ideo, quia istæ sunt dilatoriæ exceptiones, quæ debent proponi
b ante li. conte. b & non postea, vt in c. pastoralis, & quod ibi no. de exce. Et hoc intelligeq, uando procurator interuenit ante li. conte. secus si interuenerit post, quia tunc possunt peti cautio-nes, quia de nouo superuenerunt illæ exceptiones, ad hoc l. 2. C. de consor. cius. litis. & no. gl. in c. cum M. de cõst. de materia
3 istius gl. vide Spec. de satisda. §. pen. vbi ple. † In gl. in ver. reuoca to, ibi, si vero reuocatio perueniat ad iudicẽ, vel aduersariũ &c. No. & tene menti gl. vult. n. aperte, q ad nullitatem iudicij suf-
c ficiat reuocationem peruenisse ad notitiam iudicis, vel aduer-sarij: non ergo requiritur notitia vtriusque. c Et ad istum tex. qui videtur annuere contrarium, respõdet gl. 2. q dictio, vel, resol-uitur hic in copulatiuam, &, idẽ tenet Host. j. co. in fi. & ad hoc allego tex. in l. sæpe, ff. de verb. sign. vbi dicitur, q sæpe copulati ua ponitur pro disiunctiua, & econuerso, dixi plenius in c. inter ceteras, ꝫ. de rest. Hoc tñ non est semper fiendum, sed tunc so-lum, cum ex alijs iuris partibus requiritur vtraque pars alterna tiue. Sed gl. iuris, quam sequitur ibi Bar. in l. vnica, C. de satisda. facit differentiam inter ignorantiam iudicis, & aduersarij: dicit enim, q si iudex ignorauit, & aduersarius sciuit, tunc tenet iudi-cium propter ignorantiam iudicis, sed aduersarius repellitur a commodo oppe replicationis. Sed si iudex sciuit reuocationẽ, & aduersarius ignorauit, tunc iudicium non valet, quia iudex tulit scienter sniam contra personam non legitimam. Pro hoc membro optime facit tex. in c. si duob. de ap. vbi probatur, q si iudex scit iurisdictionem sibi nõ competere, vel exceptionem competere absenti, non valet, quod agit. Sed placet mihi indi-stincte opi. istius gl. vt etiam si solus aduersarius sciuit, iudicium
d sit nullum d per c. ex parte decani, ꝫ. de rescr. vbi vr tex. apertus. Item est quid imputetur aduersario, quare litigauit cum aduer sario, videlicet cum procuratore reuocato, vnde cum non ha-buit ille reuocatus facultatem deducẽdi ius domini in iudiciũ, non apparet ratio, quare debet valere, si seipsum deceperit ad-uersarius. Optimum simile cape ex his, quæ leguntur, & notan-tur in l. is qui se obtulit, ff. de pet. hær. Si. n. scit aduersarius, q re non possidet rem, & nihilominus vult agere contra eum, non obligatur reus ad interesse, vide in hoc, quod dixi ꝫ. eod. in c. in
6 nostra. † Sed circa hoc annecto notabilem quæstionem. c pone,
c q procurator sit reuocatus tacite per mortem domini, nunqd tenebit iudicium postea agitatum cum procuratore, si iudex & aduersarius non fuit certificatus de morte domini? qđ est quæ-rere, nunquid dispositio huius c. habeat locum in reuocatione tacita, quæ fit per mortem constituentis? Doct. hic non tangũt, sed Bar. formauit hanc quæstionem in l. si procuratorem, ff. eo. & ibi vr tandem cõcludere, q iudicium sit nullum, & sic, q di-spositio huius c. non habebit locum hoc casu. Mouetur princi-paliter, quia hoc casu non est quid imputetur dño, quare non certiorauit iudicem, vel aduersarium, cum vita functus sit, sed in reuocatione expressa est quid imputetur dño, & licet multa possent allegari in contratium, sniam tamen sua mihi placet per l. pe. ff. quæ sent. sine app. rescin. vbi dr, q sniam lata contra eum, qui defunctus est, non tenet. Ad idem tex. in l. de qua re, in §. 2. ff. de iud. vbi dr, q per mortem domini reuocatur mandatum, si res est integra, quia lis non est contestata, vt in §. recte, cũ seq. Inst. man. no. glo. in cle. fi. de proc. Hoc tamẽ limita per tex. fin. in l. si defunctus, ff. eod. vbi dr, q si dominus cauit procuratore suo sciente, q tunc non reuocatur mandatum post mortẽ do-mini, & est menti commendandum, quia hodie cõiter in pro-curatorio dñs fideiubet pro procuratore suo, iuxta formã, quæ hr in §. si vero, Inst. de satisd. & dixi sup. in præcedenti gl. ad hoc
7 cle. 1. eo. tit. † In ea. gl. ibi, Supple hic maxime. No. bene conclu sionẽ glo. vult. n. q notitia reuocationis debeat peruenire ad iu dicem, vel aduersarium, etiam si iis tempore reuocationis non dum sit contestata, de quo tamen dubitauerunt Doc. vt no. in c. in nostra, & in c. ex insinuatione, ꝫ. eo. & Bar. in l. si procurato-rem, præal. vr tamen ibi inclinare in opi. huius glo. D. Ant. hic distinguit, q aut iudex seu aduersarius erat certificatus de pro-curatorio, & tunc pariter fienda est notitia reuocationis, & hoc casu procedat hæc gl. Aut nondum facta erat fides de mãdato, & tunc procedat ar. a contrario huius literæ, vt ante lit. contest. sufficiat certiorare ipsum procuratorem, & licet nõ allegetur, gl. hoc tenuit in c. 2. j. eo. li. 6. Sed ego indifferenter dicerem, q vbicunque mandatum fuit speciale ad litigandum cum certa persona, semper debet de reuocatione certiorari illa persona. Nam ratio tex. non est alia, nisi vt aduersarius non decipiatur p lrãm ignorantiam, sed aduersarius deciperetur, si non fieret sibi fides de reuocatione. Pro hoc tex. in l. si fideiussor. §. 1. ff. mã. & idem dico de procuratore ad negotia, vt dixi post Ioan. An. in c. ex parte decani, de rescr. facit l. sed & si pupillus. §. proscri-ptum, ff. de inst. actio. Sed vbi procuratorium fuit generale, tũc bene deberemus distinguere, q aut adhuc non conuenerat ali quam personam, & satis est certiorare ipsum procuratorem. Et idem dico si ad negotia fuerat constitutus. sic intelligo l. si mã-dassem, ff. man. licet gl. hic aliter intelligat, & non bene iudicio meo. Sed si vigore mandati generalis descendisset ad certã per-sonam, debet illa persona certiorari, quia est eadem ratio, q̃ in procuratore speciali: & sic in hac materia non facerem differẽ-tiam inter procuratorem ad iudicia, & procuratorem ad negotia. Nam in iudicio quasi contrahimus, vt in l. 5. §. idem scribit, ff. de pec. & no. in c. pia, de exc. lib. 6. & p̃dicta credo fore de mẽte Bar. in l. vnica, C. de satisd. & vide ad materiam quod dixi ꝫ. eo.
8 in c. in nostra, & in d. c. ex parte decani. † Vlt. extra glo. quæritur nunquid sufficiat iudicem, vel aduersarium aliunde sciuisse re uocationes? Doct. cõiter concludunt hic q non, sed debet re-uocans certiorare iudicem, vel aduersarium, ne detur aduersa-rio materia malignandi, & protelandi iudicium. Abb.

ADDITIONES.

a Seruatur de facto. Adde quod voluit Ro. consi. 72. Io. de Ana. consi. 82.
b Ante li. conte. Adde, quæ dicatur exceptio dilatoria, & quando opponi dẽat per Lanf. de Oria. in c. qm contra. §. ltaturimus, ver. exceptiones. nu. 2. in f. de prob. plenius per eundem in cle. sæpe. ver. quædam sunt. de uerb. sig. Zach.
c Notitia vtriusque. Vide late Fel. in c. ex parte decani, in 13. col. ver. quinta re gula. de rescr. ubi plura ad propositum. Seb. Sap.
d Sit nullum. Adde uidendum Alex. consi. 83. 4. lib. & consi. 144.
e Quæstionẽ. Vide Fel. in c. ex parte decani, colum. 11. uer. fallit nono. ubi nult, quod reuocatio, quæ fit per mortem, operetur effectum suum, etiam si non fit intimata. Seb. Sap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 Filiusfamilias etsi esse procurator etiam in iudicio, si est maior, nec requiritur patris consensus.
2 Procurator simpliciter constitutus ad lites, censetur constitutus tam ad præsentes, quam ad futuras.
Rescriptum ad lites non extenditur ad futuras.
3 Procuratores plures dati, non censentur dati insolidum, nisi dicatur, adeo q vnus sine alio non possit aliquid facere.
4 Procurator primo datus, an censeatur revocatus dato secundo?
5 Procurator in causa principali, durat etiam in causa appellationis, si vult. nume. 13.
6 Iudicium agitatum cum illo, qui non poterat stare in iudicio, an teneat, si nõ fuit oppositum.
7 Tacens in rebus onerosis habetur pro contradicente, nisi faciat aliquẽ actum, per quem videatur approbasse illud.
Accipiens literas præiudiciales, censetur fateri contenta in eis, nisi contradixerit.
8 Procuratores plures insolidum ad negotia dati, an vnus possit ab alio exigere?
9 Executores alicuius vltimæ voluntatis possunt vnus ab alio exigere quod debet.
10 Procuratores plures, an vna sint constituendi, quando sunt plures actores, vel plures litigantes.
11 Procurator, qui habuit sententiam contra suum principalem, tenetur appellare, & non expectare, q dominus appellet, licet sciat sententiam contra se latam. nu. 13.
12 Paupertas excusat procuratorem, si non appellauerit.

CAP. XIIII.

NOn iniuste. Habet multa dicta, & communiter nõ summatur, sed per alia verba potest sic summari. Filiusfamilias potest esse procurator in iudicio etiam ad futuras lites. & pcurator datus cum pluribus simul insolidum præfertur, si præoccupauit negotium, secus si diuerso tempore fuit datus. hoc primo. Procurator appellare debet a sententia, nisi ex causa excusetur, quo casu debet domino nunciare de sentẽtia, appellationem tamen prosequi non tenetur. Et sex sunt dicta principalia istius tex. ſm, ibi, quatenus. tertium ibi, qui licet. quartum, ibi, quod fieri. quintum, ibi, potuit. sextum ibi, licet. & satis notabilis tex. est. Casus lit. Fil. fa. fuit constitutus procurator in aliqua causa, & etiam ad futuras cum quibusdam alijs insolidũ, & ipse præuenit alios, obijciebatur ei, q non poterat esse procurator, cum esset in potestate alterius, & q ad futuras causas constitui non poterat: iudex nihilominus ipsum admisit: q ritur quid iuris sit? Respondet q iudex iuste fecit, qui ipsum admisit, quamuis ad futuras controuersias fuerit constitutus, & licet cũ aliis simul fuerit constitutus, ipse tamẽ prius procurationis officiũ occupauit, sed talis occupatio locum non habet in procuratoribus diuersis temporibus cõstitutis, quia dato posteriore prior procuratio esset reuocata. Sed pone q procurator condẽnatus est, quæritur an teneatur appellare, & prosequi appellationem? Respondet q eo q sñia lata est contra ipsum, põt & debet appellare, vel si ex aliqua iusta cã appellare non põt, dẽt hoc domino significare, vt si voluerit, appellet, sed cãm appõnis, pprequi non tenetur inuitus. B. † No. 1. regulam, q etiam filiusfa. põt esse procurator alterius etiam in iudicio, nec requiritur patris cõsensus, hoc intellige, si est maior 25. an. quia procurator ad iudicia non debet admitti ante istam ætatem, vt in c. qui generaliter. §. fi. ℣. eo. lib. 6. & an hoc indistincte sit verum dicã cum gl.

2 † No. 2. q procurator põt constitui nedum ad lites præsentes,
a sed ẽt ad futuras, a concor. l. 7 ff. eo. Et ex hoc no. dicit Spe. eo. tit. 3. ver. sed quid si procurator, q procurator simpliciter constitutus videtur constitui ad præsentes, & ad futuras lites, quia nõ apparet ratio, quare magis videatur constitui ad præsentes lites, quam ad futuras, pro hoc c. quia circa. ℣. de priuile. nõ enim est hæc materia odiosa, sed fauorabilis, vt no. Inn. in c. sedes, de rescr. & ideo rescriptum non extenditur ad futuras lites, vt in c.
3 fi. de rescr. † Tertio no. q si plures simul dantur procuratores, pt vnus sine alio procurationis officiũ exercere. Sed intellige qñ fuerunt dati insolidum, quia hoc importat illa cla, insolidum. i. q qsq; hẽat solidã ptãtẽ. & q qlq; possit facere id, qđ posset dominus facere per se, intellige quatenus se extendit mandatum, & vide hodie tex. in c. si duo, de proc. lib. 6. & in c. pen. de elc. se-
b cus si sunt dati simpliciter, quia tũc vnus nihil potest sine alio, b
4 vt in dictis iuribus. † No. in ver. quod fieri, q per dationem secũ di procuratoris reuocatur tacitè primus alio tempore datus, ꝑ cor. tex. in l. si quis cum, §. fi. ff. eo. Et per hunc tex. dicit gl. in c. 3. 25. q. 2. q papa dãdo ſm legatum, vt reuocare primum, vel dic & melius, q hæc fuit opi. Cal. in c. sua, de of. vic. fed glo. præalle. tenet contrarium, per c. volentes, de of. leg. & de hoc dic, vt ibi plenius dixi: vbi ẽt tetigi, an dando ſm vicarium videatur Eps reuocasse primum? Et intellige istum tex. quando fuit datus secundus ante lit. conte. secus si post, tunc enim nõ vt reuocatus primus, cum non possit reuocari sine causę cognitione, vt in c.
5 2. ℣. eo. lib. 6. & idem sentiunt gl. & Bar. in d. l. si quis cum. † No. in ver. potuit, q mandatum factum procuratori super certa lite nõ extinguitur ex toto per sñiam, sed durat in cã appellationis, si procurator vult, quia eadem est cã appellationis cũ prin-
c cipali, sed non compellitur procurator prosequi appellationẽ, e licet teneatur appellare. Et forte ratio fuit, quia cõiter cã appel-
d lationis d ventilatur in alio loco, & in alio iudicio, ideo procurator non vr se obligasse, vt psequatur in alio loco. Et tene menti istum tex. in fi. nam Legistæ multum dubitauerunt, vtrum q curator teneretur prosequi, quia tex. iuris ciuilis in hoc nõ clare loquuntur. Sed tex. iste aperte decidit hunc casum. † In glo. i. 6
ibi, nisi esset minor. Vult ergo glo. indistincte, q minor non admittatur, vt sit procurator pro extraneo. Host. hic instat, sed tene tu dictum gl. per c. qui generaliter. præalle. Dicit tamen. Io. And. hoc procedere, si opponitur, sed si non opponatur, quod est minor, tũc potest procedere opi. contraria, & hæc limitatio esset notanda ad illud c. qui generaliter, si esset vera. Sed dominus Ant. tenet indistincte, quod procurator esse non potest, & si non opponatur, cum non habeat legitimam personam standi in iudicio pro se, & hæc opi. vr verior. Ad quod adduco theoricam Bar. in l. filiusfa. in §. veterani, ff. eo. vbi no. dicit, q quando quis non põt esse in iudicio nec pro se, nec pro alio, q tunc licet non opponatur, nihilominus non valet iudicium, arg. in l. 2. ff. qui satisd. cog. minor autem non põt esse ẽt pro se in iudicio sine curatore, vt in l. clarum. C. de auth. præstan. & no. in c. si annum, de iud. lib. 6. Et ex his pores sumere bonam regulã ad no. in c. in nostra, ℣. eo. an teneat iudicium agitatum cum eo, q nõ poterat esse procurator, si nõ fuerat oppositum. Nam si poterat esse pro se in iudicio, valet, si non fuit oppositum, sic ꝑcedat gl. in l. ita demum, C. eo. & quod ibi no. gl. de fœmina. aut non poterat esse in iudicio etiam pro se, & non tenet iudicium. Exemplum in seruo, furioso, & pupillo. Et ex hoc infero, q si religiosus acceptauit procurationem sine licentia superioris, q nõ te-
e nebit iudicium cum eo agitatum, licet aliter senserit Boa. in d. e
7 c. in nostra, & sic limita quę dixi, & tene menti e theoricam pal. 7
f † In gl. 2. ibi, Et debet expresse consentire: ratio est, quia in onerosis, & maxime in obligantibus personam, regulariter tacẽs f
hẽ pro contradicente, vt no. in §. inuitus, alle. in gl. secus in re cõcupiscibili, & honorabili, seu commodosa, quia tunc tacens hẽ pro consentiente, vt in l. qui patitur, ff. man. & hæc est theorica Inn. in c. in Genesi, de ele. & transumptiue per gl. in regula, qui tacet, de reg iur. lib. 6. plene dico in c. nonne, de præsump. Et limita hoc dictum gl. per cle. 1. ℣. eo. Nam si scienter quis recipit instrumentum, quo constituitur procurator, vr tacite se obliga
g re ad illud officiũ, vt est ibi tex. no. & hoc ideo, quia vltra simplicẽ taciturnitatẽ interuenit actus positiuus, ad idẽ facit c. ex ore, de hls q fi. a ma. par. ca. Et ex hoc cape vnam bonã theoricã, q vbi tractat de ꝑiud. cio alicuius, si vltra taciturnitatẽ facit aliquẽ actũ, qui vr venire ad approbationem actus illius, videt tunc consentire, & ita no. Bar. in l. quo. n. ff. rem rat. habe. Et ex hoc infertur, q si scienter recepi literas alicuius, in quibus dicebatur,

ADDITIONES.

a Ad futuras. Adde Old. consi. 38.
b Sine alio. Adde videndum Old. consi. 130. vbi examinat hunc arti.
c Prosequi appellationem. Adde, q D. de Ro. deci. 43. hoc e. ti. dicunt secus esse, si fuit procurator constitutus duntaxat ad audiendum sententiam. Adde Ro. sing. suo 467. inc. procurator si sententia feratur contra dominum. vbi non firmat: imo dicit esse dubium. de quo per Doct. in l. iniustus. C. eod. Zach.
d Causa appellationis. Vide Legistas in l. ita demũ. C. de proc. vbi ponũt, an cã appellationis sit eadem cum principali. & ibi gl. ponit de quæstione sabbatina, an aduocatus, qui promisit defendere causam, teneatur pro eodẽ salario defendere in causa appellationis, de quo plura ibi per Moder. Seb. Sa.
e Tene menti. Adde quod Old. consi. 131. sentit, quod iudicium ualeat. pro quo adde quod uoluit Ro. consi. 409. alle. etiam Fel. consi. suis.
f Tacens. Quando tacens videatur consentire, uide per Fel. in c. n onne. de præsum. vbi ponit regulam cum limitationibus. Seb. Sap.
g Obligare. Adde Ro. consi. 335.
Circa hoc an traditio instrumẽtorum facientim ad cãm habeat uim mãdatiue! si instrumentum debiti reperitur penes debitorẽ habeat vim satisfactionis debiti, & ex hoc ꝑsumatur debitum esse remissum, adde q no. in l. Labeo. & in l. postquam. ff. de pact. & in l. 1. ff. de do. & in l. Mæuia. ff. sol. mat. & uide gl. in l. fi. C. de pact. couen. & facit tex. in l. seruum filij. in §. cũ qui chirographum. ff. de leg. 1. & habet p Cyn. in l. maritus, ff. de ꝑcur. & p Bar. in l. 3. in §. proinde. ff. ad Maced. & per Ange. in l. negotiorum. in §. 1. ff. de appel. & uide bon. gl. & ibi no. p Doc. in c. cor m dilecto. de of. deleg. & si reperiatur instrum penes aduersarium uitiatum, quod prius erat illæsum an præsumatur fuisse uitiatum per eum, penes quem reperitur: & quid tũc debeat facere iudex; uide quę plene no. per Io. An. in c. accepimus. de fid. inst. & cir. illud, quod hic dr de epistola, dicas q eo ipso, q qs recepit epistolã, consentit in ea, nisi protestet: adeo q si epistola continet contrarium, nasci tur ex ea obligatio. l. si filiusfamilias patre absente. ff. ad Macedonia. l. Titius Seio, & ibi per Bar. ff. de consti. pec. & habet in l. Publia, vbi etiam per Barff. depo. Adde tamẽ, qd epistola cõmendatitia alicuius nõ obligat scribentem l. si uero. §. cum quidam ff. mãd. & uide tex. & ibi plene tractatur in l. fi. ff. q cũ eo. & an epistola obliget mittẽtẽ, ita vt ex ea oriat actio? uide i l. fi. ff. de ac. & ob. & in l. fi. ff. man. & ꝑ Spe. in ti. de ꝑc. §. in uer. ii q d. An. Fra.

tur, q erram debitor suus, neque illico reclamau, videor cõ
sentire, ad hoc bo. tex. in l. filiusfamilias patre absente, ff. ad Ma-
ce. & ibi per Bar. quod no. In glo. 1. ibi. Sed idem videtur dicendum. Hæc glo. recedit a conclusione, quam prius fecerat: vnde tene quod præmittitur in glo. distingue, vt plenius hodie hr in
esi duo, & c. pe. eo. ti. lib. 6. † Sed extra gl. quæro de notabili quę
stione: pone q dati sunt duo procuratores insolidum ad negotia, nunquid vnus possit exigere debitum ab alio, siue debitum sit contractum ante mandatum eis factum, siue postea? Fed. post consi. 124. & cons. 180. & ibi cum quibusdam legistis cõcludit, q sic, quia ex quo sunt dati insolidum, quisque habet potestatem sicut dominus, & cum possit vnus præoccupare negotium, vt in d. c. si duo. Videtur ergo, q exigendo a comprocura
tore, q præoccupauerit negotium, & sic nõ poterit ille allegare se ꝓcuratorem. Ex hoc ẽt ꝓcludit, qđ nõ poterit ille exactus postmodum reexigere, quia iam fuit præuentus a consocio. Et propter hoc videtur sentire Fede. q possit vnus exigere ab alio etiam id, quod exigit ab alio tanquam procurator. Sed hãc materiam reperio plenius tactam per Bar. in l. qui proprio. §. fi. ff. e. Nam in hoc, duo tex. vñr cõtrarij. ille enim. §. fi. uñ uelle, q vnus possit ab alio exigere, sed tex. in l. seq. quæ incipit, qui duos, dicit totum oppositum, & pro concordantia multæ dantur ibi solutiones. Sed tandem concludit Bart. q aut plures procuratores sunt dati simpliciter, & tunc certum est, q vnus non potest aliquid agere sine alio, vt in d. c. si duo. Hoc verum nisi essent dati ad diuersa, ut quia vnus habet procurare, quę sunt in rure, tunc in spectantibus ad ciuitatem ille, qui est constitutus in reb. ciuitatis, potest exigere ab alio, si est debitor domini respectu corũ, quæ sunt in ciuitate, & e contra. Aut sunt dati insolidum, & tũc aut ad exigendum, & vnus ab alio potest exigere, ad hoc l. si plures. ff. de ad. tu. & no. per gl. in l. 2. C. e. aut sunt dati generaliter ad negotia, q non potest vnus ab alio eligere, ita intelligit. d. l. qui duos. Hoc verum, quando est dominus, qui potest exigere, aliãs autem secus. vnde si sunt duo tutores, ex quo vnus soluit debitum, potest alter ab eo exigere, quia non est ibi dominus, qui possit sibi prouideri, vt in d. l. si plures. † Et ex hoc
no. infertur, q si sunt duo executores vltimæ voluntatis, potest vnus exigere ab alio quod debet, ex quo per se non soluit, nec ibi est dominus, qui possit sibi prouidere, & hoc bene no. ad intellectum c. fi. in §. 1. de testa. lib. 6 † In glo. in versi. procuratio. ibi, Ad vnam autem litem. No. hic gl. vsque ad finem, cum quę ritur, nunquid plures litigantes super eodem, si sunt actores vel rei, teneantur constituere vnum procuratorem, vel quilibet possit dare suum? & gl. benè loquitur, sed non tradit generalem doctrinam. Sed si quis consideret mentem legum hic allegatarum, potest elici hęc theorica, q vbicunque obligatio habuit a principio originem in pona vnius, licet descenderit postmodum ad plures, tunc tenentur isti agere, vel defendere se, p vnum procuratorem. Exemplum in pluribus heredibus vnius, quia non dẽt alterari obligatio ex persona hæredum. l. 2. ff. de verb. obl. aut obligatio seu factum est originatũ in personis plurium, & tunc quilibet potest pro iure suo dare procuratorem, vt in §. fi. all. in gl. & hanc theoricam voluit ibi Bar. post gl. alias incipit ille §. vnius. † In gl. fi. ibi. Quia hic non distinguit, & hæc opi. cõiter hic tenetur a Doct. vt non releuetur procurator a denunciatione fienda domino, licet dominus sciat sententiam latã contra procuratorem: ratio, quia poterat dominus cogitare, q procurator appellaret, cum teneatur procurator appellare, vel denunciare domino, nisi iusta causa eum excuset, vt hic. † In ea. gl. ibi, vel inopia. No. gl. q propter inopiam excusetur procurator, si non appellat. multi mordent hanc gl. quia in appellatione a diffinitiua sufficit dicere viua voce, appello, & sic non reqritur aliquis sumptus. Sed dic gl. procedere, quando procurator non appellauit viua voce incontinenti: nam si quis appellat ex interuallo, debet appellare in scriptis. l. 1. in fi. cum l. seq. ff. de appella. & no. in c. cum in ecclesia. ℣. de appel. & c. cordi, eo. ti. li. 6.
13 † Extra glo. quæro nunquid indistincte teneatur procurator appellare? Sol. concludo colligẽdo dicta Doctorum, q aut fuit datus ad certum actum, puta ad recipiendum libellum, vel sentẽtiam audiendam, & tunc non tenetur appellare, quia mandatũ se non extendit ad hunc casum. nam vno concesso vñr alia prohibita. l. maritus. C. eo. & 25. dist. c. qualis. Aut fuit datus ad certam litem, & tunc habet locum, quod hic dr. videtur enim tacite mandatum vt appellet, ne lis pereat per transitum in rem iudicatam: sed nõ tenetur appellationẽ finire, quia illud est aliud iudicium, sed si fuisset datus procurator generalis, puta ad omnes causas, & lites, tunc tenetur appellare, a & appellationem ꝓ
a sequi, quia & hæc causa appellationis lis est, & sic potest intelligi tex. in l. 1. in fi. ff. an per alium causa appellationis, facit c. dilectus, ℣. eod. & no. hanc limitationem ad istum tex. Idem dicunt Doct. in negotiorum gestore, qui vr procurat negotia, nam cũ talis teneatur de gestis, vt in l. si pupilli, ff. de neg. gest. fortius tenetur appellare, & appellationem prosequi, ne appellationis negotium maneat deciertum. Item intellige tex. in appellatione a diffinitiua. In interlocutoria verõ tenet Inno. q procurator tenetur eam prosequi, nisi contingeret cum se absentare, vel aliter negocia sua vltra solitum impediri, quasi sit idem negotiũ cum principali. Et refert hic Host q in curia Romana, aliter seruatur de stylo curiæ, nam si procurator appellat ibi ab interlocutoria, tenetur illam prosequi, si appellat a diffinitiua, & dominus est propinquus curię, tunc datur sibi breuis terminus ad denunciandum domino, sed si dominus multum instat, tunc datur procuratori terminus peremptorius ad prosequendum appellationem, quod si non fecerit, sententia transibit in rem iudicatam, & hoc factum fuit, vt lites abbreuiarentur &c.

ADDITIO.

a Appellare. Adde Ol. consi. 332. do. de Ro. hoc eo. tit. in pouis.

SVMMARIVM.

1 Excommunicatus non potest esse procurator, nec procuratorem constituere, licet postea absoluatur.
2 Actus authorizatus per excommunicatum, est ipso iure nullus. 8.
3 Actus gestus per vniuersitatem, in qua erant aliqui inhabiles, est validus, nisi in casibus hic expressis. 4. vbi ponitur ratio. 5.
4 Inhabiles, an vtient actum per ipsos, & habiles celebratum? 7.
5 Vniuersitas, an possit aliquid sine rectore disponere.
6 Electio facta per habiles, si vnus erat inhabilis, an sit nulla?
9 Solemnitas si non requiritur in aliquo actu, si fuerit adhibita minus iuridẽ, an vitietur?
10 Vniuersitas quando constituit procuratorem, vel syndicum, non requiritur authoritas, vel decretum superioris.
11 Literæ impetratæ per excommunicatum, indistincte sunt ipso iure nullæ.
12 Error communis in his, quæ geruntur iure priuato, non excusat.
13 Inhabilis promotus ad officium, non pandens suum defectum, punitur.
14 Coniuncta persona, an intelligatur respectu coniunctionis ciuilis?
Literæ an possint impetrari per vnum de vniuersitate.

CAP. XV.

CONsulti. Procurator vniuersitatis, cuius maiores, & iurati sunt excõicati, nõ repellitur ab impetrando, nisi illi in procuratorio sint expressi, vel eorum authoritate factum sit, vel ad id scienter sint admissi, h. d. & est decisio notabilis, & subtilis. cõis diuisio. Secunda ibi. taliter. Casus lit. Quædam communitas constituit quendam procuratorem ad impetrandum: maiores de illa communitate, & iurati, per quos eadem cõitas regitur, erant excommunicati eo tpe, quo iniunctum fuit illi procuratoris officium, quæritur vtrum talis procurator propter hoc ab impetrando debeat repelli? Respondetur, q non est procurator hmõi repellendus, nisi illi excommunicati expressi essent in literis procurationis, vel nisi aliãs eorum authoritate procuratio facta fuisset, vel nisi ipsa communitas, sciens eos esse tales, simul cum eis constituisset. B. No. 1. ibi, a communitate aliqua, q quælibet vniuersitas põt dici communitas, facit qđ leg. & no. 15. dist. ca. 1. No. 2. ibi, Maiores, & iurati, q vniuersitas hẽt qñque suos præsidentes, qui diuersis nominibus nũc upantur, ſm locorum consuetudinem, & expone maiores. i. Rectores, seu Potestates. Iurati vero. i. consiliarij, vel antiani, vel priores qui regunt vniuersitatem, & dñr iurati à iuro quod præstãt, vt eorum officium fideliter exequantur: tamen de esse vniuersitatis, & substantia non est, vt ibi sit rector, vnde põt esse vniuersitas absque alio capite, vt no. dicit Inn. in c. cum non ignores. inf. de preb. quod tene menti, facit l. 1. ff. quod cuiusq; vni.
1 † Tertiò no. q excõicatus a non potest procuratorem constitue
a re ad eum actum, quem ipse per se facere non põt. b vnde sicut
b per se impetrare non potest, aut in iudicio agere, ita nec procuratorem constituere, ad hoc, vt hic. Excommunicatus ergo nec procuratorem dare potest, neque procurator deputari. primũ probatur hic. secũdum in ca. post cessionem, de proba. No. ibi, tempore quo iniunctum, q ad considerandum actus ualiditatem debet ponderari habilitas agentium tpe actus gesti. Si ergo tempore cõstitutionis est excommunicatus, non valet constitutio, licet postea desinat esse excommunicatus qđ tenet hic Host. & satis probatur hoc in d. c. post cessionem. No. ibi. Fadẽ cõitas regebatur, q vniuersitas, seu cõitas debet regi, & gubernari per officiales præsidentes illi vniuersitati, ad hoc. l. 1. C. de iura cal. l. municipes. ff. ad muni. & c. non erit, & c. grauem, de sen. exc. Item no. q præsidentes excommunicati non possunt officium eorum exercere durante excommunicatione, facit c.
2 aduersus, & quod ibi no. de immu. ecc. † Et no. q actus, in quo officialis excommunicatus præstitit authoritatem, est ipso iure
3 nullus. † No. vlt. regulam, quæ principaliter colligitur ex tex. & tres casus à rſa excepros regula notanda est, q actus gestus ab vniuer-

ADDITIONES.

a Excommunicatus. Adde quod procurator excommunicatus non potest aliũ procuratorem substituere, etiam q fuerit constitutus cum potestate substituendi aliũ procuratorem. Vide Fel. in c. post cessionem, col. pe. ver. tertia conclusio, de prob. Seb. Sap.
b Non potest. Adde do. de Ro. decis. suis, hoc eo. tit. in antiq.

vniuersitate, in quo fuerunt aliqui inhabiles, ēt si sint præsidentes, nō inficitur propter interessentiam illorum inhabilium. a Valet ergo actus gestus collegialiter ab habilibus, & inhabilib. & sustinetur actus propter habiles, quod alibi iudicio meo non ita bene probatur, fallit. vt dixi, in tribus casibus. Primus casus, quando isti inhabiles, maxime præsidentes, sint expressi in ipsa dispositione actus. Secundus casus, quando actus fuit gestus ab vniuersitate inhabilibus interponentibus authoritatem, tanquam maioribus, & principaliorib. Tertius casus, quando vniuersitas scienter admisit inhabiles ad agēdum actum simul cū eis: & intellige de ea inhabilitate, quā habiles remittere, & purgare non poterant, vt est vitium excommunicationis, secus autem si defectus potuisset purgari, & remitti per habiles, qa tunc admittendo vī eos habilitate, & iste est casus proprius c. cum Vintonien sis, ℣. de elec. Pro declaratione tex. & totius materię, quæ obscure tractatur hic a Doctoribus, & variarunt multum intellectum c. prosequor principaliter quatuor, prout quatuor sunt in effectu ea, q̄ hic decidiuntur. Nam primo, vt dixi in vlti mo notabili, hic ponitur regula affirmatiua, & secundo tres casus excepti. Primo igitur quæro de ratione dubitandi, & decidendi respectu secundæ regulæ. Sol. ratio dubitandi colligitur ex principio primæ gl. nā videbatur, ex quo præsidentes vniuersitatis erant excommunicati, q̄ constitutio procuratoris facta ab vniuersitate non valeret, quia isti præsidentes habent curā, & gubernationem totius vniuersitatis. Ideo data eorum inhabilitate, videbatur q̄ totus actus deberet corruere: nam membra ordinantur a capite, vt in c. cum non liceat, de præscriptionib. Sed ratio decidendi in contrarium potuit esse, quia actus geritur noīe vniuersitatis, ius vero vniuersitatis residet penes habiles, etiam si esset vnus solus, vt notatur in c. gratum, de postula. prælatorum, & in l. sicut, ff. quod cuiusq. vni. inhabiles vero nō sunt de vniuersitate, ideo actus gestus sub nomine vniuersitatis non debet corruere propter interessentiam aliquorum inhabilium. Nam habiles vīr actum gessisse meliori modo quo potuerunt, arg. op l. 3. ff. de testa. mil. Nec ob. quod sup. dictū est in ratione dubitandi, quia quando actus exercetur ab vniuersitate, & actus spectat ad vniuersitatem principaliter, hoc intelligē, quando ius vniuersitatis non est translatum perpetuo in p̄sidentem, nec est principaliter penes præsidentem iure ꝓprio, sed iure vniuersitatis: nā si ptās esset penes p̄sidentē iure ꝓprio, tunc non valeret actus, ex quo præsidens esset excōicatus. Ad hoc facit quod no. Inn. in c. cum accessissent, de const. & Bart. in l. 1. ff. quando appel sit. secus dicendum est, quando actus explicatura singulis non nomine collegij: quia tunc si aliquis est inhabilis, non valet actus, ex quo habilis, & inhabilis exercent actū indiuiduum, & inseparabilem, & iste est proprius casus. c. cum super, de off. dele. & l. Pedius. §. fin. ff. de arb. Vbi patet, q̄ si duo sunt iudices, vel arbitri, quorum vnus est habilis, alter inhabilis, ex toto corruit quicquid agunt, cessat enim in eis illa rō, quam sup. dixi militare in vniuersitate, & hæc sufficiant ad regulam. † Venio nunc ad secundum, videlicet quo ad primum casum exceptum. dicit enim text. q̄ si isti præsidentes excōicati sunt expressi in procuratorio, non tenet constituio procuratoris. Quæro, qualiter debeat intelligi iste tex. varia hic scribūtur. Inn. intellexit, quando ipsi soli sunt expressi, puta quia dicitur, Maiores & iurati constituerunt talem syndicum: tunc enim nō valet constitutio, quia assimit vim, & robur ab excōicatis, secus dicit si sunt expressi vna cū alijs, vt si dicit, Talis cōitas, seu vniuersitas, in qua interfuerunt A. B. & C. omnibus expressis, q̄ stituit talem syndicum, quia tunc actus fm eum attribuit vniuersitati. Vniuersitas autem mortuis capitibus, vel inhabilibus, potest per se procuratorem constituere, & alia vniuersitatis negotia exercere, & no. singulariter hoc dictum, q̄ mortuo rectore, vel inhabili, pōt vniuersitas per se exercere sua iura. Et ꝓ hoc facit præall. dictum Inn. in c. cum non ignores, ℣. de præb. vbi dicit, q̄ non est de substantia vniuersitatis, vt ibi sit rector, sed vt dixi, limita hoc, fm quod ipse Inno. no. in d. c. cum accessissent. Nam non procedit in rectore perpetuo, nam tunc debet expectari successor in his, in quibus ipse superior dēbat interesse, ar. in c. 1. & fi. ℣. ne sede vac. Et licet Host. in hoc fuerit hic varius, tamen finaliter vī inclinare in hanc sentētiam, vt vnus solus possit exercere iura vniuersitatis, si omnes etiam præsidentes sint mortui, vel inhabiles: sed quo ad intellectum istius primi casus Host. vī intelligere, quando inhabiles sint expressi, sed dicit, q̄ ad inficiendum actum requiritur, q̄ scienter fuerint inhabiles admissi. dicit enim, q̄ qualitas scientiæ in vltimo casu posita qualificat etiam istos duos casus præcedentes. ꝓd. Ant. colligendo id, quod sentit in tota lectura huius ca. dicit, q̄ quo ad primum casum non est facienda uis, vt rū sint expressi soli, an vna cum alijs. Item an scienter admissi, an ignorāter, sed ex quo inhabiles sunt expressi, ēt si vnus sit inhabilis, non valet gestū ab vniuersitate, & ratio secundum eum est, quia data expressione inhabilium, actus peccat in cā efficiente, & formali, & ideo nō debet valere eo modo, quo valere possit, sed habet locum illa regula, quod nolui potui &c. d. ca. cum super abbatia, & in l. an inutilis. ff. de acceptil. Nam eo ipso q̄ exprimuntur inhabiles, videntur habiles fateri se non posse per se actum gerere, sed q̄ oēs substantificè concurrunt ad dispositionem actus, nam data expressione, actus vī in diuiduus, & oībus attributus. Et per hoc infert, q̄ si in electione interfuit aliquis inhabilis, ēt ignoranter admissus, non valet electio: considerat enim, q̄ in scrutinio nomina omnium describuntur, ita q̄ simul, & indiuiduè ꝓcedūt ad actum electionis. Et q̄q̄ hęc dicta videantur subtilia, tamen in contrarium est theorica Inn. quam sequuntur omnes Doct. in c. illa, de elec. de qua ipse nullam mentionem fecit hic. Ibi n. dicit Inn. q̄ si inhabilis admittitur ad electionem ignorāter, valet electio, ēt si vnus solus sit inhabilis, & loquitur proprie de excommunicato, secus dicit, si aliquis inhabilis fuisset admissus scienter, & hoc casu loquitur tex. in c. Massana, de elec. vbi dī, q̄ si aliqui laici interfuerunt ad eligendum simul cum clericis non valet electio. & ponit hanc diuersitatis rationem, nam quando ignoranter inhabilis admittitur, habiles videtur velle eligere meliori modo, quo possunt, & ideo non inficitur corū potestas propter connexionem inhabilium: sed quando admittuntur inhabiles scienter, vīr non velle sine eis procedere, sed q̄ actus assūmat vim ab omnibus, & profecto in electione, dictum Inn. prævalet, quia licet in scrutinio interueniant singula res cōsensus, electio tamen fit postmodum per vnum nomine vniuersitatis. nec exprimuntur inhabiles, vt in c. in Genesi. ℣. de elect. & in c. sicut, de elect. lib. 6. Item contra hunc intellectum An. est notabile dictum Io. An. in reg. quod alicui suo, in merc. vbi dicit se credere, q̄ non existens in sacris, seu alias inhabilis admittitur ad eligēdum, seu ad alios actus capitulares, q̄ actus non inficitur, vox tū sua nō computatur in numero, nec distinguit ibi Io. An. an inhabilis sit expressus, an ignorāter sit admissus. Sed profecto iste tex. aut resistit, aut limitat illa dicta, nec patitur iste tex. in primo casu lec. Inno. hic: nam in principio formatur qō, quando procurator fuit cōstitutus a cōitate, vnde totus tex. adaptatur ad consultationem: debemus ergo intelligere, qn̄ illi præsidentes fuerunt expressi, & vna cum alijs: nec ēt vī procedere limitatio Host. in eo, q̄ dicit, q̄ qualitas scientiæ, posita in vltimo casu, limitat casus præcedentes, quia penitus contrarium probatur hic: nam cum in primo, & ſcdo casu non distinguatur inter scientiam, & ignorantiam, sed dūtaxat in tertio casu, vī ergo q̄ in p̄cedentib. non est fiēda illa distinctio, qa dictum in vno vī negatum in reliquis, vt in c. nonne, de p̄sum. & in c. qualis. 25. dist. & in l. cum prætor. ff. de iu. & in l. publico. C. de adul. Nec ob. si dicatur, q̄ clausula in fine posita referatur ad omnia præcadentia, vt in c. 2. requiris, & in c. inquisitioni. ℣. de app. quia hic non ponitur qualitas sciæ in fine, vt sic qualificet præcedentia, sed in fine vltimi casus, ita q̄ est pars vltimi casus, & non qualitas omnium præcedentium iuxta ea, quæ plene dixi in d. c. 2. requiris, & plene de materia per Bar. in l. prætor. la 2. §. erirque, ff. vi bo. rap. & in l. talis scriptura. ff. de leg. 1. † Vndegeneraliter puto esse distiſiguendum quo ad istum primum casum exceptum, q̄ aut inhabiles sunt expressi vna cum habilibus, vel ipsi soli inhabiles, vt puta quia dicitur, talis, & talis nominibus expressis facientes vniuersitatem, seu maiorem partē vniuersitatis, fecerunt tale quid: & tunc non valet actus, quia attribuitur indiuiduè omnib. tam habilibus quàm inhabilibus: & sic propter indiuiduitatem non tenet actus, vt in d. c. cum super abbatia. Item habiles uidentur hoc casu ignorare, q̄ potestas eis competit insolidum, & ubicunque quis ignorat fundamentum potestatis suæ, non valet quod agit, cum non intēdat uti illa potestate, ut in c. ex parte Astensis, de concess. præben. & quod ibi no. & in l. si is ad quem, & in l. qui in aliena. ff. de acqr. hære. no. Bar. in l multum. ff. de cond. & demon. Sed si in habiles non sunt expressi, licet omnes fuerunt scrutinati, tunc quidque uidetur uti iure suo, meliori modo quo potest: nec potest dici, quod actus attribuatur omnibus indiuiduè, quia ipsi agūt ut uniuersitas. Nec dictum fuit, quod omnes simul constituerunt uniuersitatem, nam sæpe admittuntur aliqui, qui nō sunt de uniuersitate, ut in cap. obeuntibus. 63. distin. & hoc maxime procedit quando in instrumento simpliciter dicitur, uniuersitas talis loci, facit tale quid, nam uniuersitas est nomen iuris, & solū refertur ad eos, apud quos est ius uniuersitatis, & hoc modo iudicio meo potest intelligi tertius casus hic exceptus, & in hoc differt a primo casu, ut primus casus intelligatur quando personæ singulares fuerunt expressæ, ultimus casus quando nemo fuit expressus, sed fuit procurator constitutus nomine uniuersitatis. Sed si scienter admiserunt inhabiles tunc actus inficitur in odium excommunicatorum secundum Innocent. & ex

ADDITIO.

a Illorum inhabilium. Adde Ant. Corse. sing. suis. in ver. vniuersitas, lo 2. singu. 384. incip. regula est, quod actus. vbi allegat tex. istum, quem dicit ad hoc meliorem de corpore iuris, de quo per Bal. in c. 1. §. finautem, in tit. de contro. inue. in usib. feud. Zach.

& ex hoc vī sentire aliud esse si sunt inhabiles. In contrariū tñ facit, admittendo scienter inhabiles videtur fateri sine illis nō velle, nec posse procedere, ar. in d. c. cum super. vnde idem Inn. in p̄al. c. illa, nō fundauit se sup odio excōicatorum, sed gñaliter dixit, q̄ si inhabilis scienter admittitur ad vniuersitatem nō valet actus, ad hoc. c. Massana. ℣. de ele. vbi bo. tex. Loquitur Inno. in oī, phibito interesse fauore iuris publici, secus si fauore aliorum habilium, qa illi possunt tunc alios habilitare, vt in d. c. cū Vinton. & hæc sufficiant quo ad primum, & vltimum casum. 1 † Nunc descendo ad fm, & q̄ro prius de rōne decidendi? Solu. vbicunque interuenit authoritas, si illa non est legitime p̄stita, corruit actus, quia authoritas dat robur actui, vt Inst. de autho. tut. in §. tutor, in l. obligari. in §. tutor. ff. eod. facit. 12. q. 2. si qua de reb. sed authoritas p̄stita ab excōicatis non valet, vt in c. ad probandum, de re iu. ergo &c. Sed contra hoc, & cōtra tex. op. vniuersitas cum sit domina iurium suorum, vt in l. intantū. ff. de rerum diui. constituit syndicum sine authoritate superioris, vt in l. 1. ff. quod cuiusque vniuer. & in c. qa in causis. ℣. eod. vbi dī, q̄ vniuersitas scholarium pōt cōstituere procuratorem, nec ibi requirit authoritas alicuius superioris: ergo non erat necessaria hæc authoritas superioris, & iuratorū. So. Inn. in hoc multum intricatè procedit, & finaliter vī ꝓcludere, q̄ siue authoritas sit necessaria, siue non, ex quo isti de vniuersitate voluerunt constituere syndicum authoritate illorum non valet actus, ex 2 quo illi erant excōicati, quasi isti non intenderent actum explicare sine illorum authoritate, & hoc est valde notā. † Ex quo hī, q̄ si in actu, vbi de iure non reqritur authoritas, a fuit postulata authoritas a non habente p̄tātem illam interponendi, non valet actus. Circa hoc tamē posset instari, maxime per tex. no. in c. bonæ, il 1. de ele. vbi patet, q̄ si in notarijs adhibetur ad cautelā ordo iudiciarius, si peccatur in illo ordine, non inficitur processus, ex quo ordo non erat de substantia, nisi dicas saluando, vt ꝑdixi, q̄ hic deficit voluntas constituentium sine illa authoritate † Scdo no. & tene menti ex dicto Inn. q̄ in constitutione syndici, seu procuratorum alicuius vniuersitatis de iure non requi 3 ritur authoritas, vel decretum superioris, b quod etiam tenet gl. in l. actor, ff. rem ra. hab. licet aliud senserit gl. o. in l. nonnulli, ff. quod cuiusque vni. no. sed tene primum. Rector tamen ipsius vniuersitatis debet interesse, & consentire, cū sit de ipsa vniuersitate, & caput ipsius, & sic sentit hic Inn. & facit l. 2. C. de decu. 4 lib. 10. & Spec. in tit. de synd. §. 1. † In glo. 1. ibi, Sed quid dices. hæc gl. ab ista particula vsque ad fi. tractat, an literæ impetratæ ab ex cōicato valeant, & in effectu concludit, q̄ siue noīe alieno, siue nomine proprio impetrauit, valēt, licet debuerit repelli ab impetrando, si fuisset scitum illum esse excommunicatū, & in hoc multa scribuntur hic, & in c. 1. de resc. lib. 6. Sed Io. Mo. ibi, & Io. And. hic, & ibi, quorum opi. placet, tenent, q̄ literæ sunt ipso iure nullæ, siue excōmunicatio esset publica, siue occulta, ex quo probari potest, siue impetrauerit nomine proprio, vel alieno, & hoc vī probari in d. c. 1. de resc. lib. 6. vbi sine distinctione dī, q̄ rescriptum ab excōicato impetratum est ipso iure nullū. nec est fienda dīa hoc casu inter publicum & occultum, quia illa dīa fit in his, quæ geruntur rōne publici officij, ita loquitur c. 12 ad probandum, ꝑal. † Sed in his, quæ geruntur iure priuato, non est differentia inter occultum, & publicum quo ad actus validi tatem, vt singulariter no. Inn. in c. cum dilectus, de consue. qđ no. & tene menti, & sequitur Io. And. in d. c. 1. Item vt dicit hic Io. And. aut constituens sciebat procuratorem esse excōicatū, & sibi imputandum est, q̄ talem elegerit, vt in c. post cessionē. & probat. Aut ignorabat, & agat ℣ procuratorem, qui ingessit 13 se officio sibi interdicto. † Et no. bene hoc dictum, & pro hoc allego tex. no. in l. 2. C. si ser. vel lib. ad decu. aſpi. lib. x. vbi patet, q̄ punit is, qui promotus ad officiū non pandit suū defectum, & ibi videas per Bar. ad materiam, vide qđ dixi in c. scisciatus, de reſcr. In gl. fi. ibi, ar. contra. gl. all. in ℨrium quinque iura, & non inducit, neq; soluit, sed dicad c. illa. q̄ log tur de excōicatis minori c excōicatione, qui non prohibent eligere cum alijs, & vt in c. si celebrat, de ele. excō. mi. Item p̄suppositō, q̄ illi non potuiſsent eligere, tñ papa ibi supplet defectum de plenitudine potestatis, & sic facit potius, vt inhabilitas aliquorum inficiat alios. Ad c. si celebrat, dic, vt ℣. dixi, q̄ loquitur de excōicatis minori excōicatione. Ad c. cum Vinton. dic, vt p̄dixi, q̄ loquitur de priuatis iure eligendi in fauorem aliorum, ideo illi potuerūt alios admittere. Sed tex. iste loquitur de inhabilitate non remissibili per alios de vniuersitate. Ad l. si ex falsis, dic q̄ loquitur, qñ trāsactio fuit facta super plurib. capitulis, & fuerunt producta falsa instſa: annullatur. n. transactio solum in illis capitulis, super gb. fuerunt producta falsa instſa, & nō in alijs, & hoc ideo, quia capitula erant separabilia, & eodem modo rñdetur ad c. cū l. & A. vt ibi no. Et ex fi. gl. collige tria. Primo, q̄ vniuersitas non p̄t agere per literas impetratas a procuratore, in cuius constitutione interuenerunt excommunicati: sed dic melius post Inn. q̄ aut interuenerunt excommunicati: & tunc non ob. exceptio excōicatio agitur noīe vniuersitatis, & tunc non ob. exceptio excōicationis aliquorum de vniuersitate: aut agitur noīe illorum, q̄ sunt excōicati, & tunc obstat exceptio. Secundo collige, & tene sem per menti, q̄ in syndicatu vniuersitatis debēt exprimi nomina d singulorum d de vniuersitate, vt appareat, an interfuerint duæ partes vniuersitatis, quia alias non valeret constitutio, vt in l. nulli. & in l. plane. ff. quod cuiusq. vni. no. Sed in hoc dic plenius, & melius, vt dicam ℣. tit. prox. vbi generaliter tangam, an in gerendis per vniuersitatem sint in instſo exprimenda noīa singulorum: & est dubium quotidianū, & subtile, ut ibi uidebiſ, &c. 13 † Vlt. collige ex gl. q̄ vnus solus de vniuersitate pōt impetrare literas pro vniuersitate tanquam coniuncta persona, & sic sentit, q̄ iura loquentia de personis coniunctis verificentur ēt in coniunctione ciuili, sed contrarium tenuit Arc. in c. statutum. §. cum autem. de rescr. lib. 6. & idem sentit Io. And. & dic vt plenius dixi in c. nonnulli. §. fi. de rescrip. & ℣. de postu. c. 2. Et hæc sufficiant pro intellectu c.

ADDITIONES.

a Authoritas. In contrarium facit regula, q̄ ubi aliquid non requiritur in actu, si adhibeatur, & inepte, non nitiat actū. l. unica. in prin. C. de rei uxo. act. & de auto. iudic. interposita inepte, probat tex. cum gl. in §. ſerui uero. in uer. transitu. insti. de liber. quam gl. commendat Iaſ. in l. uinum. ff. si cer. pe. Fel. in c. examinata. in f. de iudi. & Dec in c. nouit, in gl. in uer. de plano. co. ti. & Alex. in l. 1. ff. de iurisd. omni. iudi. ubi reputat gl. illam sing. & ad hanc regulam uide Feli. in c. cum ordinem. sup. de reſcri. Sep. Sap.

b Superioris. Adde Alex. consi. 1. 4. lib.

c Cum aliis. Adde Ol. consi. 259.

d Nomina singulorum. Adde Ale. consi. sup. alleg.
Adde Iac. Rebuf. in l. 1. nu. 3. & in l. fi. nu. 4. & ibi in apoſt. Cel. ad ipsum. C. de prēd. decur. sine decr. non a lie. li. x. euudem in l. cum te. nume. 3. & ibi in apoſt. prædicti. Celsi. C. de decur. e. li. Zac.
Circa hoc, q̄ in actibus uniuersitatis gerendis debeant esse descripta noīa singulorum, ut uideatur, an actus sit gestus a maiori parte uniuersitatis, sicut iste dicit, uide quæ habentur in l. plane. ff. quod cuiusq. vni. noīe. & no. in c. 2. de op. no. nun. & adde, q̄ non sufficit, quòd singuli sociorū singulariter cōsentiāt, sed est necesse, q̄ in cōi, vt in c. in Genesi, de ele. in c. nominationes. 2. q. 7. in c. nullus, vbi per Arch. 63. di. & hī in l. 2. C. de dec. lib. 10. & qualiter singulares de uniuersitate debeant se opponere actibus uniuersitatis, habēt in c. generali, & ibi p Doc. de elect. lib. 6. & an in cōstitutione syndici uniuersitatis sit necessaria authoritas superioris, uide quæ habētur in l. nullus. ff. quod cuiusq. uni. nomine, & in l. actor. ff. rem rat. hab. & no. per Inn. in c. cum non ignores. de præben. & in c. procurator, de iur. cal. Seb. Sap.

De syndico. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Syndicus, & procurator differunt.*

Viso de procuratore, qui gerit negotia domini, merito subijcitur de syndico, qui promouet negotia vniuersitatis. Et no. ex diuersitate titulorū, q̄ ēt de iure canonico dīa est inter procuratorem, & syndicum. nam si non esset dīa, non ponerētur hic diuersi tit. ar. in l. si idem codicilli, C. de cod. & in hoc multi errant. Nec ob. c. petitio. ℣. tit. prox. quia fatendum est, q̄ vbi constat de voluntate constituentis, non est fienda vis in nomine: 1 tamen in se, † syndicus, & procurator differunt: nam syndicus, ꝑ prie constituitur ab vniuersitate, procurator vero a domino, ut in l. 1. ff. de proc. iuncta l. 1. ff. quod cuiusq. uni. & uide gl. 2. q. 7. c. si quis erga. Et quid sit syndicus, dic ut hic in gl. 1.

SVMMARIVM.

1 *Salarium licite debetur, etiam administratoribus rerum ecclesiasticarum.*
2 *Syndicus ab actore, an differat?*
13 † Et ex hoc infero ad aliam quæstionem. Canonici elegerũt aliquem in prælatum per metum, puta per præceptum tyranni: nunquid talis electio teneat? & multa consilia super hoc emanauerunt tempore Vrbani VI. quando incepit vltimum schisma in ecclesia Dei. Nam dicebant Cardinales aliqui, quod per metum, & per impressionem Romanorum elegerunt prius Papam, vnde postea quidam ex eis conuenerunt, & alium elegerunt. Ex dicto Bar. & Bal. per rationem huius gl. & per tex. illius l. 2. posset dici, quod electio est nulla, & vide tex. iuncta gl. in c. vbi periculum, in §. cæterum, de elect. lib. 6. vbi dicit text. q̃ cessat electio, vbi adimitur libertas eligendi. In contrarium facit, quod not. Inno. in c. quod sicut. de elect. vbi dicit se credere, q̃ si metus intercessit, tenet electio, licet veniat irritãda: vnde antequam irritetur, tenent gesta per electum, & ad hoc allegauit istum tex. in arg. & tene menti fin. illud dictum Innoc. propter eius authoritatem: nam facit ad præcedentem quæstio. de tyranno, & tamen aliter distinguo, & reduco ad concordiam in capitu. licet, de electio. videlicet, quod aut compelluntur electores eligere certum, & tũc electio est ipso iure nulla, quia est contra substantiam electionis: nam electio est vnum de pluribus eligere, & ita intelligitur text. in dict. §. cæterum. aut com
f pelluntur eligere vnum de certo genere personarum, & q̃ tunc me-

ADDITIONES.

a Ita & dos. Adde Cald. cons. 2. hoc eo. tit.

b Interessent. Adde tu, q̃ Ro. sing. suis tenet, q̃ propter metum res ecclesiastica sit electa inalienabilis, licet esset alienabilis: alleg. text. in c. peruenit, ver. Abbatis, de excess. præla.

Ad hoc, quod hic dicitur de re ecclesiastica alienata per metum, quod efficiẽ in alienabilis, dicas quod actio ex metu, datur contra omnes, ad quos pertinet commodum ex ipso metu, seu ex ipsa re alienata per metum. l. metũ. 5. cum autem & ibi per Barto. & l. si quis. in princip. ff. quod met. cau. vide Specu. in tit. de restit. spol. in §. fin. vbi dicit, quod actio prouenies ex metu datur contra possessorem rei alienatæ per metum, licet ipse non intulerit metum. Ant. Fran.

c Metus impediat votum. Adde Cald. cons. 1. qui cle. vel vo.

Circa hoc, quod dicitur de voto emisso per metum, vel timorẽ, an valeat, dicas de voto infirmorum, an obliget vouentem, videndum esse, 17. q. 1. per totum, & an votum emissum pro recuperanda sanitate, obliget: vide Hostiẽ & Doct. in c. scripturæ, de vot. vbi etiam per Inno. & ibi per do. Abb. in 1. colum. in fi. ubi etiam quæruntur, an taliter vouentes pro recuperanda sanitate, ea recuperata, & restituta, possint compelli ad noti executionem? dicit Inno. in d. c. scripturæ, quod sic. de quo vide latius per Do. Abb. & Doct. in c. sicut tenor. de reguiz. & per Spec. in tit. de statu mo. in ver. 12. & de quib. debeat fieri mentio: unde bea. Tho. 2. 2. q. 77. ubi etiam ponit, an liceat ex voto affringere se ad nimiam carnis macerationem. & quæ dicantur uota pura, puta, de non pectinando caput in sabbato, vide Tho. in loco prælleg. ubi dicit, quod talia uota sunt potius derideuda, quam seruanda, de quo vide etiam Arch. in c. qui bona. 17. q. 1. & vide Arch. 32. q. 5. in c. 2. ubi ponit an ille, qui uouit nunquam comedere carnes, possit ribile minus in infirmitate comedere absque fractione uoti? Et an uotum factum instinctu aliorum, uel calore iracundiæ obliget, habetur in c. sunt qui opes. 17. q. 4. & ibi per Archid. & adde, quod licet uotum possit commutari per superiorem habentem potestatem, non tamen potest ex toto tolli, ita quod uouens nec ad illud, quod uouit, teneatur, nec ad aliud eius loco. vide Inn. in c. 1. de uoto, ubi dicit, q̃ non, & habetur etiam in c. licet, & in c. non est, eo. titu. de uoto. Et an valeat uotum de non comedendo carnes in die Dominico, uel in die Natiuitatis Domini? uide quæ habentur in c. fin. de obser. ieiu. ubi concluditur, q̃ sic. & an uotum emissum in graui infirmitate, quasi meticulose sit factum, obliget uouentem? vide plene no. per Doct. in c. licet, & in c. sicut nobis, de regula. Et adde, quod uotum continentiæ non mutatur, quia non reperitur aliud eo melius, ut in c. cum ad monasterium, de sta. mo. & in c. nuptiæ. 27. q. 1. & tene menti tex. in c. in malis. 22. q. 4. ubi tex. dicit, in malis promissis relinquẽdam fidem, in turpi uoto muta decretum. Ant. Fran.

d Iurisdictio. Vide Bald. in l. si qui ex consensu, columna secunda. C. de episcopo audien. Seb. Sap.

e Quod non. Adde Pet. de Anch. cons. 37. Abb. cons. 3. quæst. 6. ubi idem dicit, quod hic.

f Genere personarum. Adde quod voluit Alex. cons. 98. 1. lib. ubi tenet ualere statutum prohibens matrimonium cum certo genere personarum.

Circa istud, an ualet statutum prohibens matrimonium contrahi cum certo genere personarum, dicas, quod prohibitio legis, uel statuti in matrimonio contrahendo, etiam apposita pœna, non valet, quia materia non est subiecta potestati statuentium, iuxta no. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. & in c. quæ in ecclesiarum. & in c. ecclesia S. Mariæ de constitu. pro quo facit, quia matrimonia debent esse libera, etiam ab arrhis, & pœna. l. fi. & ibi per Cyn. in 6. q. C. de spons. & habetur per Bar. post gl. in l. Titia, ff. de ver. ob. & plene habetur in c. gemma, in gl. fi. & ibi per scribẽ. de spon. & per In. And. in addi. Spec. in tit. de spon. in §. 1. in ver. fed quæ est ratio. Addas tamen, q̃ matrimonium contractum contra consuetudinem loci, si scandalum oriatur, est dirimendum, vt in c. super eo, & ibi not. de cog. lpi. Dicas tamen, quod de iure gentium, matrimonia cum alienigenis sunt prohibita, vt in c. cuiusgentium. 1. dist. An autem sub spe præmij possit quis inuitari ad matrimonium? vide per Bar. in l. Titio centum. 5. 1 ff. de condc. & demonstra. pulchra dicta, Bal. in proposito, in c. non satis, de simo. & de eo, quod dictum est, an matrimonium contractum, non seruata loci consuetudine valeat; vide plene

no.

no. in c. 1. & ibi per Car. de spon. Et an valeat statutum, quod filius nõ possit contrahere matrimonium sine consensu patris? vide Io. And. in c. statutũ, de hæreticis, lib. 6. & habetur per Bar. in l. adijcimus. C. de murilegu. lib. 11. & per eundem in l. in bello, ff. de capti. & conclusio est, quod non valeat tale statutum propter defectum potestatis statuentium, vt supra, tum etiam quia in matrimonio contrahendo nedum requiritur consensus, sed requiritur liber consensus, vt in c. tuæ, & in c. veniens, & in c. cum locum, & in c. cum apud, de spon. & faciunt ea quæ habentur per gl. & Inn. in c. fi. de sec. nup. vbi ponitur illa materia, an pœnæ impositæ per ius ciuile nubentibus intra tempora Iuctus habeant locum de iure canonico, cum ius ciuile ex defectu potestatis condentis luges ciuiles non potuit disponere circa matrimonia, cum ipsum matrimonium dicatur esse de foro ecclesiæ, & non pertinere ad forum ciuile, iuxta ea, quæ plene tract. per Bar. & Doct. in l. Titia, ff. sol. mat. & in c. 1. & in c. tuam, de ordi. cog. Et qualis debeat esse consensus, qui requiritur in matrimonio, vide etiam per B. Tho. in quarto sententiarũ. dist. 14. & 28. & an in matrimonio possit etiam poni arrha, uel pœna, vltra supra alleg. vide quæ habentur in c. ex patte. de conuer. coniuga. & cap. fi ne esse, de do. inter vir. & vxo. Circa hoc tamen, an statuta locorũ possint aliquid disponere circa matrimonia contrahenda, uel iam contra, uide Bal. in l. non ignorat. in fi. C. qui accus. non poss. ubi dicit, quod quæstio de matrimonio semper debet agitari coram ecclesiastico, & ideo dic, quod si iudex maleficiorum cognoscit de adulterio, q̃ sit cautus, ut nõ patiatur reum negare matrimonium, quia tũc deberet remittere causam ad forum ecclesiasticum propter probationem matrimonii faciendam, quia coram eo facta talis probatio non ualeret, nisi statutũ loci aliter disponeret. quod dicit mẽti esse tenendum. Ant. Fran.

a metus a non vitiat ipso facto, quia non ex toto adimitur potestas, & libertas eligendi: hoc probo ista ratione. Nam non valet consuetudo, per quam tollitur libertas eligendi, vt in cap. cum terra. de elect. & tamen valet consuetudo, vt electores teneantur sibi eligere prælatum de certo genere personarũ, vt est tex. in c. Abbate. infra, de verbo. sig. & in c. cum dilectus, de consue. Hinc dixit Ioan. And. in d. c. cum terra, quod consuetudo non potest tollere libertatem eligendi, sed restringere sic, quod no-
4 tabis, & plenius dico in d. c. licet. † Sextus casus, & vltimus secundum gl. in authoritate tutoris per metum extorta, vt in l. 1. in fi. ff. de auct. tuto. & posset adduci ille text. ad tertium casum præalleg. vt si episcopus authorizet in contractu per metũ inito per ecclesiam inferiorem, quod talis authoritas non teneat; quia Episcopus equiparatur tutori. 6. q. 1. in c. omnes, & no. infra de in integ. resti. in c. auditis, in gl. 4. Extra gl. Hostien. excipit alios alios casus: & sic in ordine. † Septimus casus. c. vnici. infra eo. lib. 6. vbi dicitur, quod absolutio ab excommunicatione per metum facta non tenet. † Octauus casus in testamento, cum testes inuiti fuerunt detenti, vt in l. qui testamento, in fi. ff. de testa. no. glo. infra eo. c. sacris. † Nonus casus in sententia: nam tenet hic Host. quod sententia per metumb lata non tenet, alleg. 11. q. 3. c. iniustum, & Ioã. And. hic simpliciter transit referendo Host. Sed contrarium notauit gl. in d. cap. iniustum, & sequitur ibi Arch. & gl. in c. quatuor, ea. causa & q. quæ dicit, quod sententia lata per metum tenet, licet possit elidi per actionem, vel exceptionem. D. An. distinguit, quod aut metus impedit solemnitatem requisitam, & sententia non tenet, alias secus: sed hoc nihil est dicere, quia si debita solemnitas non interuenerit, sententia est nulla non propter metum, sed propter defectum solemnitatis, quia si non seruatur solemnitas substantifica non tenet sententia quantuncunque sponte lata, vt in l. prolatã. C. de sen. & 2. q. 6. c. ei qui. § diffinitiua. Reperio Bal. in hac q. in d. l. decernimus, distinguentem, quod aut metus fuit illatus circa potestatem clauium & vitiat ipso facto: quia potestas clauium debet esse libera, alleg. d. c. vnicum, eo. tit. lib. 6. aut metus fuit illatus in alijs sententijs, & tenet sententia, licet posset rescindi propter metum, alleg. gl. in d. c. iniustum & dicit Canonistas ita tenere: sed profecto contra primum membrum, suum allego gl. sing. in d. c. vnico, quæ concludit sententiam excommunicationis latam per metũ tenere, quasi in absolutione sit speciale, vt metus vitiet, & allegat no. in d. c. iniustum. & tene menti illã glo. quia nemo allegat, facit primo, quia cum illa sit gl. Io. And. videtur reprobare dictum Host. hic: nam si excommunicatio lata per metum, tenet fortius alia sententia. Item adduco illum tex. per locum a speciali. Nam cum specialiter Papa ibi prouiderit circa absolutionem, ergo secus in excommunicatione, & in alijs sententijs contra dictum Bal. & potest esse ratio speciali
5 tatis, quia principes seculares erant faciles in compellendo prælatos ad absoluendũ aliquos à sententia excõmunicationis, & sic non poterat obseruari rigor ecclesiasticus, merito fuit statutum, vt alias absolutio esset ipso iure nulla. Conclude ergo, q̃ regulariter metus non vitiat ipso facto, cum interuenit in iurisdictione exercenda, secus si iurisdictione conferenda, vel prorogãda, vt in dicta l. 2. & in quinto casu supra excepto. † Decimus casus in constitutione procu. secundum Hosti. alleg. c. ac-
c cedens, supra de procu. & ita transeunt hic Doct. & bene notabis propter authoritatem Docto. vt si per metum quis c constituit procuratorem, non tenet constitutio: sed certè ille tex. hoc non probat. Nam Papa ibi non intendebat ius de nouo inducere, sed voluit prouidere locum securum partibus, quod fiendũ est in omni actu, tamen non sequitur, quod si de facto metus in
6 tercesserit, actus vitietur. Vndecimus casus, & vltimus secundum Hosti. in actu, qui non potest seruari sine peccato, sed die quod obligatio hic impeditur non propter metum, sed ratione peccati, quia non potest obligari ad peccandum, nec etiam iuramentum valet, vt in c. quanto, de iureiur. & c. si vero, & 22.
19 q. 4. quasi per totum. † Excipio duodecimum, casum qui comprehendit in se multos casus, in his, s. quæ gerũt per iniuste carceratum cum ipso detentore, vt est tex. no. in l. qui in carcerem ff. eo. alium casum voluit excipere D. Ant. infra c. prox. in renũciatione beneficij. Dicit enim ibi, quod renunciatio beneficij per metum facta non tenet, & infert ibi postmodum generaliter ad omnes actus spirituales, vt in eis vitiet metus ipso facto, quia in istis debet esse voluntas libera, & liberum arbitrium, sed certe non credo eum bene dicere: & primo in renũciatione beneficij habes gl. no. in c. super hoc, de renun. quæ aperte tenet, quod renunciatio per metum facta tenet, licet posset rescindi. aperte hoc tenet Inno. in c. ad audientiam. infra eo. vbi dicit, q̃ rescinditur per actionem, quod metus causa: sentit idem Inno. infra cap. proxi. loquitur tamen ibi alternatiuè, sed Pet. & Abb. apertè hoc ibi tenent. Idem Do. de Ro. dec. 452. probatur per locum a speciali in cle. 2. in §. sane, de pœn. vbi dicitur quod renũciatio beneficij, quę sit per captionem, & detentionem potestatum secularium non tenet & sic in odium istorum principum, qui quandoque incarcerant clericos, vt renuncient, fuit illud ius speciale inductum, vt nõ teneat renunciatio. vnde dicit ibi Bald. quod illud est ius nouum, & facit quod ibi no. gl. in prædicto modo. Ad hoc etiam adduco istum tex. nam Papa non fundat se specialiter hic super beneficio, sed super regula generali, dicens q̃ quæ metu & vi fiunt debẽt reuocari &c. & sic aperte sentit, quod debet transire cum communi regula. Idem quatenus dicit, quod in spiritualibus vitiat metus, contrarium voluit
20 glo. in d. cap. vnico, lib. 6. † Idem baptismus assumptus per metum tenet, quia ibi est voluntas, licet coacta, vt in cap. maiores, in §. item quæritur. de bap. & 40. distin. cap. de Iudæis, & facit ratio cap. merito. 15. quæst. 1. Conclude ergo quod in actu merito rio metus vitiat ipso facto, vt in d. cap. ad finem. 23. q. 5. Sed speciale est, vbi imprimitur character. d. cap. maiores, sed vbi non tractatur de merito quo ad Deum, sed de merito, vel alio vinculo, metus non vitiat regulariter.

ADDITIONES.

a Metus. Vide tex. hoc probantem in l. cum ita, cum seq. ff. de cond. & demõ. & adde istis, quod metus statuti est iustus metus, ut no. Fel. in c. 1. de offi. dele. col. 2. ner. & in quantum. Seb. Sap.

b Sententia per metum. Adde Rom. sing. suis. fol. 1.

Adde, quod est sing. 91. quod incip. quæro a te, an sententia. cui adde Lanfr. de Oria. c. quoniam cõtra. §. statuimus, uer. interlocutiones, nu. 9. ubi distinguit de sententia censuræ, excommunicationis, uel interdicti, quod sint ipso iure nullæ, in aliis uero quod teneant. Zac.

c Metum quis. Adde Rom. singu. suis. fol. 23.

SVMMARIVM.

1 *Vnanimiter dicitur fieri, quod fit nemine, vel paucis discrepantibus, vt infra eo. c. proxi.*
2 *Renunciatio beneficij metu facta, an teneat, 7. 8.*
3 *Iuramentum non requirit necessario tacturam alicuius rei.*
4 *Iuramentum, & fidei præstatio, quomodo differant.*
5 *Fidem violans, an priuetur beneficio, sicut violans iuramentum.*
6 *Iuramentum magis est obseruandum quãdo interponitur super corpore Christi, quam si super creatura.*
7 *Fidem suam violans, est infamis, sicut est violans iurament um.*
8 *Electus an possit renunciare suæ electioni sine consensu sui superioris, etiam ad sui præiudicium, siue electio sit confirmata, siue non.*
9 *Absolutio a iuramento potest per episcopum conced.*
10 *Vsuras iurans soluere, potest vel petere absolutionem a iuramento, vel prius soluere, & postea repetere.*

CAP. III.

ADaures. Quiterrore laicorũ, electioni de se factæ renunciat, si renunciatio iuramento vel fide firmata non sit, regimini, ad quod electus erat, præfici poterit. hoc dicit. comprehendendo quẽlibet intellectum. Communis diuisio. Secunda, ibi, tuę. Casus li. Quidam electus fuit in plebanum cuiusdam ecclesiæ cõcorditer vno excepto, ipse ob terrorem laicorum renunciauit electioni de se factæ: quærebatur, vtrum non obstante renunciatione præfici deberet eidem ecclesiæ? Respondet Pa. quod renunciatio facta ob terrorem laicorum nõ impedit, quominus ille præficiatur eidem ecclesiæ, nisi illa renunciatio confirmata
1 sit iuramento, vel fide interposita. Bern. † No. 1. quod factum a maiori parte collegij aliquibus contradicentibus, potest dici vnanimiter factum ita colligit hic D. Ant. sed iudicio meo totũ oppositũ est colligendum: hic. n. dr, q̃ vno excepto electio fuit
a vnanimiter celebrata: nam si verbum vnanimiter, a verificaretur in maiori parte collegij, frustra fuisset dictum, vno excepto

&q̃

ADDITIO.

a Vnanimiter. Adde Rom. consi. 352.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& q hoc verbum, vnanimiter importet q nemine discrepante, probat tex. in c. 3. de post. præla. & in c. & si vnanimiter, eod. tit. & ibi no. hoc etiam probat etymologia vocabuli: nã vnanimiter dicitur, quasi vnius animi: non ergo possunt dici electores fuisse vnanimes, si eorum aliquis fuit discors à sententia cõmuni, & idem dic de verbo, cõcorditer: requiritur enim vt nemo discrepauerit, vt gl. in cle. ne Romani, de elect. lib. 6. dixi in
2 in c. non potest. infra de re iudi. † Secundo notabat hic D. Ant.
a q renunciatio beneficij per metum facta non tenet: a & certè iste tex. hoc non probat: hic enim non dicitur, q renũciatio electionis non tenuerit, sed simpliciter dicit, q talis renunciatio non obstet, quominus is, qui renunciauit, præfici possit ecclesiæ, ad cuius regimen fuit electus: vnde (vt dicit Inno.) potest intelligi, ex nouo iure, s. per electionem de nouo fiendam: vel potest intelligi, q ex antiquo iure: sed (vt dicunt Per. & Abb.) prius petita restitutione aduersus illam renunciationem metu factã, & pro hoc tex. in clem. 2. in §. sanè, de pœnis: vbi tunc solum renunciatio beneficij est nulla, quando fuit facta ad captionem, & detentionem alicuius, potestatis secularis, secus ergo quando metus aliter interuenit, de quo dic, vt plenius dixi s. c. fxi.
3 † Tertio no. quod iuramẽtum, & fidei interpositio diuersa sunt. Sed quæro de differentia inter hæc. Sol. dicit Inn. quod iuramẽtum est, cum fit super libris, reliquijs, vel alia re sacra. Fidei præstatio est, cum quis promittit aliquid per Deum, vel fidẽ, & nil aliud hic dicit Inno. Sed in contrarium facit c. & si Christus, de iureiur. vbi patet q potest interuenire iuramentum absque tactura alicuius rei sacræ, vel alicuius scripturæ: nam ad esse iuramenti non requiritur necessario tactura alicuius rei, vt probatur ibi, & no. gl. 22. q. 1. in summa, & vide gl. in hoc no. in cle. 1. §. porro, de hær. Et ob hoc D. Car. hic voluit dare aliam differẽtiam, dicens quod tunc est iuramentum, cum exprimitur verbum, iuro. Si autem nõ exprimitur, & promittitur aliquid per Deum, seu per fidem, tunc dicitur fidei præstatio: si autem non interponitur Deus, vel fides, tunc dicitur simplex promissio. hæc differentia mihi ex toto non placet, & tex. videtur in oppositum in c. ego N. & in d. c. & si Christus. de iurei. vbi patet q dicẽdo sic, Deus me adiuuet, & hæc sancta euangelia, est iuramẽtum, & tamen non exprimitur verbum iuro. Item habes multa exempla in d. ca. & si Christus, in quibus sine expressione huius verbi, iuro, inducitur iuramentum, & ideo dicerem quod iuramentum, & fidei præstatio habent se, vt genus, & species, qa omnis fidei præstatio est iuramentum, sed non econuerso: vbicunque enim adijcitur vinculum religionis simplici assertioni, potest dici iuramentũ. ad hoc quod no. in d. c. & si Christus.
4 † Et hæc faciunt ad quæstiones. Nunquid violans præstationẽ
b fidei, b possit priuari beneficio, sicut veniens contra iuramentum? Secundo nunquid sit infamis, sicut periurus, eo casu quo per iurium irrogat infamiam? quod quando sit, plenè dixi in c. testimonium, de test. Ad primum Arch. in c. iuramenti. 22. q. 5. recitauit quendam dicere, quod debeat priuari beneficio, sicut veniens contra iuramentum. Et hoc tenuit gl. no. in c. querelã, ne prælati vices suas, & idem ibi Host. & idem tenet gl. in c. constitutus, de transact. sed aliud videtur tenere ipse Archid. ibi, & in c. 1. de sepul. lib. 6. vbi vide. videtur enim in hoc variasse, sed d. Cardi. tenet hic, quod non sit priuandus beneficio, & refert hoc idem tenere quandam deci. Rotæ. ego sequerer opi. gl. primo per fundamentum, quod supra feci, quia omnis fidei præstatio est iuramentum. Item quod accidere posset, quod plus peccaret veniens contra fidem, quã ꝫ iuramentum: nam periurium tanto est grauius, quanto id, super quo fuit iuramentũ
5 præstitum, erat sanctius: † Nam magis peccat veniens cõtra iuramẽtum interpositum super corpore Christi, quam si esset interpositum super alia creatura, vt probat tex. not. in ca. mouet. 22. q. 1. no. Innoc. in c. & si Christus, prælleg. Vnde si quis iuraret super beato Pet. & alius promittere aliquid per Deum, vel fidem suam, non est dubitandum, quin magis peccaret contrauenièdo ille, qui iurat per Deum, vel per fidem suam: vnde absonum esset dicere, quod iste non deberet priuari, quia venit ꝯra iuramentum, ad idem adduco tex. in c. tua, de iureiuran. vbi clericus priuatur beneficio pro periurio putatiuo, idest, pro eo quod vitare non potest quo ad vulgi opinionem, licet in veritate non sit periurium: fortius ergo debet priuari, quando venit contra præstationem fidei: ad idem etiam adduco c. peruenit, de fideiuss. vbi copulatiuè dicitur, si contra religionem fidei, & iuramenti sui & c. vnde præstationem fidei appellat ibi iuramẽtum: nam vnicum interuenit ibi iuramentum, seu fidei præsta-
6 tio. † Et ex hoc infero ad secundum, q iudicio meo nõ bene dixit Collect. in d. c. constitutus. vbi dixit, quod veniens contra fidem præstitam non sit infamis, quia iura loquuntur de iuramẽto: nam [vt supra dixi] fidei præstatio est iuramentum, & facit iste tex. vbi æquiparantur, & prædicta notabis, & vide gl. no. ad materiam in c. vt circa, de elect. lib. 6. & in d. clemẽ. 1. de hæret.
7 † In gl. 1. in fi. Io. An. dicit hanc gl. procedere in confirmato, nõ in electo tantum, quasi dicat, q electus tantum potest renũcia-
re electioni de se factæ absque consensu superioris, secus quan-
c do electio est confirmata: c vel quando quis habuit beneficium per institutionem, seu collationem, vt not. glo. in c. si electio, de elect. lib. 6. & not. in c. 2. de translat. epi. Item plus dico, quod si electio fuisset hic confirmata, nõ tenuisset renunciatio facta in manibus non superioris, etiam in præiudicium renunciantis. Hoc probatur in c. quod in dubijs, de renunc. vbi dicitur, qđ talis renunciatio nullam obtinet firmitatem, ergo non valet etiã in præiudicium renunciantis: cum enim iste sit obligatus beneficio, vt in c. nisi, de renunc. non potest per se eximere seipsum ab hac obligatione, ad hoc l. legatus, ff. de offic. præsi. Vnde potest sic renuncians administrare in beneficio suo, antequam superior habeat ratam illam renunciationem, quod sentit Ioan. And. post Host in c. quanto, de translat. episc. plene dico in d. c. quod in dubijs, licet aliud senserit gl. in c. quod Dei. de sta. reg. Et ideo hæc iura, quæ videntur innuere, quod valet renũciatio beneficij per metum facta, intelligo interueniente superioris ꝯ
d sensu, d & ita loquitur, & pondera text. in d. clem. 2. in §. sanè, &
8 infra c. prox. † In glo. fi. in fi. hæc gl. habet bonũ intellectum, sed non soluit clare, & formaliter contraria, sed in effectu vult dice
e re, quod aut e iuramentum est taliter præstitũ, quod repugnat postmodum iuri repetendi, & tunc iuramentum obstat: Et ita loquitur iste tex. vnde debet intelligi, quod iste iurauit amplius non repetere, vel quod amplius non præficeretur illi ecclesiæ, secus autem, quando iuramentum est taliter præstitum, quod non repugnat iuri repetẽdi, vt puta, si quis iurauit resignare beneficium suum per metum, si postmodũ resignauit, potest beneficium repetere intentando actionem, quod metus cau. nã iuramentum suum sibi non obstat, quia non iurauit non repetere beneficium, vt probatur in c. proxi. Non obstat capituli. cũ inter P. de renunc. quia ibi promouetur ex nouo iure: si. n. quis iurauit non repetere beneficium, intelligitur ex antiquo iure, sed ex nouo iure bene posset, vt ibi. Ad c. 2. de restitu. spol. dic q ibi renunciauit spoliatus: nam ibi renunciatio non refertur ad possessionem, quam non habebat, & dicẽdum, vt ibi latius no. Nunquid autem aduersus illud iuramentum. de quo in tex. cõpetat aliquod remedium? dixit Inno. quod sic, quia ex quo iurauit per metum, potest petere absolutionem a iuramẽto, & episcopus poterit istum absoluere, & not. bene hoc dictum, q episcopus potest absoluere istum, qui iurauit ꝓpter metum, & sic
9 intellige c. si vero, & c. verum, de iureiuran. † Et idem est vbicũque iuramentum continet turpitudinem ex parte recipientis, vt in odium istius, qui turpiter recipit iuramentum, possit episcopus absoluere iurantem, vt no. idem Inno. in c. debitores, de iureiuran. & dicit hic Inno. quod licet episcopus possit absoluere, bene tamen facit non absoluere, si aliud remedium competit iuranti: vnde si quis iurat soluere vsuras, habet remedium, vt prius soluat, & postea repetat, vt in d. cap. debitores. dicit tamen, quod si omissa hac via episcopus directe absolueret, non putat hoc contra ius esse. Et no. sing. hoc dictum. ex hoc enim vult, quod quando iuramentum turpitudinem cõtinet ex parte recipientis, nõ est necesse, vt iurans adimpleat prius iuramẽtum, vel vt faciat compelli recipiẽtem ad relaxationem, sed potest directè petere absolutionem ab episcopo, & plenius hanc materiam attingo in c. 1. de iureiu.

ADDITIONES.

a Per metum facta non tenet. Adde quod no. in apost. ad istum in c. Abbas. nu. 2. in uerbo, sine noua colla. supra eo. Zac.
b Præstationẽ fidei. Adde Do. de Ro. dec. 237. in antiquis, de iureiu.
c Confirmata. Adde Do. de Ro. dec. suis, de ele.
d Superioris consensu. Adde Do. de Rot. dec. suis, de renun.
e Iuramentum. An iuramentum metu extortum obliget, ponit d. Fel. post Ab. in c. 2. ver. pro intellectu, de iureiu. & in c. si vero, col. pe. in ver. in gl. in verbo, iuramentum, eo. tit. Seb. Sab.

SVMMARIVM.

1 *Metum passo quæ remedia dentur.*
2 *Vis quotuplex sit, vide inf. c. prox. in prin.*
3 *Metus an præsumatur durare, si postea appareat aliquid uoluntarie factum.*
4 *Pœna an euitetur, si fuit adimpletum factum sibi iniunctum, licet huiusmodi factum non durauerit.*

CAP. IIII.

AD audientiam. Qui per metum, qui debuit cadere in constantẽ virum, beneficio suo renunciare iurauit, & renunciauit, illud repetere poterit. In prima conquæstio partis. In secunda dat iudices, ibi mandamus. Casus li. Magister G. rector eccle. de Cheuellis grauissimo metu Regis coactus, iurauit quod ecclesiam illam renunciaret in manibus illorum, ad quos illa ecclesia pertinebat, qđ & factũ est: conquestus fuit domino Papę, & ipse respondet, quæ vi, vel metu fiunt, carere debent robore firmitatis. Ideo mandat Papa quibusdam, quatenus si cõstiterit magistrum illum ad resignationem per talem metum fuisse coactum, qui potuerit cadere in constantem virum: præfatam ecclesiam faciant illi restitui, non obstante iura-

mento prædicto, quo solum modo tenebatur ad resignandum, sed non tenebatur ad non repetendum. B. Not. 1. q iuramentũ de resignando non extenditur ad ius postea quærendum, nec præcludit facultatem repetendi per actionem, quod met. cau. si interuenit metus, satisfit ergo iuramento ex solo renunciationis actu, quod facit ad multa. Secũdo ex hoc & ex tex. no. quod aliud est iurare de resignando, aliud de non repetendo. Item q iurans non petere beneficium per eum resignandum, non potest petere, licet per metum iurauerit, intelligе nisi prius petita absolutione aduersus iuramentum, vt in c. si vero, de iureiur. & est gl. fi. hic, & dixi supra c. prox. Tertio not. in ver. quia vero, ar. op. q circa renunciationem beneficij metu factam non est aliqua specialitas. Sed quemadmodum alia quæ metu fiunt, debent reuocari, ita renunciatio. Sed quæro quo iure auditur iste, qui renunciauit beneficio per metum? Sol. dicit Inn. quod per
1 actionem, quod met. cau. quod plenius dixi. supra c. 2. † Sed aduerte tu ad text. qui loquitur per verba præsentis temporis dicens, quę metus causa fiunt, carere debent robore firmitatis, & sic videtur, quod hæc, quæ fiunt per metum, nõ habent robur firmitatis. & sic concordat iste text. cum edicto prætorio, in eo quod dicitur, Quod metus causa factum est, ratum non habebo, vt in l. metum, in §. sed q prætor, ff. eo. Et ideo potest dici, vt notanter dicit Bar. in d. l. metum, in §. volenti, q duo sunt remedia principalia contra ea, quæ fiunt per metum de iure prætorio: nam de iure ciuili regulariter tenent, ex quo interuenit cõsensus, licet coactus. Sed prætor ĩtroduxit duo remedia, primo dãdo vtilem actionem, quæ prius erat directa: vnde absque eo quod intentem actionem quod metus causa, possum petere rẽ, quam tradidi per metum, intentãdo actionem vtilem, q prius mihi competebat, & hoc ex beneficio prætoris mortui, quia ex quo prætor non vult habere ratum, quod fit per metum, ipso facto datur metum passo vtilis actio. Sed quia non erat ex toto sufficienter prouisum metum passo, induxit aliud remedium, scilicet actionem quod metus causa, & per eã restituitur actio directa, quæ prius competebat beneficio prætoris legitimi, coram quo intentatur actio, quod metus causa, & hoc satis ꝓbat tex. in d. §. volenti. Et ex his infertur ad intellectum huius capi. quod ille, qui renunciauit beneficio per metum, habet duplex remedium. Primum, vt intentet actionem, quod metus causa, & per hoc remedium restituuntur sibi omnia, quæ tradidit per metum cum integritate, vt in c. Abbas, in fi. supra eod. & potest indirecte petere beneficium, intentando vtilem actionem. Nã si cecidisset a possessione sine metu, & sine renunciatione, habuisset actionem directam, puta confessoriam, vel officium iudicis vel vtilem rei vendicationem, iux. no. per Innoc. in c. cum venerabilis. de relig. do. Nunc vero, ex quo renunciauit per metum, habet illam actionem vtilem, quæ prius erat directa: directa vero sibi non competit, quia non potuit prætor directè disponere contra ius ciuile, vt Insti. de bon. poss. post prin. Et secũdum hoc intellige, & limita ea, quæ no. gl. in fi. in ca. Abbas, supra eo. † In gl. 2. ibi, quia, & dicitur vis, impetus maioris rei, &c.
2 aduerte, hic enim ponitur diffinitio, cum quæritur, quid sit vis præcisa: nam duplex est vis, quædam est præcisa, quædã est prorsus contraria volũtati, cum quis ligatis manibus, & pedibus rebaptizatur, vel compellitur communicare excommunicato ĩ ecclesia, & de ista vi non fit mentio in isto titulo. alia est vis cõditionalis, vt quando infertur alicui vis, vt nisi certum quid faciat, minatur alter sibi mortem, & de hac vi fit mentio in isto ti. & hæc vis includitur sub metu: ideo dicit glo. q hodie detracta est mentio vis, quæ olim fiebat in edicto prætoris, & dic quod detracta est mentio in libris iuris ciuilis, quia solum fit mentio de metu, & debet intelligi iste tit. secundum gl. & bene, in vi cõ
3 pulsiua, a vt quando quis per vim conditionalem compellitur rem suam tradere, vel debitorem liberare. Pro alia vero vi, puta expulsiua, vt cum violenter expellitur de possessione sua, vel
4 ablatiua, vt cum alicui aufertur violenter res mobilis, vel vi turbatiua, vel inquietatiua, dantur alia remedia, de quib. in glo.
5 Et in fi. gl. vel dic quod dicitur metus, quia mentem terret. † In gl. in ver. ad resignationem, ibi, si postmodum in resignatione non interfuit metus. Aduerte, quia gl. hic sentit non sufficere, vt metus absit tempore iuramenti de resignando, sed requiritur, vt etiã duret in resignationis actu alias si sponte resignaret, non haberet actionem, quod metus causa, per l. 2. C. eo. vbi
6 dicitur, quod si per metum promisi aliquid tradere, & ex interuallo cessante metu tradidi, non possum repetere, b quia sponte videtur purgatum vitium metus præcedentis. Ioã. And. dicit quod hic durabat metus periurij, quasi dicat, quod ex quo fui compulsus iurare, si postea in executione non durat metus, nihilominus excusor, quia videor exequi timore iuramenti. Moderniores Doc. sequuntur gl. dicentes, quod cum aduersus iuramentum haberet iste remedium, quia poterat petere absolutionem, non excusatur, si postea sponte soluit. Sed mihi plus placet opi. Io. An. per c. j. ũcto c. debitores de iurei. Nam iurans soluere vsuras habet remedium petendi absolutionem, vt in d.
c. 1. tamen si volens satisfacere iuramento soluit, potest postea repetere. Item potuit ille timere periurium quo ad vulgi opin. vnde omnis modica præsumptio sufficit ad tollendam illã præsumptionem, q sponte soluit, sicut in simili. not. Inno. in suscẽptione habitus in c. 1. supra eo. Ad idem quod not. idem Iun in c. præce. vbi dicitur, quod ex quo quis habet remedium repetẽdi, non debet petere absolutionem a iuramento, ad idem c. cõmissum, de sponsa. & hoc iudicio meo aperte probat iste tex. in quo nihil dicitur, quod tempore renũciationis metus durabat, imo tex. in c. fin. dicit, q virtute iuramenti tenebatur restituere. In gl. fi. in fi. no. ex hac gl. tria remedia, cũ iuramentum contineat turpitudinem recipientis, & inter cætera not. quod potest petere absolutionem a iuramento, quod latius dixi supra capit. proxi. Et no. sing. ex tex. iuncta glo. quod dicitur quis adimple-
4 uisse iuramentum, licet non duret effectus iuramenti. † Et facit ad illam quæstio. Nunquid ad euitandam pœnam sufficiat fe-
c cisse actum sibi iniunctum, licet actus postmodum non duret, c de quo plenius per Barto. in l. inter Castellanum. ff. de arbi. & in l. sicut, in §. superuacuum. ff. quib. mod. pig. vel hypo. sol. & facit bene cap. commissum, prælleg.

ADDITIONES.

a Vi compulsiua. Quotuplex sit vis, & quæ remedia dentur pro vi illata, vide pulchre per dom. Ias. in l. fi quando. colum. 1. C. vnde vi. vbi declarat quæ sit vis compulsiua, quæ ablatiua, quæ expulsiua, & quæ turbatiua, vel inquieta tiua. Seb. Sab.
b Repetere. Adde videndum Francis. Aretin. consil. 14. in 4. dubio & Ro. consil. 369.
c Non duret. Adde Bar. consi. 78.
Adde An. Cor. sing. 153. in ver. metus, quod incipit, an operatur timor, & istũ in c. cum super. nume. 4. & quod ibi posui in apost. ad ipsum, in uersi. minæ. Zacha.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum, vt vitetur, debet quis pati mortem. 7.*
2 *Crimen metu commissum, an sit punibile. 5.*
3 *Communicans excommunicato, quam excommunicationem incurrat. 8.*
4 *Communicãs excommunicato propter metum, vel necessitatem, an incurrat excommunicationem. 6.*
6 *Casus a regula exceptuatus, an extendatur ad similes.*
9 *Peccatum ueniale conuertitur in mortale ex nimia frequentatione.*

CAP. V.

SAcris. Excommunicatus non est, qui absolutè co-actus excommunicato communicat, secus si coactio fuit conditionalis. In prima parte decisa consultatio. In secunda distinguens responsio, ibi distinguemus, & primum membrum prosequitur, ibi, in primo. secundum, ibi, in secundo. Casus literalis. Aliquis inuitus participauit excommunicatis. Quæritur vtrum sit excommunicatus. Distinguit hic Papa, vtrum ille, qui communicat excõmunicatis inuitus sit attractus per coactionem aut per metum coactus. In primo casu non est excommunicatus, cum pati magis, quam agere videatur. In secundo casu est excommunicatus, sed metus illatus culpam attenuat, quia pro nullo metu debet quis mortale peccatum incurrere. Ber. No. 1. quod habenti respondere de iure quandoque imminet necessitas distinguẽdi. Sunt enim quædam dubia, quæ sine distinctione decidi non valent, concord. c. literas. de despon. impu. cum multis similib. & ideo alibi distinctio appellatur discretio, vt in c. super literis, de rescrip. Secundo no. duplicem esse vim, præcisam scilicet, & conditionalem, quod autem fit ex vi præcisa non imputatur, qa potius dicitur, quis pati quam agere, quia nulla voluntas reperitur in agente. Exemplum in eo, qui legatis manibus & pedib. compellitur communicare excommunicato in lecto, vel in ec clesia. Vis vero conditionalis est, quando metu mortis, vel cor poris cruciatu, quis communicat excommunicato, & hoc casu dicitur facere, quia hic reperitur voluntas, cum potius eligat
1 communicare excommunicato, quam mori. † Et ex hoc & ex tex. no. quod potius quis debet pati mortem violentam, quàm communicare excommunicato, vel aliquod aliud peccatum cõmittere. Hinc alibi dicit canon, potius quis debet omnia mala pati, quam malo consentire, vt 32. qõ. 5. c. ita ne, no. q metus attenuat culpã, non tamen prorsus eam excludit: minus enim peccat is, qui per metum peccat, quam qui sponte, & ideo minor debet imponi pœna, vt 2. q. 1. c. in primis, & in c. fi. 11. qõ. 3. No. ibi, Labe. q communicatio dicitur labes, & forte ideo secundum Io. And. quia multi in eam labuntur, vel dic quod iõ, quia propter eam anima labefactatur. Item no. q mitius agitur cum ignorante, quàm cum metum patiente: nam ille qui ignoranter communicat excommunicato nullam culpam contrahit, vt in c. nuper. de sent. excom. secus in eo, qui communicat
2 per metũ, vt hic. † Vltimo facit iste tex. ad quæstio. Cautum statuto, q quicunque tale quid fecerit, incidat ipso facto in talem pœnam, quidam fecit per metum actum prohibitum, nũquid incurrat illam pœnam, & videtur primo q sic per istum tex. nã excommunicationis pœna ita innoluitur ille, qui communicat excommunicato per metum, sicut ille, qui sponte. in contrariũ

facit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

facit, quia metus attenuat culpam, & etiam pœnam, vt supra
a dixi. Ex quo ergo ratione metus debet mitius puniri, a ergo nō
debet incurrere pœnam statuti, ad quod bene facit ca. 2. de de-
lict. pue. Sol. dici potest, q pœnam incurrit, sed iudex in impos
tione, & executione debet habere respectum ad metum, vnde
debet minuere ipsam pœnam. Et idem videtur dicendum in
alio casu, vbi in delinquēte reperitur aliqua qualitas, per quam
debet mitius puniri. Ad hoc quod no. Bar. in l. 1. de recep. arb. ad
istum tex. dic, q licet communicans per metum incurrat excō
municationem, nihilominus tempore absolutionis minor pe-
na sibi imponitur, quam sit communicasset sponte, vt est text.
no. in c. fi. 11. q. 3. In gl. vlt. alias 2. in fi. vel secundum Host. com
municans excommunicato per metum si non consenserit ini-
quitati illius, apud Deum nullum detrimentum incurrit. & sic
possunt intelligi, cap. q prædecessor, & c. antecessor, alleg. in gl.
sed quo ad ecclesiam militantem contraxit excommunicatio-
nis vinculum, vt hic. No. hoc dictum Hosti. quod agēs aliquid
per metum, si non consentit iniquitati, nō peccat quo ad Deū.
Sed contra hoc facit iste tex. in eo, q dicit istum culpam cōtra
3 here, licet metus ipsam attenuet. † Et quod dixi, q communi-
cās excommunicato incurrit excommunicationem, intellige
minorē, non autem maiorem, nisi communicasset excommu
nicato in crimine, pro quo fuit excommunicatus, vel fuisset ex
communicatus cum participantibus sibi: hæc probantur in c.
nuper, & c. fi concubinas, de sent. excom. & 11. q. 3. c. quoniam,
& in c. fi. de cler. ex. mi. An autem communicans excommuni-
cato minori excommunicatione incurrat excommunicatio-
nem dic q non, quia excommunicatio non transit in tertiam
personam, vt in d. c. quoniam. q no. In gl. fi. ibi, eos. ibi parificat
tex. rebaptizatos sponte, vel per metum, & in c. quisquis, quod
sequitur, pacificat in teste tacente veritatem spontè, vel metu,
vnde testis incurrit periurium tacendo veritatem, si spontè fe-
cit, sicut si per metum. Sol. dicit Io. And. & bene, q metus non
excusat ab excommunicatione, vt hic, neque ab irregularitate
rebaptizationis, vt in c. eos. neque a periurio, vt in d. c. quisquis
tamen minus peccat, qui hæc & similia agit per metum, & dic
q minor pœna, vel pœnitentia debet imponi, vt est tex. in d. c.
4 fi. 11. q. 3. & 2. q. 1. in c. in primis. † Sed extra gl. opp. videtur enim
q metus debeat excusare participantem cum excommunica-
to à pœna excommunicationis: videmus enim q viator, seu pe-
regrinus transiens per terram excommunicatorum, licitè eis q
municat propter necessitatem famis, vt in c. quoniam multos
11. qō. 3. c. inter, de sen. excom. Item creditor excommunicati
licitè sibi communicat pro recuperatione rerum suarum, vel
sibi debitarum, vt in c. fi verò, de sentē. excom. no. in c. intellixi-
mus, de iud. Si ergo necessitas vitæ seruandæ contra necessita-
tem victus excusat à sententia excommunicationis, fortius ne-
cessitas seruandi vitam contra timorem gladij deberet excusa
re participantem cum excommunicato. Sol. cōtrarium est dif-
ficile, & potest solui tribus modis. Primo, q loquitur iste tex. in
communione in crimine & sic quando quis per communionē
incurrit peccatum mortale seu maiorem excōmunicationem,
tunc enim cessant contraria: nam non est licitum cōmunicare
excōmunicato in crimine propter necessitatem famis, nec pp
necessitatē bona sua recuperandi. Sed quia hæc Sol. nimis strin
git literam, datur & secunda solutio, vt intelligatur text. in me-
tu vano, qui rē non excusat, secus aūt si metus fuisset talis, qui
potuisset cadere in constantē virū. hæc etiam solutio nimis re-
stringit tex. imo litera vī innuere contrarium, dum dicit, q pro
5 nullo &c. & sic includit metum ēt sufficientem. † Et facit hæc li
tera multum contra opi. Cy. in l. 2. C. vnde vi, in pen. q. vbi for-
mauit qōnem notabilem. Quidam habens vxorem suspectam
de adulterio præcipit seruo, seu familiari suo, vt eam interfice-
ret, alias minabatur sibi mortem: seruus timore mortis proprię
occidit vxorem: quæritur nunquid seruus sit excusatus ab ho-
micidio? & tandem concludit post Pet. q sic, quia hoc fecit ser-
vus ad tutelam sui corporis: nam sicut excusatur quis occiden-
b do alium causa defensionis, b vt in cle. fi furiosus, de homic. ita
debet excusari iste, qui vt non periret, vxorem domini interfe-
cit. Idem sentit gl. in l. pen. ff. si fa. fur. feci. di. & Barto. in l. 2. ff. de
noxa. actio. & satis bene fac. ibi tex. de iure canonico seu diuino
non crederem hoc dictum Legislatum procedere, quia [vt no-
tanter dixit tex. quem ad hoc notabis] pro nullo metu debet qs
peccatū mortale incurrere, & est ratio, quia [vt supra dixi] po-
tius debet quis conseruare vitam animæ, quàm corporis: nam
committēdo peccatum mortale moritur corpus, quinimo vir
perfectus potius deberet pati mortem corporalem, quam cō-
mittere peccatum veniale, quia peccatum veniale opponitur
seruori charitatis, vt no. gl. in proœmio sexti: vir autō perfectus
potius debet eligere interitum corporis caduci, & mortalis, q̄
perdere seruorem charitatis, quam habet in Deum, facit quod
leg. & not. in c. quæritur, & in c. ne quis. 2 2. q. 2. Item non potest
negari, q occidendo alium propter metum quis non committat
homicidium, ex quo ille, qui nunc est interfectus, non erat
aggressor. 15. qō. 1. c. merito. sed quia debet potius omnia mala
pati, quam malo cōsentire. 32. q. 5. c. ita ne. Nec ob. si dicatur, q
iste fecit ad tutelam sui corporis, & q licitè quis alium occidit
causa defensionis, quia ista procedunt, quādo quis occidit suū
aggressorem, quia tunc potius aggressor dicitur seipsum occi-
dere, & iste dicitur pati, vt no. in d. cle. si furiosus, sed in casu nō-
stro iste, qui metu alterius facit, directè agit, & expleт iniquita-
6 tem alterius. † Et redeundo ad contrarium datur 3. solutio secū
dum Io. And. qui non valet aliter soluere contrarium, dicit, q
casus exceptus contra iuris regulā non est extendendus ad aliū
casum eiusdem, vel paris rationis, nisi per principem, allegat l.
si vero. §. de viro. ff. fol. mar. & quod no. in c. constitutionem, de
reg. iur. lib. 6. & in reg. quæ a iure communi, de reg. iur. lib. 6. &
notabis singulariter hoc dictum ad materiam extensionis. In
contrarium tamen facit l. 2. ff. ad Tertu. & in c. cum dilecta, de
confir. vti. & gl. in l. 1. C. de cond. indeb. & in cle. 1. de elect. cum
multis simi. & maximè est glo. sing. in c. 1. de temp. ord. lib. 6. vbi
dicitur, q vbi est omnino eadem ratio, debet esse eadem iuris
dispositio, etiam in pœna: sed potius ex mente videtur cautum
in l. sed propter necessitatem vitæ conseruandę licitum est cō-
municare tempore famis excommunicato, & eadem ratio vi-
tæ conseruandæ est imminente timore gladij, ergo & tunc de-
7 bet excusari metus. † Fortè ob ista, quæ possent opp. D. Ant. po-
nit aliam solutionem, dicens q necessitas famis excusat, & non
necessitas gladij, quia primo casu, principium mouens mortē
venit ab intra: nam patiendo mortem propter famem quis di-
sponit in seipsum, ita q ipse videtur seipsum occidere, ex quo
potest sibi subuenire, vnde cū iste sit constitutus inter duo ma-
la, debet eligere minus malum, vt potius communicet excom
municato, quam fame parire. Sed in secundo casu, principium
mouēs mortem venit ab extra, quia alius minatur mortē, quo
casu iste non dicitur agere, sed pati, sed melius est pati mortem
ab alio inferendam, quam committere peccatum, quia cōmit
tendo iniquitatem, agit, sustinendo mortem, patitur, passio ve-
ro non imputatur, sed actio sic: hæc ratio secundi dicti mihi pla
cet, sed ratio prima potest morderi: nam nego, q quis dicat se
ipsum interficere, si propter honestum conseruandum fame
perit. Nam ex hoc sequeretur, q mulier propter necessitatē fa-
mis posset eligere vitam turpem, cum sit minus peccatum for-
nicatio, quam homicidium, q tamen non est licitum etiam se-
cundum legem ciuilem, vt in l. palam. ff. de ritu nup. & alibi di-
cit tex. q non minus debet quis timere fluprum quam mortē,
vt in l. isti, quidem, ff. quod met. cau. Item in iure non est possi-
bile, quod dicit D. Anto. vt verè quis possit constitui inter duo
mala, quia lex non est imposita super impossibili. 3. distin. c. erit
autem lex. Vnde aliter non esset peccatum, si euitari nō posset,
quia non est peccatum nisi sit voluntarium. 15. q. 1. in prin. vn-
de de iure non esset dare perplexitatem in delictis, vt no. 28. di.
in sum. nec ob. c. duo mala, ea. dist. quod allegat. D. Ant. quia il-
lud procedit secundum falsam opi. estimantis se esse inter duo
mala, sed verè non est possibile: vnde oportet dicere, q propter
necessitatem famis non esset peccatum communicare excō-
municato. Nam si in se esset malum, deberet quis fame perire.
Posset solui, & quinto, iudicio meo, q ideo nō excusatur in me
tu sed in necessitate famis sic, quia maleficia distinguuntur vo-
luntate, & proposito, in c. cum voluntate, de sen. excom. & in l.
qui iniurię. ff. de fur. Is autem qui communicat excommunica
to propter necessitatem famis, non agit communicare excom
municato, neque committere iniquitatē, sed principaliter sub
uenire necessitati suæ. Is autem, qui communicat propter me-
tum, agit committere iniquitatem quia ad hanc committen-
dam compellitur, quam non debet ipse committere propter
malum corporis. Nec obs. q dixi, q propter bona recuperanda
licite communicamus excommunicato, quia illud permittit
in odium excommunicati, ne reportet commodum de mali-
8 tia sua, vt in c. intelliximns. de iud. † Vltimo hic quæritur, c num
c quid communicans excommunicato peccet mortaliter? vide-
tur primo q sic, per istum tex. vbi dicitur, q pro nullo metu de
bet quis incurrere peccatum mortale, & loquitur de participā
te cum excommunicato per metum. Secundo facit c. fi. de cle.
excom. mi. vbi dicitur, quod excommunicatus minori per par
ticipium cum excommunicato grauiter peccat celebrando, si
enim

ADDITIONES.

a Puniri. Adde Bal. consi. 338. 3. lib.

b Causa defensionis. Pro concordia aduertendum, est, q Bald. in l. seruos. C. ad
L. Iul. de vi pu. dicit signanter per illum tex. quod ille, qui metu tyranni ali-
quem occidit, non excusatur, sed pœna mitigatur: quia non debet mori. &
hoc etiam voluit Bal. in c. 1. §. iniuria col. 3. de pace iura. firmā. Et ad hæc, q
dicit Abb. hic facit quod no. Car. Alex. in c. testamentum. 5. dist. vbi dicit, q
si prælatus præcipiat lacerdoti existenti in peccato mortali, ut missam ce-
lebret in casu necessitatis, non debet celebrare, etiam quod istius metus in
terueniat, & potius debet mori. Seb. Sap.

c Quæritur. In hac quæstione vide multa pro & contra relata per Fel. in c. a no
bis, de excep. Seb. Sap.

enim illud participium non induceret peccatum mortale, sed
veniale, non diceret tex. quod grauiter peccat celebrando, ma
me quia venialia dimittuntur per orationem dominicam, &
confessionem generalem, quam facit sacerdos in introitu mis-
sæ, & per aspersionem aquæ benedictæ, vt no. in proœ. 6. de pę.
dist. 3. in cap. de quotidianis. Ad idem c. pia, de excep. lib. 6. cum
si. In contrarium facit, quia si talis communio: induceret mor-
tale, non permitteretur propter necessitatem famis, nec pmit-
teretur familia communicare domino excommunicato, cui
contrarium habetur in d. c. quoniam multos, & d. c. inter. Solu.
in hac q. varia sensérunt Doct. Goffred. in summa eo. tit. tenuit,
quod contrahitur mortale. Idem Goffred. in summa sua, dicēs,
quod aliter tenentes blandiuntur peccatoribus. Host. autem in
summa de sent. excom. §. fi. ver. sed nunquid participans, tenuit
quod participans contra prohibitionem, canonis incurrit ve-
niale, sed participans ɔ̄ præceptū superioris peccat mortaliter,
& ideo potest excommunicari. Ad illud c. respondet, quod lo-
quitur, quando quis fuit excommunicatus cum sibi participā-
tibus, quo casu communicans peccat mortaliter, & incurrit ex
communicationem maiorem, quia venit contra præceptum
superioris factum sub pœna excommunicationis: hoc ipse pro
bat, quia hoc c. est pars c. sacris. infra de sen. excom. vbi loquitur
text. de tali excommunicato. Ioan. And. post multa concludit,
quod communicās excommunicato regulariter peccat venia
liter: fallit in sex casibus secundum eum. Primus, quando quis
communicat in contemptum clauium: nam contemnere po-
testatem ecclesiæ, est mortale. Secundus, quando fit in contem
ptum superioris, seu contra præceptum suū, ar. in c. xj. de maio.
& obed. Tertius, quando quis communicat excommunicato
in diuinis, arg. c. significauit. infra de sent. excom. Quartus, quā-
do communio fit in crīe, pro quo fuit excōmunicatus nam tūc
communicans incurrit maiorem excommunicationem, vt in
c. si concubinæ, de sent. excom. Quintus si erat excommunica
22 niam, capitulum vero iuri communi, vt in c. 1. de elect. † Sed D. Ant. non placet ista diuersitas, quam ponit Host. nec etiam mihi, quia de iure non probatur. & ad c. ex literis, dic, vt supra dixi, vt argumen. à contrario sensu procedat ibi quo ad confirmationem, & non quo ad præsentantem: vnde illud c. declaratur per istud. Sentit tamen D. Ant. hic vnum dictum, quod mihi satis placet: dicit enim, quod si præsentatio fuit facta à bonæ fidei
c possessore ante litem motam, debet fieri confirmatio, licet ante confirmationem sit mota lis super iure, seu proprietate iuris eligendi. Ratio potest esse iudicio meo, quia ex quo præsentatio fuit facta ante lit. motam, non subiacet amplius restitutioni per contesta. postea factam: nam sicut fructus percepti non subiacent restitutioni, nisi a tempore lit. contesta. vt supra dixi, ita nec virtus istius electionis iam præsentatæ superiori ante lit. cõtesta. debet impediri per contestationem superuenientem, & sic hoc limitat multũ istum text. per hoc habes expeditam materiam intrinsecam. Innocen. plene tractauit hic qualiter per-
23 datur possessio iuris eligendi. † Sed tu adde quoddam pulchrũ dictum ipsius in cap. querelam, de elect. per quod limitantur dicta sua hic. Item tractat qualiter acquiratur possessio iuris eligendi, & vide per eum plene hic, & inter cætera ponit vnum di
d ctum valde no. d quod quotidie allegatur: dicit enim, quod possessio iuris eligendi non acquiritur nisi interuenientibus tribus primo quod quis eligat: secundo requiritur patientia eorũ, qui erant in possessione eligendi: tertio confirmatio electionis per superiorem facta, vnde dicit, quod electio habet istas tres personas. Et ratio esse potest: nam per solam electionem gs possidet labia sua tantum. Item cum possessio ista sit quid incorporale, non potest acquiri sine scientia, & patientia illius, qui est in possessione, vt in l. 2. C. de seruit. no. Innocen. in capit. bonæ, il 2. de post. prælat. & in cap. conquerente, de offic. ordina & Bar. in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itin. actuque priua. Item nisi sequatur confirmatio per superiorem, electio non habet effectum suum: & hoc tene menti. Item adhoc, vt valeat electio facta à possessore, oportet secundum Innocen. quod sit in bona fide. Et ratio potest esse, quia sicut possessor malæ fidei non facit fructus suos, ita ille qui eligit, si est in mala fide, non debet consequi effectum illius electionis, cum isti fructus subiaceant restitutioni propter malam fidem, quod no. Et an præsumatur quis in bona fide. vide hic per Innoc. Nic. Abb.

ADDITIONES.

a Optione ecclesiæ. Adde videndum Are. consi. 19.
b Confirmatio. Adde pro hoc dicto Ioan. And. Pet. de Anch. & Phil. Franc. in c. prouida, de elect. lib. 6. glo. in c. 1. §. facta autem electione, eo. tit. in pragmatica. Zac.
c Confirmatio. Vide quæ not. penulti. gloss. & Docto. in l. 2. C. de petit. hæredi. Seba. Sap.
d Valde not. Adde Calde. consi. 14. de iure patro. & uide etiam in duobus capsequen.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia quandocunque restituitur aduersus necessariam probationem omissam, etiam contra aliam ecclesiam, & numero 8. & 16. vide ibi, in fine.*
2 *Libellus est largissime interpretandus in fauorem litigantis.*
3 *Scriptura licet requiratur in gratia Papæ, tamen declaratio illius gratiæ potest fieri per testes.*
4 *Probatio dubia non releuat probantem, etiam si sit ecclesia.*
5 *Præscriptio non currit, sine intervumpitur, contra ecclesiam, ipsa vacante.*
6 *Termini exclusiui probationum ita currunt contra, ecclesiam, sicut contra priuatum.*
7 *Lesio an præsumatur, an vero debeat probari.*
8 *Priuilegiatus an vtatur priuilegio suo contra pariter priuilegiatum.*
9 *Exemptiones in spiritualib. non possunt concedi per Principes seculares.*
10 *Ecclesia minor, & ciuitas, æquiparantur, & etiam Imperium, & numero 11. & 13.*
12 *Ecclesia restituitur in integrum aduersus præscriptionem contra eam factam.*
14 *Minor vel ecclesia, an restituatur aduersus eorum contumaciam.*
15 *Ecclesia restituitur aduersus lucrum.*
Ecclesia restituitur aduersus delictum prælati in iudicijs.
17 *Ecclesia si restituatur aduersus priuatum, an priuatus restituatur aduersus ecclesiam.*

CAP.

CAP. III.

1 AVditis. †Etiam contra ecclesiam restituitur ecclesia, quæ grauiter fuit læsa propter probationem omissam. Vel summa clarius sic. Ecclesia læsa in probatione necessaria omissa, potest petere restitutionem in integrum, non obstante termino iuris probationis exclusiuo, & restitutionem petere potest non solum contra priuatum, sed etiam contra ecclesiam. h. d. primo recitat factum. Secundo interloquitur ibi, licet autem. Casus literal. Inter episcopum Vigorien. ex parte vna, & Abbatem de Euescan ex altera super quibusdam ecclesijs in valle de Euescan constituris, qõ vertebatur, quas dicebat eps̃ ad se spectare lege diœcesana: Abbas dicebat illas esse exemptas ab episcopi iurisdictione, & si hoc non esset, dicebat se in illis ecclesijs episcopale ius legitime præscripsisse: receptæ fuerunt probationes hinc inde coram iudicibus delegatis, tandem est delata causa ad sedem Apostolicam. Videns episcopus, quod ecclesiæ prædictæ p priuilegia non erant exemptæ ab eius iurisdictione, tamen abbas præscriptionem probauerat cõtra ipsum, allegauit, ꝙ Vigorie. ecclesia vacauerat tanto tempore, ꝙ illo de medio subducto, p̃scriptio non esset completa, ad hoc probandum per beneficiũ restitutionis petijt se admitti. Abbas hoc audiens allegauit, ꝙ vallis de Euescan est, ille locus, g fuit libertati donatus p duos Reges, quem Celestinus libertati donauit, & ad hoc probandũ petijt se admitti per idem beneficium: papa auditis, & intellectis meritis huius causæ, licet esset in causa concluſum, quia tamen vtraque pars necessariam probationem omisit, & vtraque fungitur iure minoris, æquitate pensata vtranque ecclesiã admitti tad probandam rationem omissam, ne alterutra pars p
9 pter huiusmodi negligentiam graui iactura lædatur. Ber. No. 1. ibi, diœcesana lege, quod lex diœcesana largè sumpta comprehendit in se omnem iurisdictionem episcopi, nam vt patet ex seq. hic ꝓtendebatur de totali iurisdictione episcopi, & idẽ no.
2 in c. auditis. j. de præs. quod est pars istius c. † Et ex hoc infero, ꝙ libellus est largissime interpretandus, ad hoc l. si quis intentione ambigua. ff. de iud. & c. constitutus. de reli. do. iuncta gl. nã in materia restringibili lex diœcesana accipitur stricte, vt nõ comprehendat ea, quæ sunt iurisdictionis, vt in c. dilectus, de off. or,
3 & declara ista, vt ibi plene dixi. † Itẽ no. ꝙ licet priuilegium papæ non possit probari nisi per scripturam, iuxta no. per Archid. & Ioan. And. in procem. 6. & per Bald. in l. humanum, C. de le.
4 tamen si gratia Papæ a probatur principaliter per scripturam ipsius, possunt adduci aliæ probationes extrinsecæ ad declarandum scripturam papæ, vt hic multum no. probatur: nam priuilegium papæ hic erat incertum, quia referebat se ad loca donata per illos Reges. & admittitur hæc probatio ad certificãdum, & declarandum illud priuilegium papæ, & hoc tenebis
4 menti. † No. 3. ꝙ si probatio non concludit necessario, non relenat probantem, ẽt si sit ecclesia, & in hoc vide, quod dixi post Io. An. in c. auditis. Quarto no. ꝙ prælatus citra eps̃m potest præscribere omnes ecclesias existentes in certa parte diœcesis, quo ad totale ius epale, vt sic iste prælatus inferior, & non episcopus, ibi iurisdictionem exerceat episcopalem, quod clare innuit hic tex. ibi, pleno iure & c. nam tunc ecclesia est subiecta alicui pleno iure, quando episcopus nullum ius epale ibi exercet, vt no. in c. quoniã. de pri. & potest intelligi tex. ꝙ Abbas possedit pleno iure. i. in spualib. & tpalib. ꝓ quo vide bonã gl. & qđ ibi dixi in c. conquestus, de foro comp. Et ex hoc primo infertur, ꝙ institutio authorizabilis quo ad curam populi ẽt præscribi ꝛ episcopum, de quo vide quod dixi in c. cum venerabilis. de censi.
b Item infertur, ꝙ nedum prælatus secularis, sed ẽt religiosus b potest aliqua loca nomine sui monasterij pleno iure præscribere,
5 & vide quod dixi in d. c. auditis, & c. cum olim, de ps̃. † Quintò no. ꝙ tempus vacationis ecclesiæ subducitur ipso iure de p̃scriptione, vñ isto tempore non currit præscriptio, siue contingat vacatio in princ. siue in medio, siue in fi. præscriptionis, de quo
6 in c. 1. & in c. de quarta, de præs. † Sexto no. ꝙ præscriptiones iudiciales currunt contra ecclesiam: nam termini exclusiui probationum seu allegationũ possunt dici quędã probationes iudiciales, & pariter currunt contra ecclesiam, sicut contra priuatum, vt hic, & in c. coram. j. eo. & in c. pastoralis. j. de exce. cum si. nam vides hic, ꝙ terminus conclusionis ita ꝛcludit ecclesiã sicut priuatum. Septi no. ꝙ ecclesia restituitur aduersus præscr. iudiciales i. aduersus terminos exclusiuos probationis fiendæ, seu exceptionis proponendæ, ad idem in cl. vnica. eo. ti. Sed dubium est, nunquid restituatur ecclesia aduersus præscriptionẽ
7 extraiudicialem? de quo dicam cum gl. † Octauo no. ibi, vt assetit, ꝙ in petenda restitone aduersus probationem omissam non est necesse probare aliter læsionem: nam eo ipso apparet de læ-
c sione, ꝙ ecclesia omisit probationem c necessariã in termino. Vnde satis est hoc allegare, quod tene menti: vnde non est necesse producere prius testes super hac læsione: secus dic quãdo allegaretur læsio propter priuilegia omissa: nã debẽt prius ista exhiberi iudici, antequam cõcedatur restitutio, ne allegatio fiat in fraudem, vt probatur in c. præcedenti. in ver. nos igitur. Item secus est, quando allegatur læsio in contractu, vel aliter extraiudicium: nam tunc debet prius probari læsio, quam detur restitutio, vt le. & no. j. eo. c. ex literis, vt in l. in causæ. §. causa cogni
8 ta, ff. de min. † Nono no. ꝙ ecclesia restituitur nedum cõtra priuatum, sed etiam contra ecclesiam, vt ꝛ. c. j. Ex quo vñ inferri, ꝙ priuilegiatus potest vti priuilegio suo contra pariter priuilegiatum, ꝙuod est contra tex. in auth. de san. epis. §. sed & hoc præsenti, & contra gl. in c. in præsentia, de prob. sed tu intellige istũ
d articulum, vt no. Bar. in auth. quas actiones. C. de sacrof. eccl. & dixi in d. c. in præsentia. nam istud c. procedit, quando cõcurrit solum priuilegium vnius. Restitutio enim datur ecclesiæ læ, vnde alia ecclesia, quæ non est læsa in illo articulo, non hẽt in eo priuilegium, secus autem quando priuilegium vtriusq; concurrit super eo: tunc. n. conquassantur priuilegia, & vtuntur iure communi, & sic procedit contrarium. Et ex hoc, & ex tex. infero, ꝙ si ecclesia contraxit cum ecclesia, & fuit læsa in contractu potest petere restõnem aduersus ecclesiam: nã in iudicio, quasi contrahimus. l. 3. §. idem scribit. ff. de pec. ad idem l. verũ. in fi. ff. de min. vbi minor restituitur contra minorem in cõtractu locationis. Decimo no. ibi, æquitate pensata, ꝙ rest. in inte. est fundata super quadam æquitate. Vndecimo & vl. no. ibi, gra uis iactura, ꝙ restõ non conceditur nisi ob grauem iacturam, seu læsionem, quod dixi in c. 1. ꝛ. eo. Et no. ibi, negligentiam, ꝙ negligentia prælatorum litigantium non excludit ecclesiam a restitutione illa consequenda. In gl. 1. in fi. Intellige istam glo. & tex. de libertate quo ad temporalia, vt dicitur in gl. seq. in fi. nã isti Reges ista loca exemerunt a iurisdictione dominorum tẽporalium, & voluerunt ea esse libera ab omni onere seculari.
9 † In spiritualib. autem non possunt principes seculares cõcedere priuilegia, seu exemptiones, quia non pertinent ad eorum iurisdictionem, vt in c. dudum. de decim. & in c. bene quidem. 96. dist. & c. ecclesia S. Mariæ, de const. cum sim. & hoc etiã volue-
10 runt Doct. hic. † In gl. in ver. iure minoris, no. ex prima parte huius gl. ꝙ ecclesia non solum vtitur iure minoris, sed ẽt quandoque vtitur iure reipublicæ, & sic priuilegia ꝓcessa Reipub. vñ ꝓcessa ẽt ecclesijs, & idem no. gl. in c. 1. ꝛ. c. hoc facit, qa ius publi cũ ꝓsistit in sacris & sacerdotib, vt. 1. dist. c. ius publicũ. Scdo no. ꝙ ecclesia ꝑt vti ẽt iure Impij, & sic priuilegia attributa Impio de bẽt extendi ad ecclesiã, ꝙ bene no. ꝓ hoc facit, quia ecclesia habet imperium in spualibus, quæ sunt digniora temporalib. ergo ista priuilegia debent a maioritate rationis extendi ad ecclesiam, nã ecclesia habet principatũ, vt in c. non minus, de imm.
11 ecc. & vide bo. tex. 22. dist. in c. 1. & 2. † Præterea sicut dicimus, ꝙ præsbyter vtitur priuilegio militis, quia est miles Dei, vt no. gl. in l. miles. ff. de re. iu. & dixi in c. 1. de cler. ægr. ita ecclesia, q̃ hẽt imperiũ in spualibus, & ẽt in tpalib. saltem habitu, vt in ca.
e nouit. de iud. dẽt vti iure Imperij. e Tertio no qđ plati f æquparãtur tutorib. & curatoribus, sed dic, ꝙ non quo ad omnia, quia
f
g pinguius ius, & honorabilius habet prælatus, quam tutor, g &
12 vide ad hoc bonam glo. q. 3. in c. fi. † In ea. glo. ibi, sed in quibus casibus ecclesia. Glo. hic vsque ad ver. & potest, prosequitur an ecclesia restituatur in integrum contra præscriptionem extra
h iudicialem, h & non benè firmat pedes, sed potius videtur vel le inclinare in partem negatiuam. Docto. hic recitant aliquas opi. & bene non firmant pedes. Sed ego plenius cæteris examinaui in c. j. de præs. & dic, vt ibi dixi. Et opin. magis communis est, vt restituatur, nam si restituitur aduersus contractum, qui est de iure gentium, & vbi interuenit verus cõsensus vtriusque partis, fortius debet restitui aduersus præscriptionem, quæ est de iure ciuili odiosa, & fundatur super negligentia. Itẽ satis alienat, qui patitur præscriptionem, ut in l. alienationis, ff. de verb. sign.

ADDITIONES.

a Gratia papæ. Adde Old. consi. 326.
Adde Iac. Reb. an l. prohibitum, nu. 1. & ibi in apo. Celsi. vbi concordat opi. Docto. quia in hac quæstione sunt contrarij. C. de iure fis. lib. 10. de quo per Ale. in l. contrahitur, ff. de pig. & per Card. post gl. in cle. dudum not. de rep. & in cle. 2. in prin. de præb. Zac.
b Religiosus. Adde Bal. consi. 93. 5. li.
c Probationem. Adde An. de Bu. consi. 63.
d Pariter priuilegiatum. Adde Ro. consi. 419.
Pariter priuilegiatum. Quando priuilegiatus possit vti priuilegio cõtra priuilegium, ponit Bald. in l. 3. C. de priui. fis. & in auth. habita, C. ne fil. pro patre. & in auth. quas actiones, col. 3. vbi Mod. C. de sac. san. eccl. & Fel. in c. in præsentia. col. 11. ver. & quoniam iste articulus, inf. de prob. & pulchre per Ale. in consi. 50. inc. quoniam causa. in v. col. Scb. Sap.
e Iure Imperij. Adde quod volui. Ro. consi. 301.
f Quòd prælati. Vide Fel. in c. cum deputati, col. pen. quando prælatus æquiparetur tutori, inf. de iud.
g Quam tutor. Adde quòd ideo Bal. in l. fi. ff. de tu. & cura. dis ab his, dicit quod in prælato est repetire quasi possessionem, quæ non reperitur in tutore.
h Extraiudicialem. Adde Ro. consi. 47. & 116.
Extraiudicialem. Vide de hoc arti. do. Ab. in consi. 33. inc. Casus cõtingẽtiæ. in j. vol Pa. de Ca. post Bar. in auth. quas actiones, co. vl. ver. quæri, gl. C. de sacrof. eccl. Cal. in cl. 1. col. 8. ve. nono quæro, de rest. in inc. & late Fel. in c. 1. col. 6. ver. dum solemniter Abbas. de præs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſign. ſed eccleſia reſtituitur aduerſus veram alienationem, vt in c. 1. 3. eo. ergo fortius aduerſus fictam, vel præſumptam. Itē cle. vnica. eo. tit. loquitur indiſtincte. Nec ob. ratio, & fundamentū huius gl. q̄ ſi daretur reſtitutio, fruſtra preſcriptionis iura eſſent condita: nam hoc arg. non concludit, tolle inſtantiam in minore, item in præſcriptionib. iudicialibus, quæ non currunt cōtra eccleſiam, & tamen datur reſtitutio, vt hic. Item poſt quadriennium nullum remedium competit, & ſic reſtitutio non excludit omnino effectum præſcriptionis, & de iſto quadriennio vide tex. cum gl. in c. 1. 3. eo. lib. 6. per quod deciduntur hodie qōnes, quæ ponuntur hic in ſi. gl. In gl. pe. † Aduerte, quia gl. hic, p̄ſequitur quæſtionē tacite, quam formaui in gl. præceden. nunquid in oīb. eccleſia æquiparetur minori? & iunge glo. ſi. cū iſta enumerando caſus ſingulares, & vſ gl. ſentire, q̄ in materia reſtitutionis eccleſia in omnib. æquiparatur minori. Ex qua no. q̄ omnia iura loquentia de minoribus in materia reſtitutionis debent trahi ad eccleſias, quam tene menti. Et præcipue no. ex gl. q̄ † ſi eccleſia fuit condemnata, vt contumax, q̄ poſſit petere reſtitutionem, & all. gl. l. minor etiam, ff. de mino. vbi tex. loquitur ſimpliciter, ſicut hic allegatur per glo. ſed hēt in ſe multos intellectus, vt ibi no. nam fortiter ob. quia minor non reſtituitur aduerſus dolum ſeu delictum, vt in l. 1. C. ſi aduer. delī. l. auxilium, ff. de mino. ſed non comparens ad citationem iudicis, vſ in dolo, vt in d. l. non poteſt, ff. de reg. iu. Item contumacia eſt delictum graue, vt in c. 2. de ma. & obe. ergo non dēt reſtitui minor, vel eccleſia aduerſus contumaciam. Sol. ſi cōſtat de vera contumacia, & eccleſia vel minor fuiſſet condēnatus pro contumacia, non audiretur petens reſtitutionem, vt in cōtrarijs; ſed illa l. debet intelligi in contumacia non notoria, ſiue in contumacia ſine dolo: nam minor non comparendo poteſt eſſe in culpa, & non in dolo; vnde minor bene reſtituitur aduerſus delictum præſumptum de præterito, vt in l. ſi ex cauſa. in ſi. ff. de mino. & ita reſponder Bar. in d. l. minor. Intellige ergo gl. iſtam, q̄ reſtituitur eccleſia, ſi fuit condemnata vt cōtumax, q̄ñ non conſtat, q̄ iſta contumacia fuit doloſa. Secundo poteſt intelligi, quando eccleſia reportauit ſniam contrariam ex contumacia ſua: nam tunc poteſt petere reſtitutionem cōtra ſniam, & hunc intellectum ēt ibi firmat Bart. & no. bene hoc dictum, ex quo habes, q̄ eccleſia poteſt petere reſtitutionem cōtra ſententiam, aēt ſi fuit lata ea abſente contumaciter; ſic limita c. 1. 3. eo. tit. lib. 6. † Secundo no. gl. q̄ eccleſia reſtituitur ēt in lucro, ſicut minor, vt ſi ex contractu, vel quaſi contractu perdidit lucrum. Ex hoc dicit hic Io. And. poſt Doc. antiquos, q̄ ſi eccleſia non fuit vſa reſcripto negligēter intra annum, poteſt petere reſtitutionem in integrū, ſecus ſi vti poſtpoſuit doloſe, quia ſm Doct ēt eccleſia non reſtituitur contra dolum, vel delictum, ſicut dicimus in minore, vt in iurib. præal. quod intelligit Hoſt. quando tota eccleſia fuit in dolo, per reg. delictum, de reg. iur. lib. 6. & 16. q. 6. c. ſi epiſcopum. Et no. bene hoc dictum, nam in iudicijs delictum prælati nocet eccleſiæ, vt no. gl. in d. reg. delictum, tſi debet reſtitui, vt no. voluit hic Hoſ. quod no. † Extra gl. quæritur pro declaratione tex. & materiæ, nunquid eccleſia indifferenter debeat audiri per reſtitutionem in integrum aduerſus probationem omiſſam? Inn. hic in effectu vſ diſtinguere, q̄ aut vult probare id. ſuper quo nullas probationes induxerat, & debet audiri, vt hic: nam epſs iſte nullam probationem feecerat ſuper vacatione eccleſię: & idem dic, q̄ñ induxerat probationē, ſed non timetur aliqua ſubornatio in teſtibus, ſeu probationib. producendis, ar. 3. c. prox. & 3. eo. c. coram. aut eccleſia petit reſtitutionem, vt poſſit probare ſuper articulis antiquis, in quib. facta fuit publicatio atteſtationum, & tunc non debet audiri, ga timetur de ſubornatione teſtium, ar. in c. fraternitatis. de teſti. & c. conſtitutus, eo. tit. & in cle. 2. eod. tit. non. n. debet hoc caſu reſtitui, quia eſt contra eccleſiam præſumptio doli, niſi diligenti inquiſitione per iudicem præmiſſa appareat, q̄ eccleſia omiſit probationem ſui facilitare, ita q̄ excluda tur præſumptio ſubornationis. & no. ſin. hoc vltimum, vt per reſtitutionem in integrum poſſit fieri productio teſtium publicaris atteſtationib. quando per cauſæ cognitionem excluditur præſumptio ſubornationis. Et idem dicendum in minore per hūc tex. ſm vnum intellectum in l. minor 25. an. ff. de min. Sed contra hanc concluſionem Inn. opp. Reſtitutio in integrum non datur contra dolum præſumptum de futuro, vt in l. auxiliū. 1. reſponſo. ff. de mino. ſed timor ſubornationis nil aliud eſt, quam præſumptio doli futuri, ergo non debet eccleſia, vel minor contra iſtam p̄ſumptionem reſtitui. Sol. dic, q̄ contrarium procedit, quando minor, vel eccleſia ex tali præſumptione non ſentiret damnū de præſenti, vt ſi vult reſtitui aduerſus acculationem adulterij, ſecus autem vbi ſentiret damnum de præſenti reſtitutione non conceſſa. tunc. n. ne propter præſumptionem doli futuri eccleſia ſentiat damnum de præſenti, ſit reſtitutio. Et hoc plenius p̄ſequitur Bar. in l. 1. §. nunciatio. ff. de noui ope. nun. vbi recitat, & ſequitur iſtam opi. Inn. & ibi etiam proſequitur, nunquid ceſſa reſtitutione minori, vel eccleſiæ, ſit licitum alteri parti intra dilationem conceſſam eccleſiæ producere teſtes, & dic vt ibi no. per eum, & vide ēt Spec. in tit. de dila. §. videndum, ver. in ſumma. Item limita prædicta ſm aliud dictum Spec. in ti. de in inte. reſt. §. 1. in 2. parte, ver. ſed pone. vbi dicit, q̄ eccleſia nō reſtituitur aduerſus peremptorium præfixum ad opponēdum crimina contra litigantem ſuper beneficio, quia ex omiſſione illius probationis eccleſia non conſequitur aliud damnum pecuniarium. Item quia in executionibus pœnarum nō habet locum reſtitutio, vt in d. l. auxilium, ſed litigans puniretur, ſi probarentur crimina contra eum, quia excluderetur a iure ſuo, vt in c. accedens. 3. de accu. No. ergo vnam reg. ex prædictis, q̄ vbi eccleſia, vel minor non conſequitur damnum pecuniariū, ſeu non perdit lucrum, non debet reſtitui aduerſus iſtas p̄ſumptiones iudiciales. † Vlt. hic quæritur, quia tex. loquitur hic quando vtraque eccleſia fungitur iure minoris: ſed pone, q̄ eccleſia litiget cum priuato, nunquid ſi reſtituatur eccleſia aduerſus læſionem, debeat reſtitui ēt priuatus? Inn. hic dicit, q̄ nō, & ponit exemplum, quando vtraque pars fuit confeſſa aliquid in iudicio: licet. n. eccleſia reſtituatur aduerſus confeſſionem ſuā, tamen non reſtituitur priuatus aduerſus confeſſionem ſuam, ga eccleſia auditur iure ſingulari: ad hoc l. cum minor. ff. de min. vbi bonus tex. quod limitat Inn. niſi quatenus peteret priuatus reſtitutionem circa cohærentia confeſſioni eccleſiæ? pro hoc poteſt allegari l. ēt. ff. de mino. vbi probatur, q̄ ſi minor petit reſtitutionem aduerſus vnum articulum, reſtituitur, per p̄ſequentiam priuata perſona, quæ ſecum litigabat, ſecus dicit Inno. in his, quæ fiunt extra iudicium, quia tūc ſi eccleſia reſtituitur, debet reſtitui etiam priuatus, qui ſecum contraxit, vt in c. 1. & in c. ſi. eo. tit. & in l. quod ſi minor. §. fi. ff. de mino. Sed ego non facerem differentiam inter iudicialia, & extraiudicialia, ſed ſolū puto attendendum, vtrum eccleſia petat reſtitutionem ſuper facto connexo, & coniuncto cum facto priuati, an ſuper facto diuerſo: & primo caſu reſtituitur per quandam cōſequentiam etiam priuatus, & ſic loquitur c. 1. 3. eo. & l. quod ſi minor. ſecūdo caſu non reſtituitur priuatus, vt d. l. cum minor. vbi patet, q̄ ſi minor petit reſtitutionem contra vnum articulum ſniæ, non auditur priuatus petēs ſniam reſcindi in totum, & idem dic eadem ratione in extraiudicialibus. pene exemplum, quod eccleſia vendidit priuato ſundum, priuatus autem ſeparatim vendidit eccleſiæ caſtrū, licet eccleſia petat reſtitutionē aduerſus vēditionem fundi, non per hoc audiretur priuatus petens reſtitutionem aduerſus venditionem caſtri, niſi caſtrum fuiſſet vendi tūm occaſione vēditionis factæ de fundo, ar. in d. l. et iam. nā in iudicio quaſi contrahimus, vt in l. 3. §. idem ſcribit. ff. de pecu. Vnum tamen notabis bene ex dictis Inno. hic, dicit. n. q̄ eccleſia auditur per reſtitutionem 3 confeſſionem ſuā, quando fuit confeſſa tempore, quo non tenebatur ad rīndendum, quia tunc non fuit p̄feſſa iure cōi. niſi veller reſtitui, vt p̄baret falſum eſſe, qđ fuit confeſſa, alias aſit, ex quo fuit p̄feſſa tp̄e debito, non dēt reſtitui, quia non agit, nec apparet de leſione, ad hoc l. nā & poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiur. Ex hoc. n. dicto hēs, q̄ eccleſia non auditur petens reſtōnem 3 confeſſionem, niſi doceat de errore: & ſi diceres, idem eſt in priuato ſine reſtōne, vt in c. ſi. de p̄fe. Rīdetur, q̄ priuatus non auditur niſi durante negotio, vt ibi, eccſia vero audiť ēt poſt ſniam, & hoc dictum vſ 3 glo. in c. 1. de in inte. reſt. lib. 6. q̄ ſentit, q̄ eccleſia petit reſtōnem 3 confeſſionem ſuam, licet non doceat de errore ſuo, & in hoc eccleſia differt a priuato. ſed Spe. eo. tit. §. 2. ver. ſed nunquid. ſentit primū. Et hoc dictum vſ verius, licet dictum illius gl. videatur conuenire illi literæ, quæ loquitur indiſtincte. Sed cum non poſſit apparere de læſione, niſi doceatur illud eſſe falſum, non apparet, ex quo capite eccleſia non ſit audienda.

ADDITIONES.

a Contra ſententiam. Adde Rom. conſi. 369.
b Vel delictum. Adde Ia p. alle. 44.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa matrimonialis, an poſſit delegari alteri, quam epiſcopo ? & nu. 2.*
3 *Appellatio ſi tollitur aliquo caſu, non tollitur ſupplicatio. & nu. 9.*
4 *Contumax probat per iuramentum legitimam cauſam cuntumaciæ, & nu. 8. & 14.*
5 *Reſtitutio in integrum conceditur maioribus legitimam cauſam probantibus. & nu. 7.*
6 *Supplicatio quid ſit.*
10 *Princeps poteſt reſcribere contra ſententiam, & nu. 11.*
11 *Reſtitutio in integrum an poſſit concedi per iudicem contra propriam ſententiam.*
12 *Supplicatio aduerſus ſententiam intra quantum tempus fieri debeat.*
13 *Sniæ in cauſa matrimoniali tranſit in rem iudicatam quo ad inſtantiā, vide licet, quia non poteſt amplius ſuper dicta cauſa procedi ex primis actis.*
14 *Impedimentum an probetur per ſimplex iuramentum.*

CAP. IIII.

EX literis. Contra ſententiam latam in cauſa matrimoniali reſtituitur ex iuſta cauſa, etiā maior beneficio ſupplicationis. Vel ſumma latius ſic. Reſtitutio ex iuſta cauſa, etiam maiori, eſt concedenda, dūmodo iuſta cā petendi probetur, ſi autem non probatur plenè, ſed ſemiplene conceditur reſtitutio in cauſa fauorabili duntaxat, h. d. Diuiditur. Nam prima pars ponit mulieris ſupplicationē, & iudicis relationem. Secūda dat iudicem, ibi, licet autem. Caſus literal. Inter I. virum, & L. mulierem cā matrimonij vertebatur, quæ commiſſa fuit duob. Archipræſ. qui cum inter ipſos ſniam diuortij protuliſſent, mulier ad ſedem Apoſtolicam appellauit, appellationis cauſa commiſſa fuit Abbati de Caluen. & Archipræsbytero Paduano, quia mulier ad terminum perēptorium non acceſſerat, Abbas, cui alter cōmiſſerat vices ſuas ſniam a priorib. iudicibus latā confirmauit: poſt octo dies a tpe ſniæ pater mulieris ad Abbatem acceſſit, & intellecto, q̄ ſniam protuliſſet, iurauit q̄ quidam ad eum, & filiam eius acceſſerat, & fraudulenter noīe ipſius abbatis falſas literas præſentauit cōtinentes: vt quia iudex in termino, quem eis aſſignauerat, non poterat intereſſe, poſt octo dies a termino illo ipſius ſe conſpectui præſentaret, & poſtmodū appellauit, & etiam ſupplicauit, quod totum Abbas dño papæ ſignificauit. Super hoc ſcribit papa quibuſdam iudicib. dicens, licet de fraude taliter perpetrata non conſtet ad plenum, tamen in fauorem matrimonij de benignitate canonica contra fraudem prædictam admiſit ſupplicationem mulieris, & cauſa reſtituit ad audientiam fauore matrimonij: vnde mādat, quatenus de cā prioris appellationis cognoſcant ordine ordinario, confirmantes, aut ēt infirmantes, ſi cur iuſtum fuerit, ſniam a primis iudicibus latam. B. † No. a. ibi, Archipresbyteri, q̄ cauſa matrimonialis poteſt delegari ēt nō epo, dicunt tamen Doc. in c. cauſam matrimonij, de off. dele. q̄ de conſuetudine curiæ hęc cā delegatur epīs duntaxat, & pro hoc facit, quia de iure communi nullus prælatus citra epiſcopum poteſt cognoſcere de cauſa matrimoniali: hęc. n. cognitio a eſt dignitas epalis, a vt eſt tex. in c. accedentibus. de excef. præla. & in c. 1. de conſan. & af. cum ibi no. † Secundo no. ibi, Cui alter cōiudex &c. q̄ delegatus principis etiam ſuper cauſa matrimoniali poteſt alteri vices ſuas ſubdelegare, & tene menti ad hoc iſtum tex. Ex quo infero, quod iſta cauſa matrimonialis eſt delegabilis per epiſcopum, nam ſi delegatus hoc pōt, fortius epſs, qui cognoſcit iure ordinario, ar. in l. vnica. C. qui pro ſua iuriſd. No. 3. q̄ cauſa appellationis poteſt de iure canonico delegari p inferiorem a principe, de iure ciuili dubitatur, de quo dic, vt le. & no. in c. ſuper quæſtionum, iuncta glo. in ver. alij delegare, 3. de offi. dele. † Quarto no. q̄ dubitans de remedio ſibi competēti, poteſt intentare ad cautelam binum remediū: vnde iſta mulier appellauit, & ſupplicauit, quia dubitat vtrum poſſet appellare propter contumaciam ſuam: vbi. n. poteſt appellari, nō debet ſupplicari, quia, vbi cōpetit remedium ordinarium ceſſat extraordinarium, vt in l. in cauſæ. ff. de min. Et pro primo dicto vide bo. tex. in c. conſtitutus. 3. eo. & in l. 1. ff. quo. leg. & tene mēti, q̄ contra ſniam inferiorum poteſt ſupplicari, quando ex aliqua cā excluditur appellatio. No. ibi, per huiuſmodi iurm, & tenē menti, † q̄ iuramentum non eſt ſemper ſufficiens probatio ad excuſandam contumaciam, ſeu ad probandum impedimētum ad contumaciam excuſandam, & neſcio alibi ita bonum tex. quod limita, vt 3. dicam. † Item no. q̄ non ſolum minor, vel eccleſia auditur iure ſpeciali per beneficium reſtitutionis, ſed etiam maior, dummodo habeat iuſtam cauſam petendi reſtitutionem illam, & iuſta cauſa ſubeſt ſi fuit per alium circunuētus, eccleſia vero auditur, ēt ſi non habeat iuſtam cauſam petēdi illam reſtitutionem, puta quia fuit in negligentia, vt in c. auditis, & c. cum veniſſent, §. eo. & in hoc differunt iſtæ reſtitutiones, quæ indulgentur maiori, & minori, quia reſpectu minoris, vel eccleſiæ ſufficit enormis læſio, ſed reſpectu maioris requiritur, q̄ ſubſit iſta cauſa, & q̄ illa etiam probetur, vt hic, & ff. ex quib. cau. ma. quaſi per totū. No. ibi, ordine iudiciario, q̄ in cauſa matrimoniali debet ſeruari ordo iudiciarius, & hodie dic, vt habetur in cle. diſpendinſam, de iud. Vlt. no. & tene menti, † q̄ in cauſa ſupplicationis proceditur ad confirmandum, vel infirmandum ſniam, ſicut in cauſa appellationis, vt aperte colligitur hic ex ſi. literæ. nam reſtituitur per ſupplicationem, ac ſi appellaſſet: æquipollet. n. in hoc ſupplicatio appellationi. Et inſtat hic Inno. in diffiniendo, ſeu deſcribendo ſupplicationem, dicit b enim q̄ ſupplicatio b late ſumpta idem eſt q̄ præcum porrectio: vnde in curia in qualibet ſupplicatione dicitur, ſupplicat. S. veſtræ &c. nam capitur ibi ſupplicatio latiſſime pro qualibet præcum porrectione, ſed ſtrictē ſumpta, prout ſumitur in proپoſito noſtro, dicit q̄ ſupplicatio eſt quædam benignitas ſuperioris, per quam retractat oīa, quæ credit male acta, & æquipol let appellationi. Hæc non eſt proprie diffinitio, ſed potius quædam deſcriptio, quæ non enacuat prorſus materiam diffiniti, nec eſt conuertibilis cum ſuo diffinito, ſicut debet eſſe quælibet diffinitio bona, vt in l. 1. ff. de do. & no. gl. ſuper rub. de ſum. Tri. & gl. in. ciui. Inſt. de obl. in prin. ideo ſumendo ſtrictē ſuppli cationem, prout ſumitur hic, & in auth. quæ ſupplicatio. C. de Precib. impe. offī. diffinirem ſic, q̄ ſupplicatio eſt quædam pre-

cum porrectio facta principi, per quam ex quadam benignitate ſuperior reſtituit ſupplicantem aduerſus ſniam, contra quā non competit remedium ordinarium: hæc diffinitio probatur hic, & melius in l. vnica. C. de ſen. præf. præto. † In glo. 3. ibi, Iure communi audiretur, non intelligas gl. q̄ fuiſſet audita, qa ſentē tia eſſet nulla, quoniam præſuppoſito, q̄ vere inretueniſſet iſta fraus, ſententia tamen mero iure teneret, ex quo iudex ignorabat iſtam fraudem, ſed debuiſſet ſubueniri mulieri iure cōi per beneficium, ſ. reſtitutionis in inte. vt in c. cum Bertoldus, de re iud. vbi probatur. le. & no. in c. querelam, de procu. vbi dixi. no. Bar. in l. quæſitum, ff. de re iu. ſed quia mulier non probauit plene fraudem allegatam, de iure cōi non debebat audiri, ſed fauore matrimonij papa indulſit beneficium reſtitutionis. An etiā idem ſit dicendum in qualibet cauſa fauorabili? Doct. inſtant, ſed ſatis poteſt teneri, q̄ ſic, dummodo iuſta cauſa aliqualiter probetur vt hic, & in hoc reputo iſtum tex. valde no. & adducerem in ar. q̄ in cauſa fauorabili concedenda eſt reſtitutio in teg. maiori allegata iuſta cauſa, † licet plene non probetur, ſed ſemiplene, puta per iurm, vel vnū teſtem. Et hoc no. ſin. qa nō credo, q̄ alibi ita bene probetur, iſte tamen tex. loquitur in principe, ſed idem credo in inferiore in caſu, in quo poteſt reſtituere, arg. in c. in cauſis, de re iu. & hoc puto procedere de iure canonico, non autem de iure ciuili, per tex. ibi, de benignitate canonica, nam mitius proceditur de iure canonico, quam ciuili, vt in c. 1. de do. & contu. † In gl. 1. in ver. ſupplicauit. hęc gl. prin c cipaliter facit duo: primo quærit, c an remota appellatione poſſit contra ſniam ſupplicari? & reſpondet, q̄ quantūcunq; ſit appellatio remota, nihilominus ſupplicari poteſt, & nota. hic prin. glo. fi. nam infero ex eo, q̄ ſiue in inſtrumento, ſiue in reſcripto, ſiue in aliqua iuris parte ſit remota appellatio, poteſt ni d hilominus aduerſus ſententiam ſupplicari: d nam iſta ſunt duo remedia ſeparata, quorum vnum eſt ordinarium, aliud extraordinarium, ideo ad remotionem vnius non ſequitur remotio alterius, quia ex ſeparatis non fit illatio, vt in ca. 2. de tranſ. epiſcop. † Dicit tamen hic Inn. q̄ ſolius principis eſt admittere ſupplicationem contra ſententiam, cum per ſupplicationem retractetur ſententia, & præiudicetur iuri alterius, quod inferiora principe facere non poteſt, vt in l. 2. & 2. C. ſenten. reſcin. non poſ. & in l. moris. ff. de pe. & in c. in literis, & quod ibi not. de offi. deleg. & no. hoc dictum, quia quotidie allegatur, & cō firmat. Io. And. in c. Romana, de ap. lib. 6. † Sed contra dictum Inn. ego op. de c. cum Bertoldus, de re iu. & in l. in cauſæ. in fi. iuncta l. præſe etiam præto. ff. de min. vbi probatur, q̄ non ſolum princeps, imo magiſtratus inferior poteſt reſcindere ſentē tiam etiam propriam per beneficium reſtitutionis in integrū. So. dic, q̄ ſupplicatio, & reſtitutio ſtrictē ſumptæ differūt. licet enim largo modo reſtitutio poſſit dici ſupplicatio, quia p ſupplicationem indulgetur, cum nulla actio competat ad iſtā obtinendam, vt in c. 2. de offi. iu. & in d. l. q̄ ſi minor. in ſi. ff de min. tamen ſupplicatio proprie ſumpta, eſt, cum ad preces alterius retractatur ſententia, contra quam non competit aliquod remedium reſciſſorium, ſed Princeps ex benignitate ſua dūtaxat mandat iterum cauſam retractari. Exemplum quando ſupplicatur contra ſententiam principis, vt in auth. quæ ſupplicatio. prœal. reſtitutio vero in integrum conceditur quandoque minori, ſeu eccleſiæ, quandoque maiori, & ſi conceditur minori, ſeu eccleſię, tūc pro cauſa ſufficit ſola læſio, vnde dependet magis ab officio iudicis, q̄ ab inſtantia petentis: illa vero q̄ conceditur maiori, dependet magis a iure communi, & ab inſtantia partis, quam ab officio iudicis, vnde requiritur vltra leſionem,

ADDITIONES.

a Eſt dignitas Epiſcopalis. Adde Ro. conſi. 289.
Adde, quod immo ex conſuetudine poteſt etiam Archidiaconus de matrimonio, & cauſa, quæ ſuper matrimonio vertitur, cognoſcere, ita voluit no. Inn. in c. literas. in prin. in gl. in ver. matrimonialis. inf. de reſti. Zac.
Archidiachonus abſque dubio non poteſt de iure communi cognoſcere de cauſa matrimoniali, vt in c. literis, hic alle. quinimmo Archidiaconus iuriſdictionē, quam habet, potius habet ex conſuetudine, quam de iure, & de cōſuetudine poteſt habere etiam plenariam iuriſdictionem, vt per gloſſ. in c. perlectis. 15. dill. & in c. ſine. de of. iu. or. & vide gl. in c. dudum, il grande, in ver. ſuſpendat & de ele. & vide quæ habentur in c. fi in plebibus. 63. di & vide per Are. in c. Romana, de ſent. excom. lib. 6. & generaliter an inferior ab epiſcopo poſſit cognoſcere, & quādo, de cauſa matrimoniali, vide quæ plene tractantur in c. cauſam matrimonij. de off. del. Ant. Fran.
b Supplicatio. Adde quid ſit ſupplicatio, & quid a precib. differat, & a petitione, & quid ab appellatione. Are. in c. anteriorum. 2. q. 6. Ia. But. in auth. quæ ſupplicatio, & ibi Ias. & Mod. in 6. col. C. de prec. Imper. offe. Zac.
c Primo quærit. Adde quod etiam ſublata actione poteſt nihilominus ſupplicari Principi, ut no. tradit Inno. in c. quæ in eccleſiarū, vbi Abb. & Fel. latē col. 2. 1. ver. vnum tamen non eſt omittendum, de conſ. & Ale. in Iaurisgē tium. §. ſi cum nulla, col. fin. vbi Ias. conſi. 52. ff. de pac.
d Supplicari. Adde quod no. Ro. conſi. 321.
Adde Bald. in l. fin. & ibi, Pau. de Caſt. C. de edi. diui. Adr. tollen. Iud. Ro. in rub. de arb. §. ſciendum eſt tamen, quod licet. Mod. in auth. quæ ſupplicatio, vbi eſt diffuſe ventilata hæc quæſtio, quia Bart. & plerique alij Doc. ibi alle. tenent contrarium. C. de preci. Impe. offe. Zac.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem, q̃ subsit iusta causa petendi restitutionem, ff. ex quib. cau. ma. l. 1. vnde iste tex. potius potest adaptari ad restitutionẽ strictè sumptam, quæ conceditur maiori ex causa, quam ad supplicationem, quia licet supplicatio possit fieri, quando subest causa petendi retractationem sententiæ, vt probatur hic, tamen sumendo supplicationem strictè, prout sumit Inn. illa conceditur etiam causa non extrinseca subsistente, vt quia supplicatur, vt rescindatur sententia principis, vel cã bis iudicetur. istam autem supplicationẽ admittit solus princeps, quia solius principis est tollere ius alterius, vel dispositionẽ legis sine cã extrinseca apparente: sed quia restitutio in specie sua sumpta semper fit cum causa, siue concedatur maiori, siue minori, quia in minore saltem subest causa miserationis ætatis; ideo illa permittitur iudici inferiori a principe, secus in supplicatione ratione p̃dicta. Et ita intellige dictum Inno. s. in supplicatione strictè sumpta, quę conceditur ex sola benignitate principis. Et ex his potes decide re quæstionem quotidianam. Nunquid a sententia vicarij episcopi possit supplicari ad ipsum episcopum? Inn. & Pet. de San. dicunt, q̃ sic in d. c. Romana. Arch. & Host. ibi contra. Ioan. An. ibi dicit, & bene, q̃ si sumitur supplicatio strictè, frustra quærimus, an possit supplicari ad episcopum, cum solus princeps possit ipsam admittere: aut quæritur de supplicatione large sumpta, prout comprehendit beneficium restitutionis in integrum; quod conceditur minori, vel maiori ex causa; & tunc procedat opi. Inn. vt possit etiam episcopus adiri, & nimirum: nã quemadmodum ipse vicarius episcopi posset restituere in integrum, & ita fortius posset episcopus adiri, ut restituat contra sententiam sui vicarii. Et ex hoc dicto no. q̃ etiam vicarius episcopi potest ex causa concedere restitutionem in integrum etiam contra propriam sententiam quod intellige ex causa modo prædicto, & hoc notabis. † Et in fi. gl. hæc gl. videtur velle facere differentiam, vtrum supplicatio porrigitur superiori, vel iudici inferiori? & hoc forte sentit, quia l. vnica. C. de sen. præf. præto. admittit indistincte supplicationem intra biennium, sed authent. supplicatio, videtur admittere intra decem dies tantum, & ideo pro concordia gl. hic distinguit, vt patet in ea. Legistæ dãt ibi alias solutiones, sed mihi plus placet opi. Host. hic, quam communiter sequuntur Doc. vt dicamus, q̃ quoad facultatem admittendi supplicationem, seu supplicandi, nõ est vis. an fiat intra biẽnium, an fiat intra decem dies, quia semper intra biennium potest supplicari, & ita loquitur d. l vnica. Sed quo ad facultatem exigendi cautionem ab eo, qui vicit, & cõsequitur exemptionem sententiæ, fit distinctio, an supplicetur intra 10. dies, & tunc præstatur illa cautio, aut post decem dies, & mandatur sententia executioni sine onere satisdandi, & hoc casu propriè loquitur illa auth. quæ supplicatio. In gl. in ver. ad plenum, ibi, hoc ideo. hæc gl. vsque ad finem procedit in tricatè. Et vt claram habeas intentionem glo. op. contra tex. ex quo. n. mulier ista appellauit, & etiam supplicauit, debet papa potius admittere appellationem, quæ est remedium ordinarium, quam supplicationem, cum sit extraordinarium. Sad. gl. sentit maximè in fine. vnum intellectum satis bonum ad istũ tex. quòd cum mulier fuisset citata, & non comparuisset, erat verè contumax, sed contumax appellare non potest, vt 2. q. 6. c. sunt quorum, & l. 2. C. quo. app. non recip. quod intellige, vt plene no. in clem. vnica. de do. & contu. Nec obst. fraus allegata per mulierem, quia illam plene non probauit, ideo fuit opus in fauore matrimoniũ admittere per viam supplicationis, & hunc intellectum tenet hic Inn. Alij ponunt aliam lect. s. q̃ ista mulier non erat intra decennium a tempore sententiæ. Alij, q̃ hic e. at remota appellatio in rescripto, sed tu tene primum intellectum, qui est satis bonus, & notabilis. Sed contra hunc intellectum opp sic sententia lata in causa matrimoniali nõ trãsit in rem iudicatam, vt in l. lator, &c. consanguinei, de re iudi. ergo non erat opus hic supplicare, cum de iure communi mulier potuisset adiri. Sol. glo. sequens intrat hunc articulum, & nihil boni dicit. † Sed Host. sol. no. & tenebis semper menti solutionem suam dicit. n. q̃ sententia non transit in rem iudicatam
a in causa matrimoniali a quo ad veritatem, & ita loquuntur cõtraria, sed quo ad instãtiam sic vt hic: vnde mulier ista petebat restitui quo ad instantiam, & non quo ad cognitionem causæ tantum. Et vt intelligas, debes scire, quòd per sententiam extinguuntur omnia acta, litis, vt litis contestatio, citatio, libelli oblatio, & similia: vnde si quis nõ appellat in causa matrimoniali, & vult de nouo audiri ad probandum, quod ecclesia fuit decepta, debent omnia acta iudicij recenseri. l. de nouo reformari, sed per restitutionem istam, quia reponit in statum, in quo erat tempore latæ sententię, non erat opus acta de nouo confiecere sed audietur super prima instantia. Et ex his collige vnũ bonũ,
b dictum, b quod vbi pinguius fuecurritur per remedium extraordinarium, potest quis intentare remedium illud, licet competat ordinarium, vt probatur hic iuncto c. tenor, præal. & no. in c. ex parte, supra de resc. Item hunc tex. & prædicta hẽs notabilem prouisionem vltra id, quod legitur, & no. in d. c. tenor, vt in istis sententijs, quæ non transeunt in rem iudicatam, habeat pars duplex remedium, videlicet primum de iure cõmuni inchoando suam causam de nouo, & probando iniustitiam sententiæ, vt in d. c. tenor. Secundum remedium, vt petat restitutionem contra sententiam latam, & sic restituatur ad primam instantiam, sed tunc oportet, q̃ aut sit minor, aut q̃ petat restitutionem ex iusta causa, & istam iustam causam debet saltẽ per
14 remedium iuramenti probare, vt hic, & hoc no. † Sed contra tex. opp. nam iramentum debet sufficere ad excusandum cõtumaciam, vt no. glo. 4. q. 5. in c. vnico, facit c. extraordinaria, alle. in glo. & sic debeat mulier audiri per viam appellationis. So. ista videtur velle, q̃ regulariter sufficit iuramẽtum, sed hoc nõ sufficit, sed non allegat causam, quare hic non fecit probationẽ, cum potius debuisset sufficere in causa fauorabili, q̃ in alijs causis. Gof. dicit, q̃ istud iuramentum fuit spontè oblatum per partem, ideo non fecit fidem: secus si iudex detulisset sibi iusm, & sic posset solui contrarium, s̃m Host. de c. extraordinaria. Ad prædictam sol. facit dictum Fed. consi. 109 vbi voluit, q̃ per iu-
c ramentum probentur impedimenta, c sed certe iste tex. vrget in contrarium in eo, quod dicit, q̃ per huiusmodi iuramẽtum non constat ad plenum &c. vnde non fundat se, quia iuramentum fuerat oblatum, sed quia iuramentum plene non probat: & ideo dic, q̃ iuramentum nõ semper sufficit ad excusandum contumaciam, seu ad probandum impedimentum, sed dẽt iudex arbitrari, qualis probatio sufficiat, considerata qualitate p̃sonæ, impedimenti, & causæ: vnde quandoque erit contentus iuramento, quandoque exiget semiplenam probationem, quãdoque plenam: nam si tractaretur de graui præiudicio, vel allegaretur impedimentum manifestum, non debet credi soli iuramento, & hanc theoricam vltimam posuerunt notanter Arch. Io. Mon. & Io. And. in c. 1. de do. & cont. lib. 6. vnde quia hic veniebat retractanda sententia, per quam fuerat ius acquisitũ parti, non debebat sufficere solum iuramentum, & hoc casu intelige istum textum, si autem tractaretur de modico præiudicio, puta vt detur aliqua dilatio breuis, & tũc poterit procedere id, quod dicitur de iuramento: & per hoc habes materiam huius
15 c. satis declaratam. † In glo. s. ibi, pro parte põt confirmare &c. No. bene gl. & dicit Gof. q̃ iudex appellationis quandoque potest etiam adiudicationes facere, all. l. cum apud. ff. iu. sol. vbi bonus tex. sed ego allego tex. apertum in c. cum causa, de re in. in fi. & ibi plene dixi, qualiter se debeat habere iudex ad quem.

ADDITIONES.

a Matrimoniali. Adde Pau. de Cast. consi. 222.
b Bonum dictum. Hoc probant per multa do. Alex. Mod. in l. in prouinciali. in prin. ff. de oper. noui nunc. Seb. Sap.
c Impedimenta. Adde Old. consi. 3. Alex. consi. 44. 2. lib.

SVMMARIVM.

1 *Libellus super restitutione in integrum debet continere læsionem enormem, non autem læsionem in genere.*
2 *Appellari non potest a sententia Papæ, sed bene potest quis contra eam restitui, & supplicare, & nu. 17.*
3 *Restitui quis non potest contra sententiam superioris, per inferiorem.*
4 *Libellus in restitutione in integrum, quomodo formatur,*
5 *Appellari licet non possit a tribus sententijs conformibus, potest tamen Principi supplicari, vt debeat iterum causa examinari.*
6 *Sententia lata sine causæ cognitione est nulla.*
Causæ cognitio non censetur adhibita in sententia, quando fuit lata a iudice verisimiliter non instructo.
7 *Sententia lata ex pluribus causis, vel expressis, vel subintellectis sustentatur, licet vna d. causarum reperiatur falsa.*
Præsertim, ista dicto includit.
8 *Registrum Papæ dat fidem, si priuilegium per Papam concessum est falsum.*
9 *Præceptum etiam Papæ, factum extra iudicium, & sine causæ cognitione, non ligat, quando est factum super causa, quæ requirit sententiam, & causæ cognitionem.*
10 *Restitutio in int. aduersus sententiam, intra quantum tempus potest peti ab illomet, qui sententiam tulit? vide infra c proxi. in 1. no.*
Tempus non currit ad aliquid agendum, quando probabilis timor præbet impedimentum.
11 *Sententia lata prætextu falsi instrumenti potest etiam post quadriennium retractari.*
Restitutio in integrum, ex quacunque causa petatur, debet intra quadriennium peti, & nu. 12.
12 *Officium iudicis rescindens, elauditur quadriennio.*
13 *Tempus non currit, quando stat per iudicem, quominus actus expediatur, vel etiam facto aduersarij,*
Tempus petendæ restitutionis in integrum currit negligenti, non autem non valenti agere.
14 *Peremptorium potest mitti prima vice, maxime propter distantiam locorum, dummodo peremptorium habeat terminos competentes.*
15 *Restitutio in int. an requirat litis contestationem, & alium iuris ordinem.*
16 *Restitutio in int. quando petitur, an requirantur plenæ probationes?*
17 *Remedium ordinarium non semper tollit remedium extraordinarium.*

Actio

Actio rescissoria an possit simul intentari, & cumulari cum officio rescindente.
Actio rescissoria quanto tempore duret, & intra quantum tempus potest intentari.

CAP. V.

IVm ex literis. Quo ad ti. iste tex. solum dicit duo. Primo q̃ etiam cõtra sententiam papæ restituitur ecclesia. Secundo, q̃ cã restitutionis in integrum debet partib. prẽsentib. tractari. Et diuiditur in tres partes. Primo ponit petitionem ecclesiæ Ilerd. Secundo examinationem, deliberationem, & interlocutionem Papæ, ibi, Nos igitur. Tertio cautionem partis aduersæ cum comminatione processus, ibi, Quo circa. Casus lit. Inter ecclesiam Osen. ex vna parte, & ecclesiam Ilerd. ex altera coram Eugenio papa super quibusdam ecclesijs qõ vertebatur. Ipse cognito de meritis causæ, prout sibi visum fuit, tulit sniam pro ecclesia Osen. contra ecclesiã Ilerd. super ecclesijs illis: demum mortuo Eugenio successit ei Anastasius, tpe Anastasij Cælestinus, dum esset in minori off. constitutus legatus in Hispania, ex delegatione ipsius Anastasij cæpit cognoscere de illa controuersia, sed non determinauit: tandem mortuo Anastasio successit ei Alexander, qui eidem Cælestino legato denuo in Hispania cãm commisit eãdem: postmodum mortuo Ale. successit ei Cælestinus, qui dictam controuersiã commisit G. S. Angeli diacano Cardinali sub eo tenore, vt inspectis priuilegijs ecclesiæ Ilerd. auditis ẽt allegationib. partium, non obstante snia Eugenij, diffinitiuam proferret sniam, & illam faceret obseruari; verũtamen per legatum illum, aut alios, quib. cã sub eo. tenore commissa fuit, licet testes quidam producti fuerunt ex parte Ilerden. madatum Apostolicum adimpletum non fuit: postmodum tpe Innocentij magister A. canonicus Iler. postulauit a dño Inn. per officium suum dictã sniam in melius reformari, & contra eam restitui ecclesiam Ilerden. dñs papa cum fratrib. deliberatione habita, quidam dicebant, q̃ Cælestinus videbatur eam restituisse ex eo, q̃ non obstante dicta snia commisit negotium illud: vnde cad. ratione petitionem eiusdem ecclesię admittere debebat, cum snia Romanæ sedis debeat in melius commutari, quoties per subreptionem aliquid factum fuerit, & s̃m iura ciuilia princeps ẽt contra res bis iudicatas examinari restitutionem in int. permiserunt: papa considerans ex data sententiæ in registro Eugenij repertæ, q̃ primo mense sui apostolatus tulit sniam illam, qui non videbatur plene instructus de cã, innitens illi rõni præcipuæ, q̃ priuilegium Vrbani. II. ex parte Osen. ecclesię productum subiectum fuerat falsitati, cuius tenor in registro ipsius inuẽtus fuit incorruptus. oĩbus istis consideratis deliberatio dñi papæ in hoc resedit, vtraq; parte p̃sente, vt cognoscatur, vtrum restitutio data sit, an danda contra prędictam sniam, vnde mandat epo & capi. Osen. q̃ vsque ad festum Beati Lucæ lũmè compareant coram ipso ostensuri, si poterunt, q̃ dicta snia non debeat retractari, vel si reuocanda fuerit, appareant sufficienter instructi, vt in principali negotio procedatur; quem terminum statuit peremptorium, q̃ si iniuncta adimplere contempserint, procedetur in causa nihilominus, quantum de iure fuerit procedẽdum. B.
1 † No. 1. ibi, Se læsam enormiter, q̃ petẽs restitutionem, a debet
a non ob. motiuum Host. quia quo ad actus nullitatem a durius agitur cum lege, quàm cum ministro legis, vt no. voluit Bar. in l. amplius. ff. rem ra. hab. alle. bo. tex. in l. si libertus. ff. de iurepat. vbi alienatio facta in fraudem legis est ipso iure nulla, si in fraudem hominis, venit reuocanda, & idem vī sentire Innoc. in c. Raynaldus, de test. vbi tenet indistincte, q̃ alienatio facta ℈ legē est nulla, sed nō sp corruit, qñ facta est cū dispōne hoīs, & clarius adhuc idē sentit in c. fi. de acc. vbi dicit, q̃ quo ad actus nullitatē, paria sunt aliquid facere ℈ legē mortuā, vel ℈ legē viuā. Vlt. opp. ℈ tex. vī enim q̃ ista electiō rectoris debeat pertinere ad fratres hospitalis, & nō ad Priorem S. Bartholomei, quia collegium debet sibi eligere prelatum, vt in c. 1. de el. & in l. fi. C. de iur. om. iud. Sol. dicunt cōiter Doct. q̃ ℣rium procedit inspecto iure cōi, sed hic contingit ex forma arbitrij, forte arbitri aliquo iure fuerunt moti adiudicando priori. & videntur Doc. hic sentire, q̃ ista procedāt in familia hospitalis perpetua, & religiosa, quasi velint, q̃ illi famuli, & seruitores hospitalis, qui morātur in hospitali ad tempus, & sunt omnino laici, non habeant electionem rectoris; sed oportet quod sint fratres religiosi, & perpetuo ibi dedicati. No. bene hoc dictum, ex quo collige, q̃ non solum clerici faciētes collegium hñt sibi eligere prælatum, sed ēt laici religiosi, puta conuersi, qui nullum ordinem ecclesiasti
7 cum hñt, & ad hunc effectum allegauit Inn. istum tex. in c. 2. de
ist. & gl. in c. ex eo, de ele. li. 6. †Sed aduerte tu latius vltra Doc. nam qñque in ecclesia sunt clerici, & laici conuersi, qñque sunt laici conuersi, & qñque sunt laici non conuersi, sed puri laici. Primo casu si ecclesia collegiata est secularis, concludo q̃ laici
b conuersi non hñt vocem, b nec in electione prælati, nec in alijs actibus capitularibus. rō, qa nō nisi soli canonici hñt vocem in capitulo, vt in c. nouit, prēall. & ius canoniæ non cadit in laicū, vt in c. 2. de iud. ergo oportet concludere, q̃ conuersi ecclesiæ secularis nullam vocem habēt in capitulo, & hanc opi. in effectu sentit Inn. in d. c. 2. Si autem isti cōuersi sunt in monasterio monachorum, in quo aliqui sunt clerici, & tunc est magis dubium, quia ius monachatus cadit in laicum, nam olim monachi non erant clerici. 16. q. 1. c. generaliter. ergo videtur q̃ debēt hre vocem vnà cum clericis, & de hoc dubitauit Inn. in d. c. 2. Sed tu conclude, q̃ in electione prelati laici conuersi non hēnt vocem cum clericis, quia istud ius speciale eligendi prælatum ad diuina officia non cadit in laicum, licet conuersum, tex. est hodie singularis in c. ex eo, præal. vbi dicit, q̃ ex consuetudine potest laicus conuersus hoc acquirere, & originaliter fuit dictū Inn. in d. c. 2. sed ille tex. non explicat quid in alijs actibus: vnde Aegi. vt refert Io. And. in c. 1. de proc. sensit q̃ habet vocem vna cum clericis. sed Spec. dubitauit in tit. de synd. in §. quid de conuersis, & tandem relinquit hoc consuetudini. sed Fede. de Sen. cons. 313. sentit, q̃ non habeant vocem, & pro hac opi. ego adduco tex. in c. & si Christus. de iureiu. iuncto fine cum suprascriptione. vbi probatur no. iudicio meo, q̃ conuersi laici non dñr de capitulo monachorum clericorum, & hodie in multis locis hoc approbat consuetudo. Secundo casu principali, qñ in loco sunt tm̃ conuersi laici. Exemplum in istis fratribus hospitalis S. Mariæ de la schala, & in istis dicēdum, quia de iure cōmuni habent electionem rectoris, & vnà cū rectore debent eligere alios fratres, arg. eorum quæ no. hic, & per Inn. in d. c. 2. nam cum rector eorum non eligatur ad diuina exercenda, sed principaliter ad temporalia ministranda, ius eligendi rectorem non est quid spirituale, vnde puri laici facientes collegium approbatū, possunt sibi eligere rectorem, vt in d. l. fi. ita & isti laici conuersi possunt sibi eligere rectorē, & exercere oia iura collegii. & hoc indubitatum, qñ oīno sunt religiosi: nam proprie, & stricte illi dicuntur religiosi, qui profitentur tria substantialia religionis approbatæ. Alij vero, qui profitentur aliquid ex tribus, sed non oia, non dicuntur hre regulari, sed potius quendam modum viuendi, & de hoc vide gl. no. in cle. 1. de relīdo. & gl. in cle. pe. de sen. exc. dixi plenius super rub. de regula. vnde de istis, qui nō sunt stricte religiosi, posset dubitari, vtrum si sint in aliquo hospitali, possint eligere rectorem hospitalis, & credo q̃ si sint ibi instituti per superiorem, & perpetuo ad hoc dedicati, q̃ habebunt electionem, si autem sint exercentes aliquod opus, tunc indubitanter isti non eligunt sibi rectorem, quia iste est potius rector personarum, g̃ loci, secus aūt vbi non essent instituti per superiorem in hospitali, ita vt faciāt collegium, quia hospitale de iure est in dispositione Epi, vt in c. de xenodochijs, de rel. do. & ideo non debent hre electionem rectoris, nisi sint ibi instituti collegialiter per superiorem. Vltimo casu, qñ sunt puri laici, dic q̃ isti si exercent professionem approbatam, possunt eligere rectorem personarum, vt in d. l. fi. sed si sunt in loco religioso, non habent electionem rectoris, ex quo ipsi sunt puri laici, & non religiosi.

ADDITIONES.

a Actus nullitatem. Quomodo hæc regula procedat, q̃ mitius agatur cū lege, quàm cum homine, uide do. Ant. Sic. in consi. 50. in 3. col. & seq. in 2. uol. & in c. Raynaldus, char. 11. de test. & Bar. in l. si insulam, in pe. opp. 1. partis, ff. de uerb. oblig.

b Non habēt uocem. Adde istum in c. 1. col. fi. & quod ibi posui in apost. ad ipsum. sup. de proc. eundem, in c. ecclesia S. Mariæ. nu. 3. in apost. in uer. unà cū clericis. Imo. in c. cum M. Ferrar. col. 10. in prin. & ibi concor. sup. de testi. & in c. 2. circa fi. de sen. excom. & in alle. c. 1. col. 18. in prin. de procu. Ro. sing. d. 55. inci. fuit a me quæstum.

SVMMARIVM.

1 *Laicus non potest etiam cum clerico cognoscere de rebus spiritualibus, nec tanquam iudex, nec arbiter, vt arbitrator, vel amicabilis compositor, etiā per viam reconuentionis, nisi ex iussu Papæ solins. 4.*
2 *An & quo casu super ℣suraria quæstione possit compromitti.*
℣suræ possunt remitti ℣surario sponte.
3 *Laicus potest esse assessor iudicis ecclesiastici,*

CAP. VIII.

Contingit. De rebus spiritualibus in laicum cōpromitti non pōt. Per se patet quod
1 hic dicitur. B. †No. 1. q̃ laicus nedum super iure spirituali prohibetur iudicare, vt in c. 2. ℈. de iu. sed etiā arbitrari non pōt, vt hic. vnde laicus non potest esse delegatus in causa spirituali, nisi delegatio sibi fierer per Papam, vt in d. c. 2. nec per viam reconuentionis de spiritualibus cognoscere pōt, vt in c. 1. de mut. peti. nec vt arbiter iudicare potest, vt hic. An
a aūt possit compromitti in laicum tāquam in arbitratorem, & amicabilem compositorem super iure spirituali? credo q̃ nō, a quia iste tex. loquitur generaliter, & facit c. 2. de iu. vbi dicitur q̃ laici non debent tractare negotia ecclesiæ. Vlt. no. ibi, nō decet, q̃ id quod non decet, non licet, vt hic. qñque tamen quod non decet, licet, vt no. in c. magnæ, de voto, & in c. 1. de despon.
2 impube. †Sed quæro, nunquid super quæstione vsuraria possit
b compromitti, præsertim in laicum? b Sol. Canonistę nō tangūt, quod memini. sed Bal. formauit quęstionem in c. 1. §. similiter, de contro. inuest. colla. 10. & ibi concludit, q̃ super vsuris futuris nō pt compromitti, sed super præteritis sic. intelligo primū dictum, quando ex laudo daretur modus ſenerandi: nam sicut non valet arbitrium simoniacum, vt in c. 2. ℈. eo. ita nec valere debet arbitrium ſeneratitium, nā vrroque casu inducitur peccatum, secus vbi laudum non induceret vsuram. Quod ad ℣m. ſ. de vsuris præteritis, limito q̃ valet compromissum, q̃ sponte fuit factum, secus autem si per fraudē vsurarij pars fuit inducta ad compromittendum, vt sic indirecte cōsequeretur remissionem vsurarum: nam tunc laudo non obstante poterit iudicio meo repetere vsuras: sicut, n. non valet transactio, vel remissio vsurarum sponte non facta, vt no. Io. And. in add. Spec. in ti. de vsu. in 3. col. & facit quod no. in reg. peccatum, de re iu. lib. 6. & per Fed. consi. 18. ita valere non dēt compromissum sponte nō factum, & puto q̃ in casu, in quo valet compromissum, potest compromitti in laicum, quia ex quo solum agitur de repetitione vsurarum, hæc quæstio non potest dici spiritualis, pro hoc vide gl. in c. ex literis, de iureiur. & quod ibi dixi, facit quod no.
3 gl. in cle. dispendiosam, de iu. †In gl. 1. ibi, sed in laicum tantum. No. hanc particulam glo. singularis, ex qua collige, q̃ sicut nullus citra papum potest committere causam spiritualem laico, vt plene no. in d. c. 2. de iud. ita nullus citra Papā potest authorizare, vt in solum laicum possit compromitti de iure spirituali quidam tamen, vt Vin. & Io. tenuerunt contrarium hoc vltimo casu, & sentit Inn. restringens se tamen, qñ lis erat incepta in solum laicū authoritate superioris, sed Host. approbat dictū glo.

ADDITIONES.

a Credo quòd non. Adde Rom. consi. 409.

b In laicum. Adde Ro. consi. 174. Pet. de Anch. consi. 97. Pa. de Cast. consi. 71. in primo impressis. Alex. consi. 91. 2. lib. Io. de Ana. consi. 50.
In laicum. Vide Bal. in rub. de iu. in 2. commento, col. 2. & quæ no. Alex. in 2. quoties. C. de iu. & ſ. l. Titia, ff. fol. mat. & in cōsi. 91. in 2. uol. ubi dicit, quod in causa spirituali non potest fieri compromissum in arbitrū, sed in arbitratorem potest. Seb. Sap.

glo. & hoc videtur verius, pro quo induco istum tex. vbi papa generaliter prohibet, ne fiat in laicum compromissum de iure spirituali: ergo nullus citra Papam potest hanc constitutionem violare, cum inferior non possit tollere, nec modificare, nec in aliquo detrahere cōstitutioni superioris, vt in cle. ne Romani, de elect. Item regulariter nullus dispensat contra constitutionem Papæ, nisi in casib. concessis, vt in c. dilectus, & ibi ℈ Inn. de temp. ord. cum ergo solum sit iure expressum, vt authoritate superioris possit compromitti in clericum, & laicum, vt inf. eo. c. seq. ergo in solum laicum non potest compromitti authoritate superioris. præterea adduco bo. tex. in c. 2. de iud. vbi dicitur q̃ prælati non debent negotia ecclesiastica laicis com-
4 mittere per eos tractanda. † An autem possit episcopus cām spiritualem committere clerico, & laico? videtur q̃ sic, arg. eo-
a rum, quæ no. gl. in c. prox. contrarium puto verius. a licēt. n. valeat compromissum in clericum & laicum, non potest tamen causa spiritualis delegari clerico & laico. ratio diuersitatis est, quia vt dixit Io. And. in c. proxi. ipsum arbitrari de re spirituali non est actus spiritualis, merito in clericum, & laicum potest compromitti authoritate superioris, sed iudicare de causa spirituali est quid spirituale, vt in c. quanto, de iud. sed laicus non est capax iuris spiritualis etiam associato sibi clerico, vt probatur in c. Massana, de elec. & tenuit Ioan. And. in c. nobis. inf. de iu. pat. sic limita no. in c. ecclesia, de consti. & hoc dictum tene menti pro limitatione huius glo. & c. seq. An laicus possit esse assessor iudicis ecclesiastici? Host. tenet hic q̃ sic, & cōmuniter idem tenent Doc. in d. c. 2. & declara hoc, vt ibi. Abbas.

ADDITIO.

a Puto verius. Vide Ioan. And. in c. significasti, de so. competen. & quæ ibi dixi. And. Barb.

SVMMARIVM.

1 *Executio laudi non potest fieri per ipsum arbitrum, sed per iudicem ipsius rei.*
2 *Procurator non potest compromittere, nec transigere sine speciali mandato, & si aliter fecerit, tenetur de suo facere. 6. 16.*
3 *Vtile per inutile non vitiatur.*
Laicus an possit cognoscere spiritualia vnà cum clerico.
4 *Laudum emologatum habet executionem tam de iure ciuili, quam canonico.*
5 *Laudum etiam nullum, potest per partes emologari.*
7 *Speciale mandatum tunc inducitur per promissionem de rato, quando fuit data in procuratorio libera potestas omnia faciendi, quæ potest ipse constituens.*
8 *Compromissum simplex, & laudum inde sequutum, parit actionem, de iure canonico.*
9 *Emologari dicitur laudum, non solum per partium subscriptionem, sed etiam per alterum, approbationem sine subscriptione.*
10 *Compromissum si est factum cum stipulatione, an pars non acquiescēs teneatur ad interesse, secundum vtrunque ius, laudo aliter non emologato.*
11 *Compromissum iuratum, an, & quando pariat executionem, si non sit laudū inde sequutum, emologatum.*
12 *In obligationibus facti an succedat obligatio ad interesse, quando interuenit iuramentum.*
13 *Iuramentum quando interuenit in compromisso, tunc potest peti executio laudi: nec requiritur alia emologatio, nec succedit obligatio ad interesse, de quo vide infra nu. 16.*
14 *Iuramentum habet vim clausulæ, Rato manente pacto.*
15 *Compromissum, si continet pœnam sine iuramento, tunc pars si vult soluere pœnam, non compellitur stare laudo.*
Laudum sequutum ex compromisso sine iuramento tamen pœnali, an possit tacitè, vel expresse emologari?
17 *Interesse quomodo consideretur, & ad quid, & quando potest peti in aliqua causa?*
18 *Clausula, Rato manente pacto, an habeat locum in compromissis.*
19 *Compromittentes, si promiserunt stare sententiæ arbitri per stipulationem, & postea immediatè fecerunt pactum de observando id, quod arbitri iudicauerint, possunt præcisè cogi ad laudi observantiam.*

CAP. IX.

Pertuas. Authoritate iudicis causæ, etiam delegati, potest de causa spirituali in clericum & laicum compromitti, & si arbitriū est a partib. receptum, debet executioni mandari, licet per generalem procuratorem factum fuerit compromissum: si autem nō fuit arbitrium approbatum, & pœna fuit apposita, agit ad interesse. hoc dicit generaliter inhærendo literæ, licet hoc summarium recipiat multas limitationes, vt inf. patebit. In prima parte ponitur consultatio. in secunda diffinitio, alias distinguens responsio ibi, super quo. Casus lit. Inter hospitalarios sancti Ioannis, & Plebanum de Piscia super hospitali sancti Allucij quæstio vertebatur. Causa super hoc commissa fuit Ianuen. Archiepiscopo, tandem procurator Plebani cum parte altera, authoritate Ianuen. Archiepiscopi iudicis delegati, compromiserūt de quæstione illa in vnum clericum & duos laicos, iuramento a procuratore Plebani imposito, illi protulerunt arbitrium, hospitalarij impetrauerunt literas ad Archiepiscopum Pisanum super executione arbitrij: cum Plebanus nullet arbitrium obseruare, Plebanus coram Archiepiscopo proposuit, quod ad causam tractandam procuratori dedit generale mandatum, non tamen ei mandauit, vt sine speciali mādato compromittere posset, vel transigere, & procurator ille de mandato capituli sui non fuerat cōstitutus, & ideo dicebat arbitrium non valere, cum procurator fines mandati excesserit. Et præterea arbitrium illud fuerat per vnum clericum, & duos laicos promulgatum, & ideo non valebit. Archiepiscopus super hoc consuluit dominum Papam, Papa respondet, quod si ex parte Plebani arbitrium receptum fuit, indistinctè ratum debet haberi, & executioni mandari secundum formam mandati Apostolici; si vero nō fuit receptum, distinguit vtrum fuerit de observando ipso pœna statuta, vel non: si pœna fuit apposita, potest agi ad pœnam: si nulla pœna fuit apposita, sed simpliciter promissum fuit, quod staretur sententiæ arbitrorum, procurator ad interesse poterit conueniri, quia iuramēto suo se ipsum personaliter obligauit, & non ecclesiam. Quod autem a duob. laicis, & vno clerico latum sit arbitrium, nō nocet, cum authoritate ipsius Archiepiscopi factum sit, cui causa, de qua cōpro-
1 missum est, fuerat delegata. B. †No. 1. ibi, super executione, q̃ arbitri non mandant suam sententiam executioni, sed pro ea recurrendum est ad superiorem: vnde super executione fienda fuit impetratum hoc rescriptum Apostolicum: dictamē q̃ nō solum Papa, sed etiam ordinarius rei, contra quē est fienda executio, potest sententiam arbitri exequi, de hoc est text. not. in l. cum antea, C. eod. & hoc ibi firmat Bald. dixi supra eod. in ca. cum dilectus. & ad primum dictum, q̃ arbitri non possunt exequi, facit l. a diuo Pio, in princip. & l. ait prætor. ff. de re iudica.
2 †No. 2. & tene menti, q̃ procurator non potest compromitte-
a re: a vnde sicut transigere non potest sine speciali mandato, ita nec compromittere, vt probatur hic, facit tex. cum gl. in c. qui ad agendum. de procu. lib. 6. No. 3. quod solus prælatus non potest procuratorem constituere ad litigādum sine capitulo, hoc
b intellige quando causa est ardua, b & sic debet intelligi c. 1. de procura. alias secus, de quo dic vt plenè dixi in c. edoceri, de re-
3 scrip. †Not. 4. casum singularem, in quo clericus associatus laic
c co, c facit laicum capacem illius actus, quem solus exercere nō posset. Non obst. quod plures sint laici, quam clerici: nam hic erant duo laici, & vnus clericus, non tñ extendas casum huius cap. ad actum spiritualem, quia laicus non potest effici capax per mixturam clericorū, vt in c. Massana, & cap. sacrosancta, de elect. & voluit not. Ioan. And. hic, & in cap. a nobis. inf. de iure pat. Nec obst. iste text. quia arbitrium de re spirituali non est actus spiritualis, vt dixi in ca. proxi. sed prohibetur solus laicus, quia non decet ipsum de testibus arbitrari, vt dicit text. in cap. præceden. non ergo prohibetur ratione incapacitatis, sed ratione honestatis: honestas autem satis cōseruatur ex mixtura clerici. & per hoc tollitur contrarium, quod formari potest. d. l. Pedius. §. fin. ff. de arbi. vbi dicitur, quod in seruum & libertum nō potest fieri compromissum: vnde ibi vtile vitiatur per inutile, hic autem inutile habilitatur per vtile, sed dic quod seruus est incapax compromissi, meritò mixtura habilis non fecit ipsum capacem, sed laicus non est incapax compromissi de re spirituali, sed solum prohibetur propter honestatem, vt prædixi, secus autem si esset incapax, vt indicta. l. Pedius. † Not. ibi, arbitrium receptum, quod quemadmodum de iure ciuili arbitriū emologatum habet executionem, ita de iure canonico, vt hic.
4 Item

ADDITIONES.

a Compromittere. Adde Alex. consi. 21. 1. lib.
Adde tu, limitando hoc dictum. ſ. nisi generale mandatum haberet cum libera potestate: quia tunc compromittere posset, l. transactionis, & ibi Gui. de Cu. & Sal. C. de transf. Arch. & Pet. de Anch. in c. qui ad agendum, in fi. de proc. lib. 6. Zach.
Ad hoc, an compromissum possit fieri a procuratore habente speciale mandatum, vel generale cum libera potestate? dicas, q̃ sic, per ea quæ hic alleg. & idem dicas, si quis esset procurator in rem suam, secundum Io. And. in d. c. qui ad agendum, in gl. fi. & vide glo. & ibi per Doct. in l. Paulus. ff. de proc. & hñ per Lanf. de Oria. in suo trac. de arb. in 1. 3. par 3. q. & adde etiam, q̃ procurator ad lites, etiam si non habeat speciale mandatum ad compromittendum, vel generale cum libera, potest facere compromissum super instantia secundum Bar. in l. qui Romæ, in §. Callimachus. ff. de ver. obl. Aduertendū tamen est, quia Bar. ibi, si rectè ponderentur eius verba, loquitur in procuratore habente liberam, nec loquitur proprie in compromisso, sed in transactione, & ideo super hoc cogitandum est. Ant. Fran.

b Causa est ardua. Adde Ro. consi. 369.

c Associatus laico. Vide D. Ias. in Limperium, col. 3. ff. de iur. om. iud. vbi ponit, quod quando laicus est associatus clerico, causa censetur ecclesiastica, adeo quod persona clerici trahit ad se laicum, & an valeat compromissum de re spirituali in laicum, & clericum, vide Fel. in c. 2. in pe. col. ver. vtrum causa. inf. de iud. Seb. Sap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

†Item no. ex eodem verbo, quod arbitrium nullum ex defectu mandati, seu solemnitatis mandati potest emologari, idest, approbari. a No. quod arbitrium non emologatum nō habet executionem paratam ēt de iure canonico, sed proceditur, quemadmodum hic processum fuit contra procuratorem: nam si pena fuit apposita in compromisso, agitur ad pœnam; si vero pœna non fuit apposita, agiturad interesse, & intellige in compromisso facto tanquam in arbitrum, secus si tanquam in arbitratorem, & amicabilem compositorem, tunc agitur præcise ad obseruantiam arbitramenti, sed pars sciens læsionem potest petere, vt arbitramentū reducatur arbitrio iudicis ad bonā æquitatem, vt in l. si societatem, in §. arbitrorum, ff. pro soc. & per Inno. in c. Quintaullis, de iureiur. & vide bo. gl. in c. causam, que. de elect. Nō. ibi, quia iuramento suo &c. quod iuramentū obligat iurantem de iure canonico. †Item no. quod procurator, qui cōpromisit sine mandato, tenetur satisfacere de suo: vnde quēadmodum ageretur contra dominum, si dedisset mandatum, ita debet agi contra procuratorem, si compromisit sine mandato, vt in l. Plautius, ff. de proc. Vlt. no. vnum casum, in quo delegatus potest authorizare, licet hoc non sit expressum in rescripto: nam vt hic patet, nō solum ordinarius, sed etiam delegatus causæ potest authorizare, vt compromissum fiat de rē spūali in clericū, & laicum. In gl. 1. ibi, †cum dilectus, & ibi gl. tenet contrarium, & illud verius, quia clausula, de rato, non operatur spāle mandatum, nisi fuisset data libera potestas, de quo dic vt in c. qui ad agendum, de proc. lib. 6. vel nisi dedisset sibi prātem faciendi oīa, quæ in propria persona constituens facere posset, & de hoc vltimo vide quod plene dixi in c. fi. de dilat. † In gl. pen. ibi, etiam silentio decem dierum. No. ex hac glo. modum procedendi ex sententia arbitri: sed latius attingendo materiam, concludendo dicta Doct. animaduertendum est, q̄ quandoq; fit compromissum simplici & nudo pacto, nulla interuenien re stipulatione, neque pœna, neque iuramento: & tunc communiter tenetur, q̄ de iure ciuili non oritur ex arbitrio actio, uel exceptio, ut not. in l. diem proferre, in fin. ff. eo. quandoque tamen producitur exceptio, si partes expresse hoc egerunt, vt in l. litigatores, ff. eo. sed de iure canonico est dubium. Hostiē. tenet, q̄ ex tali compromisso potest agi ad interesse secuto arbitrio, & placet hæc opi. Do. Anto. & satis videtur mihi vera, quia de iure canonico potest agi ex nudo pacto, vt in c. ii. de pa. & quod ibi no. ergo potest agi ad interesse, quemadmodum si interuenisset stipulatio. Sentit Hostien. quod etiam de iure ciuili potest agi hoc casu ad interesse, quia ius ciuile respectu interesse non exigit expresse stipulationem, licet glos. aliud hic dixerit, nam tex. in d. l. diem proferre, in fi. nullam mentionē facit de stipulatione, imo secundum Hostien. de mente Vlpiani fuit in d. l. i. ff. de pact. quod pacta ēt nuda dēnt obseruari, nā tex. ibi fundat se super naturali æquitate, & sic super obligatione naturali, quæ surgit ex nudo pacto, & tene menti hanc opi. Hostien. tamen Legistæ communiter intelligunt text. in illa l. diem proferre, in fi. quod loquitur, quando interuenit stipulatio. vnde satis credo, quod de iure ciuili non agitur ad interesse, si compromissum fuit factum ex nudo pacto, argumen. in d. l. litigatores, sed de iure canonico procedit quod prædixi, argum in d. cap. 1. & hoc in eo, quod tex. dicit in compromisso facto ex nudo pacto, & hoc tene, nisi arbitrium fuit emologatum expresè, vel tacitè. b Nam si arbitrium hoc casu emologatur tacitè, vel expresè, tunc ex sententia arbitri oritur c actio, & exceptio, c vnde potest agi pro ipsius executione, sicut si esset sententia iudicis, & fuit hoc inductum per legem 9 nouam, vt in l. pe. C. eo. † Aduerte tamen, nam expressa emologatio fit s̄m ius ciuile, quando partes subscribunt se sententiæ arbitri, dicendo, quod istam sententiam approbant, vel improbant, vt in l. ne in arbitris, & l. cum antea, C. eo. Refert tamē hic Inn. quosdam dixisse, quod etiam sine hac subscriptione potest expresse emologari sententia arbitri, & hanc partem de iure canonico tenet Host. vī etiam approbare do. Anto. & satis placet mihi per istum tex. vbi papa solum requirit, q̄ arbitrium fuerit receptum ad hoc, vt habebat executionem, nullam autē mentionem fecit de subscriprione, & facit ad hoc, quod leg. & no. in c. 2. de pact. Inspicimus. n. in hoc consensum, non aūt istam solemnitatem extrinsecam, quæ solum adhibetur ad psensum manifestandum. emologatio vero tacita fit per lapsum 10. dierum a tpe sententiæ. data partium taciturnitate, & hoc quo ad 10 primum casum. † Q̄nque & secundo fit compromissum intercedente stipulatione, d vt quia partes per stipulationem ꝓmittunt stare sniæ arbitri nulla pœna, vel iuso appositō, & hoc casu si pars non vult acquiescere sententiæ, tenetur vtroque iure ad interesse, vt in d. l. diem proferre, in fi. & hoc maxime iuncta gl. quod intelligo, nisi sententia contineat manifestam iniquitatem, de quo dicendum, vt plene dixi in c. 2. ī. eod. & hoc casu est dubium, an hæc snia possit emologari tacitè, vel expresse. Doct. nostri hic tacite sentiunt q̄ sic, & aperte do. Ant. sed non allegat Bart. qui aperte tenet contrarium in d. l. cum antea. vbi dicit, q̄ snia arbitri tunc solum emologatur, q̄si cōpromissum fuit factum nudo consensu, ita q̄ ex tali sententia nullum competebat remedium, sed vbi intercessit stipulatio, pōt peti interesse, ergo cessat remedium emologationis, & ita l. cum antea, induxit prouisionem emologationis, q̄si erat sententia inutilis: vnde concludit, q̄ hodie raro potest emologari sententia arbitri, cū hodie in compromisso semper intercedat stipulatio. Ego dicerem, q̄ de iure canon. in dubio procedit prima opin. per istum tex. & per ea, quæ sup. dixi: nam vides hic, q̄ eo casu, quo poterat agi ad interesse, q̄ nudū pactum obligat: ergo sequeretur s̄m opi. Bar. q̄ de iure can. nunquam sententia arbitri posset emologari, cuius contrarium manifeste probatur hic, sed de iure ciuili posset dubitari, & multum, facit tex. illius l. cū antea, in prin. pro opi. Bar. sed credo posse sustentari contrarium, quia illa lex vī se fundare, q̄si pœna non fuit apposita in compromisso, vnde ex quo non potest agi ad pœnam, nec litigantes prouiderunt sibi in aliquo remedio extrinseco, debet succedere prouisio illius l. cum antea. Quare concludo, q̄ licet arbitrium sit factum cū stipulatione, nihilominus potest emologari tacite, vel expresse, ex quo pœna non fuit adiecta in compromisso.

11 †Quandoque & tertio, compromissum fuit factum cum apposītione iurī citra aliam pœnam: & hoc casu vī velle D. Ant. q̄ ex tali iuro non potest peti executio sententiæ, nisi aliter arbitrium emologetur, sed poterat agi ad interesse: monetur ꝑ opi. Inn. dicentis, q̄ omnia, quæ apponuntur in compromisso, vīr apposita sub hac conditione. l. promitto seruare sententiam, vel soluere pœnam, & hæc interpretatio habet locum s̄m Inn. etiā si interuenit iusm: vnde satis est soluere pœnam, nec incidit in periurium non parendo sententiæ arbitri. & dicit Inno. q̄ hunc alternatiuum intellectum dederūt iura compromisso, qa cum arbiter possit ferre sententiam sine metu retractationis, necessarium fuit ita prouidere partibus, ne per iniustam sententiam res proprias perdant: vnde liberantur a sententia, soluendo pœ- 12 nam, vel interesse. † Et ex his infert do. Ant. ad notabile dictum, q̄ in obligationibus facti succedit obligatio ad interesse, ēt de iure canon. quantuncunque iusm interueniat, quia s̄m opi. Inno. pactum, & iuramentum intelligūtur apposita s̄m naturam cōtractus. e sed de natura oblationis est, vt quis præcise cogatur ad factum, sed sufficit soluere interesse, vt in l. stipulationes nō diuidūntur, & ibi plene per Bar. ff. de ver. obl. & dicit D. Ant. se putare, q̄ etiam in foro animæ non tenetur quis præcise ad fa- 13 ctum, quod iurauit, sed sufficit soluere interesse. † Sed tu considera latius: nam quo ad primum do. Ant. nullam mentionem facit de Hosti. qui expresse tenet hic contrarium, & Io. And. cū refert, nec reprobat: dicit enim Host. q̄ vbi iusm intercessit in compromisso, tunc pōt præcise peti executio sententiæ, nec requiritur alia emologatio, all. c. 2. ī. eo. Idem dicit. si interuenit fidei præstatio per c. peruenit. ī. eod. vnde non sufficit s̄m eum hoc casu soluere interesse, & si diceres, quare sufficit soluere interesse superueniente nudo pacto, & non sic, q̄si interuenit iuramentum, cum inter simplicem loquelam, & iusm Deus nō faciat dſiam? vt in c. iuramenti. 22. q. 5. Sol. respon. ipse, q̄ vbi interuenit nudum pactum, seu stipulatio, possunt partes hīe hāc causam contradicendi, q̄ si sciuissent arbitrum debere ità pronunciare, nunquam compromisissent: vnde cum in illa snia nō cōcurrat purus consensus partium, ius admittit, vt soluatur interesse, sed q̄si interuenit iusm, ius voluit hanc causam, seu occasionem approbare propter reuerentiam iusi, simile no. in c. ad audien. quod met. cau. & no. bene hanc rationem. Ego de iure can. approbo opi. Host. & puto eam indubitanter veram, & vltra eam allego tex. apertum in c. cum tpe, ī. eo. & vide, q̄ ibi dixi. Item cum de iure ciuili antiquitus daretur actio, si in compromisso interuenerat iusm, vt probatur in l. ne in arbitris, C. eo. ergo fortius dicendum est, q̄ de iure can. & hodie, & olim debet dari actio, si compromissum fuit iuratum, & hāc partem tenuerunt Cy. & multi alij antiqui in l. ne in arb. all. & in auth. decernimus, & quasi omues sequuntur, præter Bart. qui voluit ibi, q̄ etiam de iu. can. non debet intervenire iusm in compromisso, sed male loquitur, quia in c. 2. & c. peruenit, & c. cum tē-

pore,

ADDITIONES.

a Emologari. i. approbari. Adde, q̄ talis emologatio etiam a partibus facta, nihil operatur, no. Bal. in tit. de pa. Const. §. ſententiæ que. Alb. in l. antep. ff. de in. Alex. in l. licet. §. si seruus. ff. de pe. & Inn. in c. examinata. inf. de cōstit. vel inut. Zach.

b Vel tacite. Vide Fel. in c. eccl. S. Mar. col. 18. ver. 2. effect. de const. Seb. Sap.

c Actio, & exce. Adde Io. de Ana. cons. 16. & Ful. cons. 18. Raph. Com. cons. 3.

d Stipulatione. Vide Bar. in l. nemo potest, col. 2. ff. de lega. 1. & Ias. post Pau. de Cast. & Ale. in l. arbitrio. col. pe. ff. qui satisd. cog. Seb. Sap.

e Nam contractus. An iuramentum reguletur secundum naturam contractus, vide Ias. in l. sed & si quis. §. quæritum, col. vlt. ff. si quis cautio. in l. si conuenerit, ff. de iur. om. iu. in l. si insulam, in vlt. char. ff. de verb. ob. in l. nemo potest. in 7. col. ff. de leg. 1. & Fel. in rub. de præsc. col. 5. ver. fallit. 1. & Soc. in l. frater a fratre, col. 12. ff. de cond. indeb. Seb. Sap.

pore, ī. eo. & hic, interuenit iusm in compromisso, nec papa reprobat, imo mandat iusm obseruari: vnde Bal. in d. auth. decernimus. dixit, q̄ virtute iusi potest pars compelli ad obseruationem sententiæ, quia cum istud iusm non vergat in dispendium salutis æternæ, est omnino seruandum, vt in c. si vero, de iureiu. dixit tamen illa auth. decernim. reprobauit hodie iuramētum in compromisso, sed hoc dictum Bald. credo verū, quo ad hoc, vt agatur ex remedio l. ne in arbitris, quia Imperator potuit reuocare legem suam, sed dico, quod poterat agi virtute iuramēti, quia ex quo Deus, & canon mandat iuramenta seruari, ergo oritur actio, argumen. in l. vnica, ff. de condictio. ex lege. dixi plene in capitu. cum venissent. de institutio. facit, quod no. Bart. in l. si quis pro eo, ff. de fideiuss. vides ergo ex prædictis, quod Legistæ pro maiori parte sentiunt in effectu hanc opi. Hōstien. & vide quod dixi in d. c. cum tempore, & in c. fi. Ad dictum Innocē. potest primo responderi, q̄ Innocen. non loquitur quando iuramentum interuenit sine pœna, sed loquitur, quando vltra pœnam fuit appositum iuramentum nam sicut compromissum est conditionale propter pœnam appositam, & ita iuramētum videtur conditionale propter pœnam appositam, quasi vt seruet sententiam, vel soluat pœnam. posset etiam de nouo attentari, q̄ dictum Innoc. non sit verum, quia nullo iure probatur, & iura indistincte mandant, iuramenta seruari, vt per totum tit. de iureiuran. & debet iuramentum seruari in forma specifica, adeo q̄ non sufficit factum iuris obseruantia, vt est tex. no. in c. ad nostram, il. de iureiur. ex quo potest seruari in forma specifica, & adduco tibi vnum tex. ex quo potest seruari in forma specifica, & adducō tibi vnum tex. s̄in. de iure ciuili. in l. si quis maior, C. de transac. vbi probatur, q̄ quando in contractu interuenit iuramentum licet pœna sit appositā in contractu, non sufficit soluere pœnam, sed si pars contrauenit tenetur soluere pœ- 14 nam, & seruare contractum. † Et per illum tex. sing. no. ibi, Bal. quod iuramentum habet vim illius clausulæ. Rato manēte pa- 2 cto, a hoc est, quod soluatur pœna rato manente pacto, quod tene semper menti. ergo si iuramentum interuenit in compromisso pœnali, debet habere vim illius clausulæ, Rato manente pacto, & sic contraueniens tenetur soluere pœnam, & nihilominus compellitur seruare sententiam, & licet Bal. dixerit in l. ne in arbitris, q̄ illa l. si quis maior, non habet locum in cōpromisso, quod hoc dixit habito respectu ad ius ciuile, quia de iure ciuili iuramentum fuit reprobatum in compromisso. Sed cum de iure canonico iuramentum non sit reprobatum in cōpromisso, vt sup. dixi, ergo debet habere vim illius clausulæ. & licet l. si quis maior, videatur loqui in transactione, tamē per verba sua procedit in omni contractu, & hoc expresse firmat Bald. ibi in fi. & tenebis hoc menti. Quo ad secundum, an in obligationibus facti sufficiat de iure canonico soluere interesse, præsertim si intercessit iuramentum? do. Ant. vt sup. dixi, tenuit quod sic, sed vide, quia ipsemet tenuit contrarium in ca. veniens, de iureiur. eō casu, quo interuenit iuramentum, & quod possit de iure canonico præcise compelli ad factum, quando quis se obligat per iuramentum, vide bo. tex. in c. ex rescripto, de iureiu. sacit glo. in cle. pastoralis, de re iud. in ver. per violētiam, & respectu simplicis promissionis vide bonum tex. in c. licet, de voto, & hunc articulum plene examinaui. in d. c. veniens. de iureiur. & ibi vide, & ibi concluſi q̄ de iure canonico debet quis præcise seruare pactum quod promisit, ex quo adimplere potest, sive interuenerit iuramentum, siue non, iuxta illud Psal. quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita, & facit c. 1. & 3. de pac. 25 cum si. † Quandoque & quarto in compromisso intercessit pœna sine iuramento, & hoc casu pars contraueniens tenetur soluere pœnam, nec potest compelli ad obseruantiam sentētię, vt in c. dilecti, in fi. ī. eo. & in auth. decernimus, prælleg. & in l. 2. ff. eo. quod intellige, nisi sententia arbitri contineat euidentem iniquitatem, de quo dic, vt dixi in d. c. 2. Sed dubium est hoc casu, nunquid sententia arbitri possit emologari expresse, vel tacite? Doctor. enim antiqui iuris ciuilis fuerunt valerij. quidam tenuerunt, q̄ vbi compromissum est pœnale, sententia arbitri nō potest emologari, vt ex ea detur actio, quia l. cum antea, præall. prouidit de hac emologatione, quando pœna non erat apposita in compromisso, vnde partes apponendo pœnam, videntur recessisse a prouisione legis, argumen. in l. fi. C. de pact. conuē. tam super dote. & hanc opin. tenuerunt Bul. Azo, & Bald. Sed Mar. tenuit contrarium, & Hostien. hic videtur sequi istam opi. Mar. & dicit eam approbari per istum text. nam Papa mandat hoc arbitrium mādari executioni, si fuit receptum a partibus, sed si non fuit receptum, mādat pœnam exigi. ergo arbitrium pœnale potest emologari, & adducebat Host. istum tex. in verbo, indistincte. q. d. secundum eum, quod siue pœna sit cōpromissa, siue non, ex quo arbitrium fuit receptum, debet mandari executioni. videtur etiam approbare Inno. requiritur tamen, vt fiat emologatio per subscriptionem partium, ad hoc, vt pœnale arbitrium possit emologari, sed Moderni Legistæ cōmuniter tenent contrarium, vt no. per gl. & Bar. in l. 2. ff. eo. & in d. l. cum antea, & cum hac opi. communiter videtur transire hic dom. Ant. & tenentes hanc opin. quod arbitrium pœnale non possit emologari, respōdent ad istum tex. quod istud verbum, indistincte, debet exponi, siue procurator habuerit mandatum ad compromittendum, siue non. q. d. q̄ ex quo arbitrium fuit receptum a partibus debet indistincte mandari executioni, nō habito respectu, an procurator habuerit mandatum, vel ne, qa pars recipiendo arbitrium videtur approbasse factum procuratoris, & certe de iure ciuili ista opi. videtur verissima, & videtur probari in d. l. cum antea. Sed ego limitarem hoc dictum quo ad hoc, vt non detur actio ex sentētia, & ita loquitur l. cum antea. sed si partes purè approbant arbitrium latum simpliciter sine appositione pœnæ, licet in compromisso fuerit pœna apposita, credo quod potest agi ex tacito pacto, ita quod partes videtur de nouo contrahere, vt fiat quod continetur in sententia arbitri, hoc probo per optimum simile. nam sententia lata a iudice, quantuncunque sit nulla, potest ratificari a partibus, non vt habeat vim pacti ex nouo contractu, vt probatur in l. 2. C. commu. vtriusque iud. no. Bar. in l. vnica, C. qui pro sua iu. & Canonistæ post gl. in c. significasti. de foro comp. & ibi dixi. ergo eodem modo potest ratificari illa sententia arbitri, non vt agatur tanquam ex sententia, sed ex tacito pacto, & quodammodo ex nouo contractu, & sic posset intelligi iste tex. & saluantur opin. 16 supradictæ. † Et aduerte, quia posset multum instari contra id, quod supra dixi in præcedenti membro, vbi concluſi, quod si iuramentum interuenerit, agitur præcise ad obseruantiam sententiæ, nec sufficit soluere interesse. facit multum iste tex. in cōtrarium in eo, q̄ procurator iurauit, & tamē si fuit appositā pœna, cogitur illam soluere. Sin autem, compellitur solum soluere interesse. contrarium est difficile, & propter hoc aliqui voluerunt tenere partem contrariam. Sed certe tenendo qđ præ. dixi, quod videtur magis commune, & iuri consentaneum, potest responderi ad istum tex. quod loquitur, quādo procurator iurauit sine mādato domini: nam hic dicitur, quod procurator potuit iuramento suo seipsum obligare, & non ecclesiam: ergo si habuisset mandatum ab ecclesia ad compromittendum, & & iurandum, habuisset arbitrium ad executionem contra ecclesiam, vt in c. 2. ī. eo. sed hic contra procuratorem non poterat sententia mandari executioni, quia fuerat lata sententia super subiectione, & sic erat quæstio de re spirituali: vñ procurator non erat soluēdo, nec potest æstimari res spiritualis, ideo sufficit q̄ procurator soluat interesse, & vide ad hoc gl. fin. quę ad hoc inducit istum tex. in c. cōram, de offi. dele. vnde æstimabitur istud interesse habito respectu ad lęsionem, quam patitur alia pars toties litigando super eadem re, vt ibi no. gl. † Et p hoc 17 soluitur alia quæstio, quam formant hic Doct. quomodo sumitur hic illud interesse: nam Innocen. dixit, q̄ capitur pro expensis quas fecit in litigando, non autem pro æstimatione rei, quæ rebatur, quia in hoc sua non interest, quoniam aut res non erat sua, & non potest prætendere interesse, aut res erat sua, & potest illam de nouo petere, vt in l. si quis rem, ff. eo. Sed Host. intellexit istum tex. indistincte, prout loquitur, de omni interesse: vnde dicit q̄ veniat interesse, & etiam expensæ non solum quo ad litem præteritam, sed etiam futuram, arg. in l. minorib. ff. de mino. Sed ego distinguerem, q̄ eo casu, quo nō potest peti executio sententiæ, vt puta, quia non interuenit iuramētum, nec arbitrium fuit emologatum, tunc interesse non comprehendit æstimationem rei petitæ, sed aliud interesse contingens ratione litis motæ, vel mouendę, sed eo casu quo sententia posset habere executionem contra dominum, sed ex defectu mandati non posset peti executio, dico q̄ interesse capitur large vt etiam veniat contra procuratorem interesse. respectu æstimationis rei petitæ, si æstimari potest, quia procurator tenetur ad 18 omne dānū, vt in d. l. Plautius. ff. de procur. † Quādoq; & quin to ꝓmissum fuit pœnale, sed fuit apposita clausa pœna soluta ratum maneat pactum, & hoc casu si pars dixit, tenetur soluere pœnam. nunquid ār soluta pœna possit cōpelli ad obser- b uantiam laudi virtute illius causulæ, Rato manente pacto, b Inno. sentit hic quod sic, & idem gl. in c. dilecti. supra eo. sed tu expedias hunc articulum, vt plene ibi dixi. † Quandoque & sexto, 19 partes promiserunt stare sententiæ arbitri per stipulationem, sed

ADDITIONES.

a Pacto. Vide do. Ias. in §. item si quis postulante, colum. 2. Institu. de actio. vbi ponit plures effectus iuramenti, de quibus etiam late per Cor. in repe. rub. de iureiuran. & nunquid quando interuenit iuramentum, quis obligetur præcise, vide dom. Ias. in l. fi pecuniam, in princip. ff. de condic. ob causam, & l. stipulationes non diuiduntur, ff. de verborum obligatio. Sebastia. Sapia.

b Rato manente pacto. De virtute huius clausulæ, Rato manente pacto, vide Doct. in l. qui fidem, ff. de tranſ. & in l. cum proponas, C. eo. Fel. in c. ad nostram, de iureiur. Are. in l. si pecuniam, ff. de condic. ob cau. dom. Vitalem. in tract. clausularum, clausula 3. Seb. Sap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed immediate fecerunt pactum de obseruando id, quod arbitri iudicauerunt, & tunc voluit no. hic Inn. q̃ poteſt præciſe agi ad obſeruantiam laudi, non ex ſnĩa, ſed vigore pacti immediate appoſiti: nam præcedẽs ſtipulatio informat hoc pactum, ſm cuny, vt in l. lecta, ff. ſi cert. pet. Idem eſt, qñ actor fuit ſtipulatus certã rem dari, vel factum fieri, ſi arbiter ita iudicauerit: vnde non ſufficit hoc caſu ſoluere intereſſe, quia iſtud habet locum, quando partes promiſerũt ſtare dicto arbitri, ſecus qñ pars fuit expreſſe ſtipulata rem dari, vel factum fieri, a ſi arbiter hoc iudicauerit: & fuit dictum ſatis ſubtile, & menti tenendum, & ſm hoc debes limitare iſtum tex. in eo, q̃ diſponit de intereſſe. Et per hęc hẽs perfecte declaratam materiam huius c. & totius tit. & caueas ne in p̃dictis erres, quia (vt ſup. dixi ĩ quodã notabili) hæc procedunt in arbitro, & non in arbitratore. & de laudo arbitratorum qualiter habeat executionem, & de remedio contra iniquitatem illius arbitramẽti pleniſſime ſcribo in c. Quintauallis. ĩ. de iurciur. † In gl. ſi. in fi. No. ſi. iſtam glo. iuncto tex. q̃ licet delegatus Principis poſſit ſuam ſnĩam mandare executioni, vt in c. in literis, & in c. quærenti, de off. dele. tamen ſi de illa cã delegata factum eſt compromiſſum citra ſententiam in tertium, non poteſt iſte delegatus ſententiam arbitri mandare executioni, etiam ſi authoritate ſua fuerit factum compromiſſum, ſed debet recurri ad ordinarium, vt hic no. probatur, & adde quod no. in c. niſi. de præb.

ADDITIO.

a Rem dari, vel factum fieri. Adde, q̃ iſtam doct. tradit Dy. in quodam ſuo conſi. inci. Ptolomæus, quam ſequitur Flor. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſoc. & Io. And. in add. Spec. in ti. de arb. §. ſi. ver. item quid ſi compromiſſum. & Lanf. de Oria in tractatu ſuo, de arb. in vlt. par. q. 14. Zach.

SVMMARIVM.

1 *Compromiſſum an, & quando poſſit fieri, tam ſuper matrimonio carnali, quam ſpirituali.*
2 *Compromiſſum expirat morte alterius compromittentis, quandocunque ante ſententiam moriatur.*
Inſtantia inchoata tranſit in hæredem.
Citatus ſi moriatur, eſt citandus eius hæres.
Laudum latum contra vnum, mandatur executioni contra eius hæredem.
3 *Electio attentata poſt mortem collecti eſt ipſo iure nulla.*
4 *Acta facta coram arbitro, qui erat etiam iudex ordinarius, an faciant fidem coram ipſo poſtea procedente tanquam ordinario.*

CAP. X.

EX parte. Morte alterius compromittentium finitur compromiſſum. Vel latius ſumma ſic. Si per duos electos ad eandem prælaturam in diſcordia compromittitur in ordinarium, morte alterius compromittentium expirat compromiſſum, ordinarius tamen ex poteſtate ordinaria procedit ſuper iure ſuperſtitis, antequam fiat tranſitus ad aliam electionem. h. d. Et primo ponitur conſultatio. Secundo reſponſio, ibi, ſuper quo. Caſus lit. Vacante Præpoſitura S. Cuneberti in Colonia, canonici eiuſdem eccleſiæ vota diuiſerunt in duos. quidam elegerunt H. de Iulia co, & quidam alij elegerũt C. de Lombardia. poſtmodum cum partes eſſent in p̃tia Colonien. Archiepiſcopi, & tractarent ſuper huiuſmodi electionib. in ipſum ſuper hoc fide præſtita cõpromiſerunt, qui cauſæ meritis diligenter auditis, & intellectis, diem ad ferendam diffinitiuam ſententiam partibus aſſignauit, pendente dilatione alter electus H. de Iuliaco de medio eſt ſublatus. Archiepiſcopus hoc audito canonicis prohibuit, ne pendente ſua ſententia ad aliam electionem procederent, ſed quidam illorum nihilominus H. Colon. canonicum in præpoſitum elegerunt: die, quo debebat ferri ſententia, partib. coram Archiepiſcopo conſtitutis, dictus H. allegauit q̃ Archiepiſcopus vlterius procedere nõ debebat, cum poſt mortem alterius compromittentis videatur compromiſſum finitum. Archiepiſcopus ſuper hoc conſuluit do. papam. Papa reſponder, q̃ licet compromiſſum per mortem ipſius H. ſit finitum, prius tamen de meritis prioris electionis cognoſcere debet, quam proceſſus fieret ad ſecundam, nam ſi dictus C. ſuperſtes in electione ius
1 habet, ſecunda non tenet. B. † No. q̃ ſuper electione, & ſic ſuper matrimonio ſpirituali poteſt fieri compromiſſum, concor. ca. cum inter canonicos, ſupra de ele. facit c. niſi. ĩ. de præb. & per hæc iura limitatur tex. in c. pen. ſupra de in integ. reſtit. vbi dicitur, q̃ in cauſa matrimoniali non poſſunt arbitri aſſumi, debet enim reſtringi ad matrimonium carnale, quod deſiderat maiores iudices, nec admittit aliquam compoſitionem, vt in cap. ſi. de tranſact. & in ca. 1. de conſang. & affin. & in c. accedentibus. de exceſſ. prælat. ſecus autem eſt in matrimonio ſpirituali, vt hic, & in iuribus præalleg. & hanc quæſtionem formauit Ioan. And. in d. c. pen. licet glo. vacillauerit, & potius ſenſerit contrarium, ſed tu tene quod prius dictum eſt, puto tamẽ hoc dictũ verum, vt valeat compromiſſum in præiudicium ipſorum cõpromittentium, ſed quatenus fieret præiudicium ſuperiori, vel eccleſiæ, ſicut in ſimili no. in c. de multa, de præb. vnde eo caſu, quo electi poſſunt libere renunciare, poterunt per p̃nam compromittere, ſed eo caſu quo non poterunt renunciare ſine licẽtia ſuperioris, non valebit compromiſſum in præiudicium ſuperioris, ſed quo ad præiudicium proprium ſic, ar. opin. in l. 1. §. ſed cum lis. ff. de tranſa. & in l. ſi dictum, ff. de euic. facit reg. cũ quid vna via. de re. iu. lib. 6. & quod dixi in c. cum tempore, ſu. eod. An aut, & quando poſſit electus renunciare electioni ſine licentia ſuperioris, vide bon. glo. ſi. in c. ſi electio. de ele. lib. 6. & quod no. Docto. in ca. 2. de tranſl. Epiſcopi. Secundo no. iuncta ſupraſcriptione, quod in ordinarium poteſt compromitti tanquam in arbitrum, & optimè probat iſte tex. concluſionem, quam feci in c. cum tempore, præalle. nam Archiepiſcopus Colonien. erat hic ordinarius iſtorum, & tamen fuit in eum compromiſſum tanquam in arbitrum, quod colligitur ex eo, quia tanquam arbiter prefixit diem ad ſententiam audiendam: arbitrator. n. non fert ſententiam, quia coram eo non eſt iudicium, nec quaſi, vt no. In. in c. Quintauallis, de iurei. ſed arbiter debet ferre ſententiam, quia arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorũ, vt in l. j. ff. de arb. facit c. cum dilectus. ſup. eod. vbi arbiter largo modo dicitur iudicare. in hoc iſtum tex. tene menti, quia hæc conſideratio non probatur alibi ita bene, ſicut hic. nam illi qui tenuerunt contrarium dicebant, q̃ iura canonica loquuntur in arbitratore, & non in arbitro, & vt dixi in d. c. cũ tpe, cuius contrarium manifeſte probaẽ hic, niſi diceres q̃ Archiep̃s reſeruauit hic ſibi pt̃atem ordinariam, ita q̃ procedebat hic vtraq; pt̃ate, ſed hoc non colr̃ hic, imo potius ↄrium, cum allegaretur ipſum nõ debere vlterius proceder ere, cum compromiſſum eſſet extinctum. Tertio no. ibi, fide prẽſtita, q̃ de iure canonico, poteſt compromiſſum fidei interpoſitione firmari, concor. c. peruenit. ĩ. co. & c. cum tempore. quandoque firmatur iuramẽto, vt ſupra c. prox. & in c. 2. ĩ. eo. & quæ differentia ſit inter iuramẽtum, & fidei præſtationem, dixi in c. ad aures, qđ me. cau. Quarto no. q̃ arbiter põt citare partes ad ſnĩam audiẽdam, & ſic poteſt citare per literas, vt in l. ſed interpellatur, §. arbiter, ff. eo. Et no. quod largo modo dr̃ ferre ſnĩam, concor. c. 1. ĩ. eo. ſtricte tamen nõ eſt ſnĩa, vt ibi dixi, ſed potius appellatur arbitrium, vel
a laudum, a vt in c. per tuas, & in c. cum tempore. ĩ. eo. hẽt enim arbiter notionem, ſeu quandam facultatem, aut arbitrium cognoſcendi, non autem hẽt iuriſdiõnem, vt in l. ait prætor, quod
2 ibi no. ff. de re iud. † No. hic, & tene menti, q̃ per mortem alterius compromittentium expirat compromiſſum, ẽt ſi añ mortem alterius compromittentium expirat compromiſſum, etiã ſi ante mortem fuerat concluſum in cã, ita quod non reſtabat ſibi niſi ferre ſnĩam, & optime proba tur hic, & alibi non ita bene probatur. nam alia iura ſimplr̃ dñt, q̃ morte alterius cõpromittentium expirat compromiſſum, vt in l. diem proferre. §. 1. & in l. ſed interpellatur, ff. eo. & in c. ſi ĩ. eo. ſed non faciunt mẽtionem, qñ ante mortem oĩa expedita erant, ita q̃ non reſtabat niſi ferre ſnĩam, & hoc probatur hic ſi̇ngulariter. quinimo plus probat iſta lra (ſi bene ponderetur) q̃ etiam ſi arbiter prefixerit diem partib. ad ſnĩam audiendam, nihilominus expirat cõpromiſſum per mortem alterius cõpromittentium, & eſt hoc no. per ea quæ le. & no. in ſimili in c. auditis, de proc. & hanc cõcluſionem ſup. factam firmauit Bal. in d. l. diem proferre. alle. Inn. hic, ſed non oportuit allegare Inn. quia tex. eſt hic apertus, & q̃ hoc facit, q̃ termious præfixus ad ſnĩam audiendam ẽt per iudicem extinguitur per mortem citati, ita q̃ non valet ſnĩa poſtea lata prætextu illius citationis, vt in l. in ſumma. §. fi. ff. de re iud. cum ergo opus ſit noua citatione, expirat compromiſſum, qa non poteſt citari perſona in compromiſſo non comprehenſa,
a Et fraus. Fit autem fraus legi, quando interponitur alia persona, vt in l. pupillus, §. sed & si per interpositam, ff. de auct. tut. in l. si sponsus, in princi. ff. de don. inter virum, & vxorem. cum alleg. per gl. in l. si is, qui bonis, ff. de acq. hæred. & in l. eos, §. fi. C. de usur. & no. Bald. in l. non dubium, col. 4. C. de legi. & in l. mancipia, C. si quis alteri, vel sibi, & Bart. in l. 1. C. de naui. non excusan. lib. 11. Seb. Sap.
b Rem suam. Vide casum, in quo fertur sententia pro actore, licet aduersarius non possideat, in l. fi a te. §. 1. cū gl. fi. de exc. rei iudi. quem tex. dicit Bar. ibi esse scribendum literis aureis, & illum extollit Matthes. in no. 138. & Ias. in 1. naturaliter. §. nihil commune, colum. 11. uersi. quinta conclu. ff. de acquir. poss. & Doct. post Abba. in cap. examinata, ubi Ant. Sicu. colum. 5. infra de iudic. Seb. Sap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

verba ex proprio significatu sonant in .itium: nam si ego bona fide emi, non dicor me ingerere, & hoc no. Ad contrarium ergo formaliter, respondendo, dic, quod ista est noua prouisio non cogitata à iure ciuili, per quam extenditur rescriptum in singularem successorem, quando alienatio fuit facta fraudulēr causa mutandi iudicij: l. autem vnica, præalleg. loquitur, qñ conuenitur coram delegato impetrato non contra eum, sed ꝺ
4 suum auctorem. † In gl. pen. ibi, Datur actio in factum. Pro intellectu clariori totius tituli, debes scire, quod edictum de alienatione mutandi iudicij, de quo. ff. eo. tit. fuit inductum ad prouidendum damnificatis ex dolo alienātis rem causa iudicij futuri mutandi: nam ex quo iudicium non erat inchoatum, libere quis poterat rem suam in alium transferre, sed prætor sequēdo æquitatem, & volendo obuiare fraudi, induxit ꝙ si quis malitiose in iacturam illius, qui volebat cum conuenire, illam rē, de qua erat contentio, seu sperabat contentio, transtulitin aliū, ꝙ possit agi contra istum alienantem ad omne interesse, quod alia pars potest pati ex ista alienatione, vt in l. 1. & in l. 3. eo. tit. vnde si non prætendo interesse respectu illius rei, quia illam rē possum consequi ab eo, in quem facta fuit translatio, non consequar per actionem in factum æstimationem rei, sed solū dāna extrinseca: puta, alienasti librum in Florētina, super quo volebam te conuenire: oportebit me nunc ire Florentiam ad vēdicandum, & sic faciam maiores expensas, quàm hic feciſſem cōtra te: oportebit me dimittere artem meam, & sic sum damnificatus: ad hæc, & similia damna datur ista actio in factū: sed si non possem illam rem recuperare ab eo, in quem trāstulisti tunc consequar per istam actionem, æ imationē rei, quia sum damnificatus etiam respectu rei, ad hoc tex. in l. Item si res, ff. e. tit. Vbi plus dicit tex. ꝙ etiam si ille singularis successor vsucepit illam rem propter negligentiam meam in non agendo, ꝙ nihilominus possum à te petere æstimationem rei, quia rūc tenens mihi ad interesse ratione delicti tui, vnde negligētia mea contra illum nō fecit cessare delictum tuum, & vide, quod no. Bar. in d. l. 3. Et per hoc infertur, ꝙ per istam actionem in factū contra te non tollitur actio directa. f. rei vendicatio contra possessorem, quia ista competunt ad diuersa: nam rei vendicatio competit contra possessorem rei pctio rei consequendæ, actio in factum competit contra alienantem propter damnum extrinsecum; & sic intellige glo. quæ hoc in effectu voluit in d. l. vnica. Sed opponitur alter contra prædicta, & contra glo. nam actio in factum est subsidiaria, nunquam enim competit, quando datur alia actio, in l. 1. ff. de præscrip. verbis, sed hic competit rei ven. contra possessorem, ergo non debet competere actio in factum. Sol. dicit gl multum notabilis in d. l. vnica, ꝙ cōtrarium procedit respectu eiusdem personæ, sed respectu diuersorum bene potest actio in factum concurrere cum alia actio-
5 ne, vt probat tex. in d. l. vnica, & voluit hic glo. Et ex hoc bene no. limitationem ad illam regulam, ꝙ vbi competit remediū ordinarium, non datur extraordinarium, de quo in l. in causæ, ff. de minō. illa enim procedit respectu eiusdem personæ, nam respectu diuersorum possunt concurrere: vt in casu nostro. † Secundo opp. aliter: nam qui do o desist possidere habetur ꝙ possessore, & potest conueniri rei vendicatione vtili, vt in l. finautem, §. 1. ff. de rei vend. & in reg. ꝙ possessore, de re. iu. lib. 6. cum ergo habeat locum ista rei vendicatio vtilis contra dolose alienantem, non debet competere contra eūdem actio in factum, quæ est subsidiaria, vt prædixi. Sol. dicit Bar. in d. l. ꝙ per illam rei vendi. vtilem non est ultrà satisfactum aduersæ parti, cui forte magis expedit habere rem suam, quam habere estimationem: nam ab isto, qui non possidet, non potest consequi nisi estimationem: vnde propter interesse, quod potest prætendere in eo, ꝙ non potest ab isto cōsequi rem suam, datur actio in factum ad interesse, & optimè loquitur. Sed potest dari iudicio meo alia solutio: nam rei vendicatio vtilis datur contra dolose desinentem possidere post litem contest. ita loquitur tex. in d. l. finautem: nam per contestationem litis est quasi quidam ꝯctus initus inter actorem & reum: vnde si dolo, desijt possidere, remanet nihilominus obligatus, vt teneatur respondere ac si possideret, sed ante lit. contest. cessat istud remedium, ideo fuit opus dare remedium ex isto tit. videtur tamen hic Hostiē. velle, quod de iure canonico sufficiat, ꝙ præcesserit citatio ad hoc, vt iste qui dolo desijt possidere, remaneat obligatus, vt sic id, quod operatur lit. contest. de iure ciuili, operetur citatio de iure canonico, ar. c. proposuisti, de fo. compe. Fatetur tamen, ꝙ hoc non est expressum in iure canonico, quia illud c. proposuisti, loquitur de præuentione tantum: sed facit iste tex. in princi. dum ponderat, ꝙ ante citationem fiebat ista alienatio, & not. singulariter hoc dictum Host. quia obiter loquitur, & non solet ad hoc allegari, & videtur mihi dictum æquum, sed iure nō probatur. Ad istum tex. potest rei, ponderi, secundum Innoc. ꝙ ponderetur hic, ꝙ emanauerit citatio, quia post citationem de iure antiquo admittebatur omnis ap, pellatio, quæ nō erat manifestè frustratoria, vt no. in cap. vt diuinus, de app. In ea glo. ibi item si paratus sit subire iudicium. Vult ergo gl. ista, ꝙ alienans dolose euitat actionem in factum, si vult subire iudicium, ac si possideret: & communiter transeunt hic Doct. cum gl. nam gl. loquitur prout tex. disponit in l. quia etiam in fi. ff. eo. sed Bart. ibi post gl. notabiliter hoc limitat, dicens hoc procedere, quando alienans obligat sub certa pœna ad restituendum illam rem, si actor præualuerit in iudicio: nam alias non esset competēter satisfactum actori, quia (vt supra dixi) fortè non cōtentatur de
6 æstimatione rei, iō pt agere ad interesse, nisi iste obliget se modo prædicto. † Vltimo hic posset quæri, nūquid prouisio istius edicti habeat locum contra actorem, sicut cōtra reum? de quo multi dixerunt in d. l. l. sed casus videtur expresse in l. pen. ff. eo. tit. & hoc firmat ibi Bar. & probat ille tex. secundum vnum intellectum, qui communiter approbatur. Et pro hoc ego adduco tex. inf. c. proxi. in eo, quod loquitur de actore, & est situatū sub rubrica de alienatione mutandi iudicij. Tamen aduerte, qa tex. in d. l. pen. solum disponit, vt actor, in quem facta est cessio actionis malitiose causa mutandi iudicij, excludatur per exceptionem ab actione sibi concessa: vnde potest dicere reus, Nolo tibi respondere, quia tibi fuit facta cessio malitiose: nihil autem dicit tex. ibi vtrum reus possit agere ad interesse cōtra istū, qui malitiose cessit actionem. Sed ego puto, quod est in optione rei, an velit sibi respondere, & agere ad interesse ꝯ cedētem in eo, quod fecit conditionem suam deteriorem, cedēdo actionem suam alteri causa mutandi iudicij: nam sicut potest actor agere ad interesse cōtra reum, qui malitiosè rē in alium transtulit, idem debet posse reus agere contra actorem, qui malitiosè iura sua cessit alteri: nam, ex quo istud edictum habet locum in actore, sic & in reo debet pariter competere actio in factum ad interesse contra vtrunque.

SVMMARIVM.

1 *Actor siue reus, si potentiores aduocatos adhibuerint, perdunt cām, in qua litigatur si hoc fit malitiosè factum, alias secus. 4.*
2 *Potentiores, qui dicantur in materia tit. C. ne lice. pote. & c. 9.*
3 *Cessio actionum, quibuscunque personis facta, an, & quando teneat, siue facta inter viuos, siue in vltima voluntate.*
5 *Cessio actionum, quando est facta in aliquem, an possit agere cessionarius, an cedens, & cessionario restituere.*
6 *Nomina debitorum an possint emi minori pretio, quam sit in ipsorum exactione.*
7 *Cessio actionum, an, & quando præsumatur simulata, vide hic plene. 10.*
8 *Sententia lata contra cedentem, siue alienantem, an mandetur executioni cōtra tertium possidentem illas res.*
10 *Cessio actionum facta clerico per laicum, an valeat,*

CAP. II.

EX parte. Clericus causa mutandi iudicium non debet recipere cessionē à laico, & duæ sunt partes. Primo ponit quærelā. Secundo prouidet ibi, Cum igitur. Casus lite. Apud Hipretium aliquando emergunt quæstiones inter laicos eiusdem loci, quæ dirimi debent per iudicium seculare: quidam clerici faciunt sibi cedi actiones ab aliquibus laicis dono, vel pretio, vt aduersarios trahant ad ecclesiasticum forum, & sic prædam ex tali commercio assequuntur. Scabini, id esto, officiales eiusdem loci significauerunt hoc domino Papæ. Vnde super hoc scribit quibusdam, dicens ꝙ cessiones, & emptiones litium prohibentur per leges ita ꝙ iactura causæ afficiunt illos, qui aduocant sibi patrocinia potentiorum, & odiosæ sunt huiusmodi cessiones, qa ex cupiditate procedunt: vnde mandat quibusdam, quatenus prædictos clericos compescant ab huiusmodi præsumptione per cēsuram ecclesiasticam. B. No. 1. de hoc verbo. Scabinorum, & simile verbum habetur in c. 1. de immu. eccle. lib. 6. & est nomen officij: vnde alibi appellantur antriani, vel priores, seu consules, & est vulgare quorundam locorum. No. 2. arg. quod actio alteri competēs potest acquiri duobus modis, scilicet dono, & pretio: possunt ergo cessante fraude actiones cedi titulo donationis, vel emptionis, facit l. per diuersas, C. mand. Contrarium innuit litera in ver. cum igitur. Sed pro concordia distingue, vt infra dicam in distin. No. 3. ibi legitimæ sanctiones, quod in materia cessionis actionum licitè recurrimus ad ius cinile, cū Papa specificè videatur hic in hac materia leges ciuiles approbare, & generaliter facit. c. 1. de noui operis nunc. † No. 4. ibi, potētiorum patrocinium, quod tam iure canonico, quam ciuili, ad uocans in causa, patrocinium potentiorum debet perdere ipsam causam. & no. verbum, patrociniū: non enim loquit de cessione actionis: vnde debes scire, quod ius ciuile edidit notabile remedium contra aduocantes potentiores in aduocatos, seu procuratores, vel vt aliàs præstent sibi fauorem, vel auxiliū in causa: debent enim isti affici iactura causæ, & potētiores, qui præstiterunt auxilium, debent acerbè puniri, & intelligo in potentioribus ratione, magni officij, seu dignitatis, ita quod prætextu officij possint esse terribiles aduersæ parti, & ostendere ei vultum minantem, & terribilem, de hoc est tex. secundum cō munem intellectum in l. 1. C. ne lice. poten. & illam legem. seu istud

istud remedium text. hic voluit comprehēdere in verbo, ita ꝙ iactura &c. Et ex his infertur, quod si pars inducit aliquē ex dominis, vel alium officialem habentem merum vel mixtum imperium ad intercedendum proco apud iudicem causæ, debet puniri in amissione causę, vt hic & in dicta lege prima. C. ne lice. potent. & nota. bene hoc dictum, quia potest quotidie practicari etiam de iure canonico, vt vides hic, & habet hoc edictum locum tam contra reum, quam contra acto rem, vt colligitur ex rubro præallegat. & firmat Barto. in dict. l. 1. Item no. ibi. ex fonte cupiditatis, ꝙ emptio actionis procedit ex fonte cupiditatis: quærit enim emptor prædam ex aliorum iurgio. Vlt. no. maximè iuncta gl. fi. ꝙ clerici nullo modo debent eme re actiones: nunquid autem possint illas recipere, si dono fiant eis cessiones? dicam cum gl. fi. In gl. 1. ibi, diuersorum titulorū. Et dic, ꝙ versatur hic materia quatuor titulorum, primo materiali stius tituli, inquantum mutatur forus, secundo materia tituli, Ne lice. potent. & incidenter Papa fecit hic mentionem de illo titulo, vt ostenderet, & communicaret nobis illius materiam: tertio materiam tituli Mandati, inquantum tractatur de cessione actionum: quæ iura tractantur. C. mand. in l. pen. & vlti. quarto tractatur materia tituli, de litigiosis, quando conceditur actio in litigium deducta & sic potest intelligi versic. cum igitur. & habetur materia in tit. C. de litig. & quasi per totum, & de hoc vide Spec. in tit. de cessio. actio. in §. 1. & quasi per to-
1 tum. † In ea. gl. ibi, clerici maiores reputantur: vult ergo glos. ꝙ clerici dicantur potentiores laicis, & hoc tenuit Goffred. ratione officij clericalis, dicens quod cedēs actiones suas clerico incidit in edictum, Ne liceat potentioribus, & sic debet perdere omne ius, prout ibi dicitur. Sed hoc dictum non placet Innoc. nec Host. nec communiter Doct. sequuntur, dicunt enim ꝙ nisi clericus habeat potestatem contra laicum, non reputatur potentior quo ad materiam nostram, & requirit Hosti. ꝙ habeat
a potestatem de iure, & de facto: alias secus: a ponit exemplum in magno Comite, qui habet feudum à prælato paupere, nam licet de iure iste prælatus sit maior, tamen in facto potius potest opprimi à Comite, quàm opprimere: vnde non diceretur iste potentior quo ad materiam nostram, & hanc vltimam opi. sequitur Spec. in tit. de cessi. actio. §. 1. in 1. col. putarem tamen gl. posse procedere in episcopis, seu aliis prælatis habentibus iurisdictionem spiritualem super laicum, contra quem facta est cessio: nam iste prælatus propter iurisdictionem quam habet, satis potest ostendere vultum terribilem simplici laico, & facit ad hoc quod no. Bart. in l. vnica, C. de his, qui pot. nomine. vbi ponit exemplum in prælatis. In gl. 2. No. bene istam gl. quæ est satis bona, & plana in materia sua, & videtur consimilis glo. in l. per diuersas, C. mand. & in l. 2. C. ne lice. poten. Sed plenius, melius, & formalius attingendo materiam istam, quæ est quotidiana, & difficilis, distinguo annectendo opin. Doct. vtriusque iu-
3 ris. † Cum ergo quæritur, an teneat cessio actionum? distinguo sic, ꝙ aut fit in vltima voluntate, & tenet vt in l. nomen, ff. de lega. 3. hoc tamen casu distinguitur, ꝙ aut actio erat in iudicium deducta per defunctum, & non debet agere legatarius, sed hæres, tamen omnem vtilitatem, quam hæres consequitur, debet legatario restituere, & si nihil consequitur, nihil dabit, quia videtur testator legando actionem legasse eōtum illius iudicij, & ob hoc, ne fiat collusio per hæredē potest legatarius (si vult) assistere hæredi in iudicio, vt habetur hodie in auth. vt si hęres C. de litig. si autem actio non erat in iudicium deducta, poterit legatarius post cessionem sibi factam agere, vt ibi. & in d. l. nomen. Si verò cessio fit inter viuos, & tunc aut fit potentiori ratione officij, seu dignitatis præcipuè, & nō valet cessio, & cedēs debet perdere omne ius, quod habebat, & iste est proprius casus in l. 2. C. ne lice. poten. † Aduerte tamen ad vnum notabile
4 dictum Spec. ꝙ Doct. non solent allegare, in tit. de cessi. actio. §. 1. ver. quod autem dixi. vbi post Vincen. dicit illud procedere, quando fit potentiori malitiosè causa oprimādi aduersarium, secus autem si fieret sibi bona fide, argum. in l. qui stipendia, C. de procurator. vbi militi potest actio bona fide cedi & mihi placet hoc dictum: nam iura hoc prohibentia fundarunt se super fraude, & ex coniecturis poterit apparere bona fides, pone eūm, ꝙ actio mihi competēs erat omnino indubitata, vt quia aduersarius de plano confitebatur debitum: nec erat aliqua contentio, & ego eram amicus illius potentioris, & diuitis, nihil enim hoc casu videtur prohibere cessionem istius actionis, & hoc bene no. quia egregiè limitat illam l. j. & glos. istam. Si verò fit cessio potentiori non ratione officij, seu dignitatis, sed est iste potentior alio respectu, quia fortè nobilior, vel ditior, & tūc si fuit cessio facta causa mutandi iudicium, potest excludi cessionarius per except. vt in l. pen. & quod ibi not. ff. de alie. iud. mu. Isto tamen casu non perditur actio, sed debet agere iste, qui cessit: punitur tamen in hoc, secundum vnam opin. ꝙ non potest amplius illam actionem alteri cedere, nec potest in ea constituere procuratorē, sed tenetur prosequi, & hoc videtur innuere tex. in d. l. pen. & prædicta firmat ibi Bar. quod bene notabis in practica: punitur etiam pœna, de qua in l. fi. eo. tit. si verò cessio fit non potentiori, & tunc aut est cessio dubitata (& dicitur dubitata eo ipso, ꝙ est in litigium deducta, quia dubius est euentus) & non potest regulariter alteri cedi, & cedens incidit in vitium litigiosi: vnde debet puniri, prout habetur in l. fi. C. de litig. & p gl. iuncto tex. in c. ecclesia, vt lit. pendē. Fallit in casibus ibi enumeratis, vt in causa donationis ꝓpter nuptias, &c. quas causas
5 enumerat gl. in d. c. ecclesia. † Sed aduerte ad vnum, nam text. ibi non aperit, nec D. An. in illis casibus ibi enumeratis, an possit agere cessionarius, an debeat cedens prosequi vsque ad fin. Sed Inn. hic in quadam glossella no. sentit, ꝙ ex quo actio est semel in iudicium deducta, nunquam potest alius prosequi etiā in casibus, in quibus potest fieri cessio, adducit l. quanquàm. ff. de aqua plu. arcen. & auth. nunc si hæres, prælleg. & placet mihi hoc dictum, iura tamen per eum allegata faciunt in argum. nam sicut vidimus, quod actio litigiosa potest legari ī testamēto, tamen prosecutio debet fieri per hæredem, ita dicamus in aliis casibus prēmissis, quod prosecutio debeat fieri per ipsum cedentem, non enim debet alterari iudicium cum præiudicio aduersarij: nam videmus ꝙ procurator qui semel fuit lit. conte. non potest sine causa remoueri per dominum resistentem aduersario, de quo vide text. iuncta gl. in c. 2. de procur. lib. 6. ergo fortius non potest iste actor aliam prorsus personam substituere in iudicio: agat ergo ipse, & commoditas in illis casibus pertinebit ad cessionarium, argu. in d. auth. nunc si hæres, & no. bene hoc dictum. Si verò actio non est mutata, quia nondum est in iudicio deducta, tunc regulariter potest cedi tit. donationis, & venditionis, vel alio titulo legitimo, vt probatur. C. de hære. vel actio. vend. in l. nominis vēditio, & in l. nomina. ff. eo. cum similib. & in d. l. penu. C. mand. si tamen prætenderetur aliqua causa, & esset simulata, non valeret cessio, & præsumitur simulata ex certis causis. primo ex modicitate pretij, vt hic in glo. &
6 no. in d. l. pen. † Sed etiam dubium difficile, quando precij dicatur modicum, b vt præsumatur fraus: nam Inno. hic sentit, ꝙ
b ad hoc, vt dicatur vera venditio debet esse tantū in pretio, quātum est in actione: vnde dicit ꝙ actio potest inter laicos licitè vendi, & emptor potest agere vsque ad quantitatem, quam exburſauit, q. d. ꝙ si in actione sunt mille, & iste emit pro quingētis, non potest agere, nisi vsque ad quingenta, arg. in d. l. pen. sed Bar. in d. l. pen. magis late hoc assumit: dicit enim ꝙ comperēs pretium est, quod remanet deductis expensis, & labore, ꝙ sunt pro recuperāda re, quasi velit dicere, ꝙ debet haberi respectus ad laborem, quem sustinebit iste emptor in recuperanda re, & ad expensas, quas est facturus, & idem sequitur Bal. in l. 2. C. ne lice. poten. & sic videntur communiter isti Doct. sentire, quod non potest emi pro minori pretio, quàm sit in ea, nisi habito respectu ad prædicta, sed ego hoc dictum ex toto non approbo: nam minus valet actio, quàm res, ad quam datur, tum propter dubium euentum litis, cum posset perdere causam, etiam iustā propter iudicis defectum, tum quia debitor potest interim essi ei inops, & ideo dixit tex. notabilis in l. minus, ff. de reg. iu. ꝙ minus, est habere actionem, quàm rem, & ideo cū quis emat qua si spem & euentum iudicij futuri, ridiculum est dicere, ꝙ pretium de necessitate debet esse tantum quantum est in actione, & pro hoc allego tibi Inno. in c. in ciuitate, de vsur. vbi concludit, ꝙ cum bona conscientia potest quis emere actionem iam ortam tempore cōtractus etiam pro minori pretio, quia exponit se periculo. Item vide aliud simile in tranſactione: nam quā doque valet transactio, licet transigens videatur læsus vltra dimidiam iusti pretij, quia non debet considerari quantum petit sed quātum verisimiliter talis lis valet, habito respectu ad dubitationem causæ, & ad dubium euentum litis, vt est text. not. in l. Lucius, ff. ad Trebel. no. Docto. in l. 2. C. de rescin. vendi. & in c. pe. de emp. & vendi. peluderem, ꝙ modicitas pretij dicitur habito respectu ad valorem actionis, qui valor debet considerari habito respectu ad dubium euentum litis, secundum quod cā
7 est clara, vel dubia. † Secundo, præsumitur simulatio, quando in cessione non exprimitur titulus contractus, puta, quia dicitur in instrumento, ꝙ cessit actionem tali, & nō dicitur ex qua
c causa, c & videtur hoc probari in d. l. per diuersas, & tenent cōmuniter Doct. ibi, & Inno. hic. Tertiò, præsumitur simulatio secundum Inno. hic, si titulus cessionis non ponitur in principio instrumenti, sed in medio, vel in fine, vt puta quia dicit ur talis cessit actionem suam. Tertio titulo donationis: debet enim, secundum Innoc. præcedere titulus cessionem, & ita recitando transeunt communiter hic Doct. sed tu vide gl. in l. 2. C. ne lice. poten. quæ posuit originaliter illam opi. sed Bar. in d. l. pen. reci
tat

ADDITIONES.

a Aliàs secus. Vide no. in l. fi. in prin. ff. si cer. pet. ubi Bar. & alij videntur velle, quod ille dicatur potentior, qui non est facilis ad conueniendum, & hoc ēt no. do. Ias. in §. item si quis in fraudem, Inst. de act. Seb. Sap.
b Modicum. Adde Franc. Arc. consi. 96. Ro. consi. 405.
c Ex qua causa. Adde quæ dicunt Bal. consi. 128. 1. lib. incipit Lau.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tat multos Doct. tenuisse contrarium, quos ipse sequitur, & dicit, quod pluries fuit iudicatum, quod ista præposteratio nō habeat vitiare: satis est enim quod titulus cessionis ponatur in instrumento, & ita nouissimè firmauit Bal. in d.l. 2. & hæc opin. mihi placet, quia regulariter in alijs dispositionibus non vitiat præposteratio, vt in l. præposteri, C. de testam. & in §. ante hæredis. Instit. de leg. & in c. pen. de confir. vtili. vel inutili. cum simi. vnde Innoc. debuit posuisse hoc dictum simpliciter sequendo gl. iuris ciuilis. Quarto, simulatio præsumitur, quādo actio fuit
a pro parte vendita, a & pro parte donata, vt d.l. penu. & no. hoc
b pro clausula, b quæ solet apponi in contractu: nam constituto certo pretio solet dici, q̄ illud quod plus valet donauit, &c. nā ex hoc insurgit præsumptio simulationis, non intelligas in omni contractu, sed in cessione actionis, quæ est odiosa, cum soleat fieri in præiudicium aduersæ partis, & isto casu admittitur cessionarius vsque ad quantitatem, quā exbursauit. in reliqua verò parte, quæ dicitur donata, neuter admittitur, sed permittitur actio in ea parte, vt in d.l. pen. C. mand. Quinto, presumitur simulatio, quando actio fuit purè vendita, & venditor fatetur
c se recepisse pretium, de numeratione tamen pretij non ꝓstat. c Hāc partem firmauit quædam gl. in d.l. pe. & sequitur ibi Bart. & multi alij, & ita ipse consuluit, & in iudicio fuit obtētum: sed Bal. in l. 2. C. ne lice. poten. dicit hanc opi. procedere, quando actio fuit pro parte donata, & pro parte vendita: nam si non constat de numeratione partis venditæ, præsumitur simulatio etiā in illa parte, & sic intelligit illam l. pen. Si autem actio fuit ex toto vendita, confessio receptionis pretij non probat simulationem, imo probat numerationem, & dicit, q̄ aduocati Florentini tenebant istam partem; fatetur tamen, q̄ secundum opi. Barto. fuit pluries iudicatum, & placet mihi opi. Barto. quia in istis odiosis de facili præsumimus simulationem, vt patet ex prædictis. Item quia tex. in d.l. penul. simpliciter videtur requirere nu
d merationem. Sexto dubitatur in donatione d actionis, quando donator dicit se cedere propter merita, & seruitia donatarij. nū quid sit opus, vt probentur illa seruitia ad hoc, vt valet cessio? dubitationis ratio est, quia non valet cessio actionis sine titulo contractus, vt supra dixi, ergo non est standum verbis donatorum super meritis, & seruitijs, ar. in l. si fortè, ff. de castren. pecu. Bar. videtur in hoc casu dubitasse, & consuluit vt in donatione dicatur, q̄ ex mera liberalitate donauit, tunc indubiè valet cessio, quia sola liberalitas habetur pro causa contractus, vt in d.l. per diuersas. facit c. 1. de dona. Bal. tamen in d.l. 2. indubitanter tenet priori casu valere cessionem, quia ius requirit solam expressionem causæ cōtractus, non autem est opus, vt probetur causa causæ: nam dicēdo, quod donat propter seruitia, satis explicatur causa contractus. l. ipsa donatio, seruitia verò sunt causa donationis, & hanc opin. sequor, arg. op. in l. 1. C. de fal. causa adic. leg. vbi pater, quod præsuppositio, quod seruitia non emanauerint, tamen videtur quis velle donare per illa verba, & facit l. cum quis. §. codicillis, ff. de leg. 3. & facit, quod no. in c. fin. de succes. ab intest. prædicta. s. vt præsumatur simulatio ex causis prædictis, fallit in casibus contentis in d.l. pen. in quibus non præsumitur simulatio, vt puta si inter cohæredes est facta cessio, vel quando fuit facta creditori in solutum, vel cum possessor recipit possessionem pro munimine rei suæ, puta quia domus tua minatur ruinam domui meæ, ego timens emo omne ius, quod tu habes in ista domo. Item quādo fit inter legatarios & fideicommissarios, vel quando hæres cedit actionem legatario. Isti sunt casus, quos exprimit tex. in d.l. pen. quos declara, vt plenius ibi not. & sentit ibi Bart. idem esse in omni alio casu, in quo cuitatur præsumptio redemptionis litium. & ideo dicit, q̄ si socij contrahendo seu dissoluēdo societatem, cedunt sibi adinuicem aliquas actiones, non debet præsumi simulatio ex causis prædictis, arg. in l. 2. & 3. ff. pro socio: nam causa societatis excludit præsumptionem simulationis, & idem dicendum in cō
e similibus casibus, quod no. † Vnum tamen non est omittendū, nam Inn. hic formal tacitè quæstionem, nunquid sententia lata contra cedentem, seu alienantem rem in alium, debeat mandari executioni super illa re contra tertium possidentem? & videtur sentire quod sic, quia imputandum est illi, qui accipit rē in controuersiam deducta m, & dicit hoc procedere, etiam in casibus in quibus licitè alienatur res litigiosa, de quibus per gl. in d.c. ecclesia: sed postea Inno. firmat contrariam opin. dicens quod sententia debet mandari executioni contra istum litigantem in æstone, sicut obseruatur ꝫ istum, qui se obtulit, liti. l. is q se obtulit, ff. de rei vend. & cum hoc dicto transeunt cō iter Docto. hic. Sed Bar. tenuit contrarium in l. fin. C. de litig. & plenius in l. creditores, C. de pig. vbi distinguit inter cætera, & bene iudicio meo, quod aut res in alio n translata non poterat alienari obstante litigio, & tunc potest fieri executio in ista re, etiam contra tertium, quia illa alienatio non valuit, vt in d.l. fi. Aut poterat fieri alienatio puta quia non agebatur de dominio rei, vel fuit facta in casibus à iure concessis, & tunc oportet, q̄ instituatur nouum iudicium contra tertium ad hoc, vt sententia hēat executionem in illa re, & de hoc dicendum, vt plenius ibi not.
9 † In gl. in ver. afficiant, in fi. No. gl. & idē no. in l. 1. C. ne lice. poten. Item dicit, quod non sufficit quodlibet officium ad hoc, vt quis incidat in illud edictum. C. ne lice. poten. vt probatur in l. 2. C. de aduoca. diuer. iud. vbi patet, quod decurio potest esse ad uocatus & sic potest patrocinium impendere litigatoribus: intelligitur enim in habentibus magnum officium, puta merum
c vel mistum imperium, e vt no. in l. pen. ff. de alie. mun. iud. & in l. 1. C. ne liceat potentio. & debes scire, quod etiam isti potētiores debent puniri, qui litigatoribus impendunt aliquem fauo-
10 rem, seu patrocinium, vt d.l. 1. † In gl. fin. Not. singulariter istam gl. quæ apertè videtur concludere, quod clericus nunquam de
f bet recipere cessionem a laico, f siue titulo lucratiuo, siue oneroso, & quod semper debet præsumi cessio sibi facta in fraudē, & causa auaritiæ, & non tradas obliuioni hanc gl. & videtur Io. And. eam sequi in quadam glo. quam ponit super tex. dum remittit se ad istam gl. an valeat cessio facta clerico. Egoputo hāc gl. procedere in ti. oneroso: nam est quoddam genus mercimonij emere actionem, clerico auta prohibetur negotiatio rerū, vt in c. fornicari, alleg. in gl. fortius debet prohiberi illa negocia tio litigiorum, ar. bonum in c. vnico, de fyndi. & hic in fi. dum no. vitium cupiditatis, & hoc fortè dixit Innoc. quod inter laicos potest fieri emptio actionis, quasi secus in clerico: puto tamen, quod cessante alia fraude teneret venditio, sed posset cōtra clericum excipi, ac etiam de iuris contrauentione puniri: si autem cessio fieret clerico, vel ecclesiæ titulo donationis, tunc credo, quod si fiat bona fide, tenet: nam non reperio prohibitum, quin iura sua quis possit donare clerico, vel ecclesiæ: nec reperio cautum, quod in clerico, vel ecclesia debeat hoc casu præsumi fraus, & videtur hanc partem tenere Spe. post aliquos in tit.

ADDITIONES.

a Pro parte vendita. Adde Ro. alleg. consi. 405.
An contractus præsumatur simulatus, quando res pro parte venditur, & pro parte donatur, dicas quod sic, si nulla subest causa donationis iusta, vt no. voluit Bald. in l. 2. C. de repud. hæred. in l. fi. in 2. colum. in ver. 3. potest impugnari, C. ne liceat poten. & vide Spec. in tit. de cessi. actio. in §. 1. in ve. Item secundum Vincen. præsumitur simulatio. & vide Barto. Cœpol. Veronen. in suo eleganti tractatu de simulatio. cōtractuum. in 7. & in 11. præsum. Anto. Franc.

b Pro clausula. Vide Rom. in singu. 26. & quid operetur illa clausula, & si quid plus valet. vide Bar. in l. 2. col. 4. C. de rescin. vend. vbi vult, quod non operatur, nisi in modico. & ita tenent communiter Doct. in l. si quis cum aliter, ff. de ver. ob. & Bal. consi. 3. inci. casus talis est, in 3. parte: Bartholomeus Veron. in trac. de simula. cōtractuum. in 3. casu principali. in 7. præsum. in illo trac. multa inuenietis ad materiam, quam tangit Abbas hic, & in illa. 7. præsumptione tangit, quando enumerantur merita, an tollatur præsumptio simulationis. Et vide quod no. Ang. Are. in §. actionum, col. 9. insti. de act. vbi dicit, quod bonum est dicere, quod si quid est plus, donat, siue quantitas sit magna, siue parua. Seb. Sap.

c Non constat Adde Fulg. consi. 205. & 222.

d Donatione. Adde Ro. consil. 518. & qualiter benemerita probentur, uide eū dem consi. 95 1.
Quis dicatur benemeritus, & quomodo merita probentur, vide per Bald. latissimè in l. iubemus, C. de sacrosc. eccle. vbi alleg. multa iura in propositō. & vide optimam gl. in c. si quis de seruis. 12. q. 2. & habetur. in l. 1. & toto ti. C. de seruis, qui pro procemio libe. acci. & in l. seruos, ff. de ma. test. Et adde, q̄ merita præcedentia faciunt præsumi dona. ut uoluit Bal. no. in c. si cautio, de fide instr. & in l. 1. C. de iure dot. & Pau. de Cast. in l. traditionibus, C. de pact. & habetur per Alex. in l. 3. in princip. ff. quod quisque iur. Et an merita sint de substantia donationis, ita vt probari debeant præcessisse, & quādo, habetur per Bar. in l. 2. in fi. C. ne lice. potē. & per Bar. in l. frater a fratre. in vlt. colū. ff. de cond. indeb. vbi etiam ponit, qualia debeant esse merita. & habetur per D. Alex. in l. si donatione. C. de coll. Et adde, q̄ merita probanē ex confessione donatoris, qui poterat donare nullis præcedētibus meritis, alias merita sunt probanda, vt per Bar. in l. si forte. ff. de castren. pecu. & in l. si tibi, in §. si pactus, ff. de pactis, & in l. per diuersas, C. mand. qui videtur sibi contrarius: sed vide Bal. in l. 2. supra alleg. C. ne lice. poten. in antepe. q. & in l. illud C. de sacrosc. ec. ubi dicit, q̄ merita præsumuntur, si aliqua sunt expressa, alias secus, de quo etiam vide Bal. in prælu. feu. in 5. char. in ver. dubitatur de tali quæstio. & in l. liberi, C. de inoffi. test. vbi dicit, quod in donatione facta filio per patrem, an probentur merita eo ipso, q̄ probatur, quod filius erat reuerens, & obediens patri, & de huiusmodi, pbatione meritorum, uideas Alex. in consi. 55. in prima parte consil. & in consi. 13. in 4. parte, ubi tenet, quod per simplicem assertionem factam in instrumeto de meritis non probantur merita. & uide Io. And. in add. Spec. in rub. de re. ecnon alie. ubi dicit, quod non valet concessio fructuum facta per prælatum ad vitam, etiam cum consensu capituli, expressa causa seruitiorum, & meritorum ecclesiæ collatorum ad præiudicium successoris ipsius, nisi aliter ꝓbetur merita, cuius contrarium uidetur notasse D. Abb. in c. fi. de pecu. & vide eundem in c. per tuas. de donatio. & tene menti, quod in dubio quilibet præsumitur meritus, nisi probetur demeritus, ut in l. seruos. & in l. testamēto, ff. de man. testa. & habetur in c. quisquis, & in c. si quis, 12. q. 2. quod maxime procedit in filio, qui semper præsumitur gratus patri, nisi probetur ingratus, ut nota. uoluit Bar. in l. omnimodo, C. de inof. test. & adde denique quod merita considerantur esse sufficientia, uel non, arbitrio boni uiri & iudicis, ut in l. fideicommissa, & ibi per Bal. de leg. 3. & in l. voluntas, in 3. col. de fideicom. Ant. Fran.

e Merum, uel mistum imperium. Adde Bal. consi. 226. 3. lib. ubi tenet, quod pœna l. 1. C. ne lice. poten. non habet locum in muliere, maxime nobili.

f A laico. Adde quæ posui sup. in prima apos. & Bal. in cōsi. 228. ubi dicit, quod si vniuersitas cedit clerico, quod clericus non dicitur potentior.

in tit. de cessi. actio. §. 1. in ver. 4. præsumitur, ad istum tex. facili ter potest responderi, nam hoc fiebat in fraudem causa mutādi iudicium, vt sic clericus traheret reum ad suum forum: vnde pondera literam in fine, quæ non mandat omnes clericos, ob hoc compesci, sed memoratos. Item pōdera literam ibi, ad præsumptionem huiusmodi. refert enim se ad casum narratū in princip. ex coniecturis tamen poterit præsumi, an cessio fiat clerico, vel ecclesiæ causa iudicij mutan. & præsertim in vltima voluntate est admittendum, vt cessio possit fieri clerico, vel ecclesiæ: quia non debet præsumi fraus in vltima voluntate, quia nemo præsumitur immemor suæ salutis. 1. quæstio. septima. capitu. sancimus. facit l. nomen. ff. de legat. 3. vbi indistinctè valet cessio facta in vltima voluntate, quia non præsumitur fraus.

De arbitris. Rub.

Rubrica ista continuatur ad præcedentes rubricas hoc ordine. Supra visum est de præparatorijs iudiciorum, merito de ipsis iudicijs erat videndum, sed quia arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum, vt in l. 1. ff. de arbi. præmisit compilator istam rubricam. ita communiter continuatur, quę continuatio mihi non multum placet, quia secundum hoc debuisset ista rubrica sequi titulum de iudicijs, cum iudicia sint digniora, & id quod est redactum ad instar, debet sequi, arg. in regula. accessorium, de reg. iu. lib. 6. tamen in C. & ff. seruatur iste ordo: nam præmittur ibi titulus de arbitris, & postea sequitur de iudicijs: vnde ego competentius continuarem sic. Supra visum est de officijs diuersorum iudicium tam ordinariorum, quam delegatorum & de quibusdam alijs, in quibus officium iudicis versatur; sed quia arbitri sunt quodammodo iudices, cum assumantur ad ꝓtentiones sedādas, merito post tractatum de officijs iudicum posuit in fi. lit. tractatum de arbitris, in quo tractatur de officio ipsorum arbitrorum, & in quibus eorum potestas versatur: Et quid sit arbitrium? dic vt no. per Innocen. & alios in cap. Quintauallis, de iureiuran. &c.

SVMMARIVM.

1 *Cōpromissum non potest fieri nisi partibus consentientibus, & nisi in casib. in iure expressis, vel ipsis consimilibus, & arbitri postquam cœperunt cognoscere, possunt compelli ad prosequendum, alias secus.*
2 *Laudum non venit appellatione sententiæ, in materia restringibili.*
3 *Sententia duorum, tertio absente, non valet regulariter.*

C A P. I.

Sane & inf. Breue est, & per alia verba potest generali? sic summari. Arbitri sunt in dispari numero assumēdi, & eis discordantibus statur sentētiæ maioris partis. hoc dicit. Casus lit. Statuit Concilium Africanum, quod si inter episcopos causa vertitur & ipsi super hoc voluerint eligere arbitros, aut vnum eligant, aut tres, quorum trium sequantur sententiam, aut duorum, B.
1 No. 1. ibi ex communi placito, quod compromissum debet procedere ex libera voluntate compromittentium: non enim debent partes compelli ad compromittendum, nec etiam potest arbiter compelli ad acceptandum, sed postquàm acceptauit, ꝓpellitur pronunciare, vt in l. 3. ff. de ar. est ergo à principio compromissum liberum tam ex parte partium, quam arbitri assumendi. An autem aliquo casu quis posset cogi ad compromissum? dic, quod sic: nam in arbitros iuris quis compellitur compromittere, i. vbicunque ius decernit vel disponit, vt fiat compromissum. Pone exemplum in c. suspicionis, de offic. deleg. & in c. ab arbit. & quod ibi no. co. tit. lib. 6. ad idem l. cum specialis. C. de iudi. cum similib. Ex quibus infertur valere statutum, vt inter certas personas seu in certis causis fiat compromissum: nam si ius hoc disponit i quibusdam causis, ita statutum potest disponere, cum statutum sit pars iuris ciuilis, vt in l. omnes populi, & quod ibi no. ff. de iusti. & iu. & c. dist. c. ius ciuile. Tenet tamen menti vnum dictum notabile Ioan. And. in cap. pia. de excep. lib. 6. vbi dicit, quod arbitri iuris nunquam assumuntur, nisi
a in casibus à iure expressis. a sed tu vide gl. notabilem in c. statutum, post princ. de rescrip. lib. 6. quæ vult idem esse in casibus cōsimilibus. No. 2. quod prælati possunt compromittere in negotijs ecclesiarum, quod intellige, vt not. in c. peruenit, & in c. cum tempore. infra eo. Tertio no. consilium huius c. vt arbitri semper assumantur in dispari numero: nam de vno, vel de tribus dixit hic causa exemplificādi numerum disparem. Et hoc ideo, quia homines sunt faciles ad dissentiendum, vt in l. item si vnus. §. principaliter. ff. eo. & præsertim arbitri, qui communiter sunt compatres, & amici partium: vnde si eligerentur in pari numero, de facili non esset dare maiorem partem in sententia. Si tamen istud consilium legis non obseruatur, sed eligantur in pari numero, tenet compromissum, vt in c. fe. & in c. innotuit. infra cod. & in d.l. item si vnus. & si non conueniunt, compellūtur eligere tertium vt ibi, & in c. cum spāli. de ap. Vlt.
b tiæ maioris partis, b concor. l. si in tres. & l. item si vnus, in fin. ff.
2 eo. † Et pondera tex. in eo, quod appellat laudum, c arbitrorum
c sententiam, & dic, quod dicitur sententia largo modo: nam proprie non est sententia, quia arbitri non habent iurisdictionem, vt dicit tex. in l. quid ergo, in §. ex compromisso, ff. ex quib. cau. ir. infa. facit quod leg. & not. in l. 1. C. de arbit. Ex quo dicerem, q̄ in materia restringibili appellatione sententiæ non veniret sententia arbitrorum: vnde si caueē statuto quod, de qualibet sententia debet solui certum quid, non habebit locum in sententia arbitrorum, & vide quod no. Barto. in d.§. ex compromisso.
3 † In gloss. fin. ibi duorum sententia præsente tertio. Pondera bene glo. ad hoc, vt valeat sententia duorum ex tribus, requiritur
d præsentia tertij d tempore sententiæ, & sic facit ista gl. pro opi. Bar. in l. duo ex tribus. ff. de re iud. contra opin. Innocen. in c. Raynald. de testam. vbi singulariter dixit, quod tertius arbiter fuit præsens in disputatione super meritis causæ, & dixit quicquid voluit, nunquam tamen potuit reliquos duos in suam op. adducere, quod tenebit sententia duorum, tertio absente, quia hoc casu præsentia tertij nihil vtilitatis poterat adducere, cum iam omnia acta causæ fuerāt examinata per omnes. Præsentia enim tertij requiritur secundum eum, quia fortè posset adducere alios in suam sententiam, vt innuit tex. in d.l. item si vnus quæ ratio cessat in casu nostro. Sed Barto. (vt dixi) tenuit contrarium, quia non est illa sola ratio nullitatis, sed defectus potestatis, quia cum compromittitur in tres, omnes recipiunt potestatem iudicandi, & habent exercitium pro parte ad quod facit quod no. glo. in cap. prudentiam. de offic. delega. Ideo data absentia vnius tempore sententiæ non concurrit tota potestas in sententia duorum. Sed quando sunt omnes præsentes, ibi est tota potestas, & id, quod fit à maiori parte, fingitur factum ab omnibus, vt in l. quod maior. ff. ad mun. & in cap. 1. de his quæ fi. à maio. par. capitu. Item tex. in d.l. duo. dicit, quod non valet sententia duorum, quia omnes iussi sunt iudicare. Et hanc opin. sequor, & quia tertius non volens cōcordare de facili poterit inficere potestatem aliorum, non conueniendo cum eis in eodē loco tempore sententiæ, fuit statutum per ius canonicum, vt si tertius monitus à duobus non vult adesse, nec allegat legitimam causam absentiæ, quod possunt duo procedere sine tertio, de quo dic, vt habes hodie tex. in c. 1. co. tit. lib. 6. Et dic satis esse, q̄ duo conueniant in eandem sententiam siue actualiter, siue re, & verbo, quod declara, vt habes hodie pulchrum text. in cap. 1. co. tit. lib 6.

ADDITIONES.

a Iure expressis. Adde Ro. sing. suis. fol. 13.
b Maioris partis. Adde Io. de Ana. consi. 50. Fulg. consi. 147. & 151. Abb. consil. 64. & ibi vide multa ad materiam.
c Laudum. Vide cumulate per Dom. Anto. Sicu. in c. super quæstionum, in prin. colum. 12. de offic. deleg. & consuluit Ioan. de Ana. in consil. 16. incip. Viso puncto, in primo dubio, quod decretum disponens, quod latis duabus sententijs conformibus, non possit appellari, non verificatur in laudis arbitrorum. uide etiam. D. Abb. in c. cum dilectus, in 2. no. & in c. ex parte. in 4. not. infra eo. Seb. Sap.
d Præsentia tertij. Adde videndum per Do. de Rot. hoc co. ti. in antiquis. Alex. consil. 13. 1. libro. & de opinione. Inno. in capit. Raynald. uide Rapha. Cum. consi. 8.

SVMMARIVM.

1 *Nepotis appellatione venit etiam filius fratris, etiam in materia odiosa. & hoc propter communem vsum loquendi.*
Communis vsus loquendi habet locum in omnibus dispositionibus.
2 *Beneficium potest quis procurare sibi conferri per plures collationes, seu institutiones, nec vna tollitur per aliam.*
3 *Clericus sine facto suo exulans, non debet priuari beneficio, nec eius redditibus.*
4 *Compromissum potest fieri de rebus quę sunt in loco, vbi compromittens nō potest tuto morari.*
5 *Spoliatus potest super re spoliata compromittere.*
6 *Compromissum potest fieri super re spirituali. 5.*
7 *Compromissum dolo factum, an sit ipso iure nullum.*
8 *Compromissum iuramento vallatum, an producat actionem.*
Iuramentum semper est seruandum, si non contineat in se peccatum, quantumcunque tale iuramentum prohibeatur interponi tam a lege diuina, quā humana.
9 *Laudum dolo arbitri datum, an sit exequendum.*
10 *Simonia commissa ab arbitris, an habeat vitiare laudum, 13.*
11 *Arbiter, siue iudex, an possit esse testis super gestis coram se.*
Testes non omnino idonei admittuntur in defectum probationum.
12 *Aduocatus, & similes persona, possunt esse testes contra suum clientulum quia cessat ratio suspicionis.*
14 *Laudum siue arbitrium iniquum, debet per superiorem retractari intra decem dies.*
Laudum continens peccatum, vel notoriam iniquitatem, an sit ipso iure nullum.
15 *Exceptio doli potest semper opponi.*

CAP.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. II.

NOn sine Non valet arbitrium simoniacum, vel dolosum: vel summa latius secũ dum quod intelligo. Nullum est arbitrium, seu arbitramentum continens peccatum per partes non remissibile. In prima parte ponitur facti narratio. In secunda causæ commissio, ibi, Quoniam igitur. Casus li. Alanus presbyter institutus fuit capellanus in ecclesia sancti Alfridi per Archidiaconũ de Suella, eodem archidiacono mortuo M. nepos ipsius, qui Archidiacono in ipsa ecclesia successit, eũdem presbyterum capellanum iterum instituit ibidem, & illũ fecit postmodum prædicta ecclesia spoliari; tandem per fraudẽ & dolum ipsius M. extortum fuit ab ipso iuramentum, vt arbitrium duorum clericorum susciperet, & seruaret: & illi arbitrati fuerunt, ꝙ ipse M. dicto presbytero quinque marchas persolueret, & toti cederet quæstioni: vnde presbyter isti significauit domino Papæ, & ipse scribit super hoc Archiepiscopo Eboracen. dicens, ꝙ non licet aliquatenus sustinere, vt quod perperã arbitrati sint, relinqui debeat incorrectum, mãdans, quatenus si prefati clerici confessi fuerint se tam iniquè arbitratos fuisse, vel alias de hoc constiterit, dictum presbyterum ab illo iuramento absoluet, & ipsum instituat ad ecclesiam suam: vel si arbitrium fuit æquitate subnixum, vtrãque partem ad ipsius obseruationem compellat. Ber. No. 1. quod in ecclesia possunt in-
a stitui capellaniæ perpetuæ, a ita quod capellani ibidem instituti nequeant ad solam voluntatem prælati remoueri, & hoc est proprium cuiuscunque beneficij ecclesiastici, debent enim esse perpetua non existente causa legitima priuationis, vt in c. ad hæc. de offi. vica. 6 5. dist. c. satis peruersum. Secus autem vbi ad tempus institueretur quis capellanus: nam appellari debet vicarius temporalis, nec dicitur habere titulũ in ecclesia, de quo vide quod legitur, & not. in cle. vnica. de offi. vica. Not. 2. quod nepos ꝑt hñe bñficium, patrui vel auunculi, concor. c. ex parte de offic. delega. & c. accedens. de accu. Et de tali nepote potest intelligi iste tex. secundum Docto. nam nepos ex filio non potest succedere in beneficio aui ne notetur successio in ecclesia Dei, vide tex. iuxta gl. in c. ad extirpandas, de filijs presbyter. &
1 vt infra no. † Et ex isto tex. & iuribus primo allegatis not. quod
b appellatione nepotis b venit filius fratris, vel sororis, & hoc est ex communi vsu loquendi, & sic capitur in c. i. quib. mod. feu. ami. colum. 10. vbi exponit nepotes. i. fratris filios. Propriè tamẽ dicitur nepos ex filio, vel filia procreatus, vt in l. iurisconsultus. in §. nepos. ff. de gradibus. Et de hac materia vide per Ioan. An. in c. fundamenta, de elect. lib. 6. vbi no. voluit, quod licet in ma
c téria odiosa appellatione nepotis non veniat filius fratris, c me ro iure inspecto, tamen per communem vsum loquendi comprehenditur talis nepos, quantuncunque materia sit odiosa, & hoc dictum semper sequutus fui, quanquàm senserit Fed. contrarium in consilijs suis, consilio 30. Nam in omni dispositione quantuncunque odiosa, & restringibili debemus facere interpretationem secundum communem vsum loquendi, vt not. gl. in cap. nonnulli, de rescrip. & Doct. in c. olim, de verb. signif. Barto. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. facit tex. cum glo. in c. ex literis. il 1. de spon. & text. in l. Labeo. ff. de sup. leg. cum sim.
2 † No. 3. ibi, ibidem iterum ordinauit, quod potest quis ad cautelam procurare sibi plures collationes, seu institutiones eiusd dem beneficij, nec per secundam videtur renunciare primæ, d concord. tex. in c. post electionem. de conce. præben. & est hoc totum, quãdo quis dubitabat de validitate primæ collationis,
3 & tene menti istum text. & illum. † Not. ibi, extra prouinciam
e exulans, arg. opti. quod exulans e extra locum beneficij, & sic non valens facere in beneficio residentiam non debet priuari beneficio, nec redditibus ipsius beneficij, & hoc satis sentit Innocen. hic, intelligo, quando sine culpa sua exulat. Ad quod vide bo. tex. in c. quanto. 63. distin. & quod legitur & no. in c. bonæ, il 2. de postu. præla. per Innocen. in c. 2. de no. ope. nuncia. facit c. vnicum. de cle. non resi. lib. 6. prope finem. Ad idem quod not. Bart. de ciuibus exulantibus in l. omnes populi. ff. de in. & iur. Nota. 4. quod compromittentes possunt se iuramento adstringere ad ob seruantiam arbitrij concord. in capitu. cum tempore, infra eo. an hoc procedat indistincte præsertim de iu-
4 re ciuili, dicam iufra cum gl. † Quinto no. & tene menti, quod compromissum factum ab exulante, & inopiam suam sustinere non valente, tenetur mero iure, dummodo arbitrium non possit notari aliqua extrinseca iniquitate, & plus videtur probare iste tex. quod etiam, valeat compromissum de rebus, quæ
5 sunt in loco, vbi tute morari non potest. † Sexto no. secundum vnum intellectum, quod clericus beneficio spoliatus potest super illo beneficio compromittere. Hostien. tamen hic videtur, velle, quod de rigore iuris tale compromissum non valeat. arin l. solitæ. de restitutio. spolia. sed de æquitate tale arbitrium sustinetur, vt hic. Sed mihi dictum suum non placet: vnde indistincte tenerem, quod de tali re subtracta posset fieri compromissum tam in arbitros, quam in arbitratores, & respectu arbitrorum probo hac ratione: quemadmodum de rẽ subtracta potest spoliatus in iudicio litigare, vt in cap. super hoc. de renunc. cum similibus. ita & in arbitros compromittere, cum arbitria sint redacta ad instar iudiciorum, vt in l. 1. ff. de arb. Respectu vero arbitratorũ probatur hic: super re subtracta non prohibetur quis compositionem facere iuxta not. per Innocen. in c. super hoc, prealleg. ergo potest compromittere in aliquos, tanquam in arbitratores, cum arbitramentum sit quædam compositio, vt in authen. si vero. C. de iud. & in corpore, vnde sumitur, scilicet, in Authen. vt diffe. iudic. no. Innocen. in c. Quintauallis, de iureiuran. non obst. c. solicite. quia loquitur in spoliato renun-
6 ciante, & dic, vt ibi. † Septimo ex hoc & ex text. no. quod super beneficio spirituali potest fieri compromissum, concor. cap. ex parte. infra eod. & cap. nisi. de præben. debet tamen fieri compromissum in clericos, & non in laicos, vt in c. contingit. infra eo. In gl. 1. ibi. confirmauit. melius diceret, secundum Doct. approbauit, & forte hoc dicunt ex eo quia ille, qui confirmat, debet esse superior. & posset intelligi iste tex. proprie, vt loquatur, qã iste successor ordinauit iterum illum, i. de nouo ad cautelã instituit eum in capellanum. Et intellige, quod iste rector habebat ad hoc potestatẽ de iure speciali, de quo tamen vide, quod
7 generaliter dicam in c. cum ecclesia Vulterana. de elect. vbi tra ctabo ad quem spectat generaliter beneficiorum collatio. † In glossi. 2. ibi, non tenuit. Et ex hoc dixerunt quidam, quod dolus fuit hic causa infringendi arbitrium, sed licet hoc dictum sit ve
f rum ĩ se, quia probato, quod dolus dedit causam f compromisso, debet compromissum, & quicquid ex eo sequutum est, infringi, tamen non probatur hic, nec iste dolus fuit hic causa infringendi arbitrium. Nam Papa in dec. causæ non fundat se super illo dolo, sed solum super æquitia arbitrorum in pronunciando. Aduerte tamen, quia licet dolus det causam compromisso, non tamen per hoc compromissum est nullum ipso iure, quia secundum omnes dolus dans causam contractui strícti iuris, non inducit nullitatem ipso iure, sed competit exceptio doli, vt in l. dolo. C. de inuti. stip. & no. gl. in c. cum dilecti. de emp. & vend. sed compromissum est contractus stricti iuris, vt Instit. de act. §. actionem. & colligitur ex. no. in c. cum venerabi lis, de excep. vbi enumerantur per glo. quæ sunt actiones bonæ
8 fidei, & quæ sunt stricti iuris. † In gl. in verbo, sacramẽtum, ibi, in arbitrio prohibetur No. glo. pro intellectu authen. decerni-
g mus, g hic alleg. vult enim quod illa authen. debeat intelligi ẽt in iuramento partium. Et ob hoc dixerunt quidam, quod istud compromissum hic non tenuit, quia interuenit iuramentũ cõtra legis prohibitionem. alij intelligunt illam Authen. de iuramento arbitrorum, & non partium, & hoc sentit Innocen. hic. Sed communiter gl. & Doct. iu. ciui. intelligunt illam auth. generaliter, tam in iuramento arbitrorum, quam partium, vt neque arbitri neque partes debeant iurare super compromisso. Dicit tamen ista gl. si fuit iuratum, nihilominus seruandum est iuramentum, dummodo arbitrium sit licitum. Et no. bene hoc dictum pro limitatione illius authen. sed Bar. ibi dicit ꝙ etiam de iure canonico, nisi aliud foret expressum, tale iuramentum non ligat, quia cum lex inhibeat iuramentum in compromisso, iurans in contrarium peccat mortaliter, quia venit, contra præceptum legis, vt in c. 2. de maior. & obed. Ergo iuramentũ non est obseruandum, quia non ligat ad peccatum, vt in c. quãto, de iureiuran. sed profecto Bar. dicit contra istum tex. & contra c. cum tempore. infra eo. vbi Papa mandat partes compelli ad obseruantiam huius iuramenti, si arbitrium suum aliàs est licitum. Nec argumentum suum militat, primo quia lex ciuilis non potest impedire obligationem iuramenti, cum iuramentum dirigatur in Deum, vt in c. debitores, de iureiuran. Secundo & fortius firmo ibi istam regulam pro verissima, quantuncunque iuramentum prohibeatur à quacunque lege, etiam canonica, vel diuina, tamen si illud, quod iuratur, non continet in se peccatum, tenetur iurans obseruare iuramentum, licet pec-
h cauerit h in iurando. Et hoc probo tibi per text. apertum in c. & si Christus, de iureiurand. & in c. mouet. 2. quæstio. 1. dixi plene in quẽdam disputatione, quæ incipit, Stante statuto. Vnde Bal. recte

ADDITIONES.

a Perpetuæ. Adde Ant. de But. consi. 53.
b Appellatione nepotis. Dixit Bar. in l. si institura. §. de inof. ff. de inof. test. ꝙ in nulla parte iuris reperitur, quod filius fratris dicatur nepos, tamen quado appellatione nepotis veniat filius fratris, vide pulchre, & copiose per Felin c. per tuas. col. pen. de prob. Seb. Sab.
c Filius fratris. Adde late Fed. consi. 39.
d Primæ. Adde Rom. consi. 433.
e Exulans. Vide Fel. in c. cum omnes, col. 106. de consti. uer. sed utraque opin. vbi dicit, quod non solum exulans non priuatur beneficio, sed nec etiã distributionibus quotidianis. Seb. Sap.
f Dolus dedit caulam. Adde Alex. consi. 42. & 79.
g Authen. decernimus. Vide do. Iasin l. non dubium, col. 5. in 4. limitatione, C. de legibus.
h Peccauerit. Adde Pau. de Cast. ubi concordat. opin. consil. 215. in primo impressis.

recte fuit loquutus in d. authen. decernimus: dicẽs, quod quo ad priuilegium actionis vt non nascatur actio, standum est hodie iuri ciui. sed quo ad hoc, vt iurans compellatur ad obseruãtiam per censuram ecclesiasticam, standum est iuri canonico. Ratio diuersitatis secundum eum est, quia censura, ecclesiastica est de iure canonico, sed actio producitur à iure ciu. quasi velit dicere, quod cum de iure ciu. prius daretur actio ex compromisso iurato, vt in l. ne in arbitris. C. cod. potuit idem ius ciuile impedire natiuitatẽ actionis, quam produxit, quod videtur fecisse in authen. decernimus: sed non potuit lex impedire censuram ecclesiasticam, nec validitatem iuramenti. mihi placet, ꝙ habito respectu ad ius ciuile, hodie nõ producatur actio ex cõpromisso iuramento vallato, vt voluit Bal. sed habito respectu ad canonicum & ad diuinum, dicerem quod producitur actio, quia ex quo ius canonicum, & diuinum mandant indifferenter iuramenta debere seruari, competit actio, vt in l. vnica, ff. de condi. ex leg. De quo tamen vide quod plene dixi in c. cum venissent, de instit. vbi plene tractaui, an ex iuramento oriatur actio. Concludo ergo, quod ius ciui. seruandum est, inquantum aliquid ꝓducit, seu aufert sine peccato. Et sic crederem, quod si arbiter iniquè fuit arbitratus, non facit litem suam, ex quo in tertie nit iuramentum, nam hoc voluit iste text. singulariter. in d. auth. decernimus, & sequuntur communiter doct. licet alias
a arbiter facit litem suam iniustè iudicando, d vt in l. fi. ff. si mensal. modum dixe. per Bar. in l. fi. ff. de var. & extraor. cog. Sed quatenus ex non obseruantia iuramenti imminet peccatum, succedit ius canonicum, quod debet compellere ad obseruãtiam iuramenti, vt hic, & in c. cum tempore. infra eo. tit. Item dic, ꝙ etiam de iure ciuili compromissum iuratum tenet, quia auth. illa non infringit compromissum, sed disponit, vt non detur actio prius, sicut & quod arbiter non subiaceat alicui pœnæ, vn de nõ possumus dicere ex multiplici capite, quod hoc arbitriũ infringatur propter iuramentum, imo conualidatur, si aliàs est æquum, vt hic in fi. In gl. in ver. fauentes, in fi. No. gl. quod con-
b tra sententiam arbitri iudicantis per gratiam, seu fordes, competit exceptio doli. b gl. non allegat tex. sed tu vide tex. apertum
9 in l. arbitrorum, quæ est l. 3. C. eod. † Et occurrit notabilis quæstio, nunquid sufficiat solus dolus arbitri, an requiratur quod ꝓcurrat etiam dolus aduersæ partis? nam videtur, quod solus dolus arbitri non sufficit, vt possit excipi de dolo contra partem petentem executionem, quia dolus vnius non debet nocere alteri, facit regu. non debet, de re iu. lib. 6. & hanc opin. tenuerũt quidam, vt refert gl. in d. l. 3. Sed gl. tenet contrarium, quia pars petendo executionem arbitri dolosi, saltẽ tunc dolo facit, ideo potest excipi contra eam: hæc opi. mihi placet, & adduco text. iudicio meo apertum in l. non distinguemus, in §. cum quidã. ff. eo. vbi ex solo facto arbitrorum, quia voluerunt iudicare, licet fuerint allegati suspecti competit exceptio doli contra partem petentem executionem talis arbitri. Et est ille tex. singu. in alio, quòd sententia lata ab arbitro recusato tenet, licet competat exceptio doli contra illam, & hoc ex eo, quia agitur non ex sententia, sed ex stipulatu, secus aut est in sententia iudicis, qa ex quo est legitimè recusatus, est suspensa sua iurisdictio, ideo non valet, quod postea facit: nam ibi agitur ex sententia, & promissione. De hoc vlti. vide quod dixi in c. cum speciali, de appel. & hæc causa, de qua in glo. potuit esse causa infringendi arbitrium, de quo in tex. nam iste tex. in ver. quoniã fundat se super nequitia arbitrorum non exprimẽdo speciem nequitię. Vnde Inn. super verbo, nequiter arbitratos, ponit istum intellectum, puta, dicit ipse, quod per gratiam volentes fauere alteri parti, arbitrati sunt: nam & ista causa fuit expressa in narratio
10 ne facti. potest text. & aliter intelligi, vt dicetur cum gl. seq. † In gl. in ver. quinque marchas, & ideo arbitrium non valuit, pondera gl. ex qua colligitur alius intellectus ad tex. f. quod propter vitium simoniæ istud arbitrium non valuit, & ex hoc not. iuncta litera, quod arbitri non possunt pronunciare, vt vna pars renunciet quæstioni super spiritualitate, & recipiat aliquam temporalitatem ab alia parte, sicut enim ipse partes non possunt ꝓmittere simoniam, vt renuncietur iuri spirituali pro temporali consequendo, vt in c. ex parte, de offic. deleg. iuncta glo. ff. ita nec ex pronunciatione arbitrorum hoc potest induci. Sed contra hanc lect. oppo. de c. nisi, de præben. vbi videtur aperte probari contrarium, ad idem tex. hic in fi. vbi innititur, quod istud arbitrium potest esse æquitati subnixum, & Papa met mandat illud obseruari. So. contrarium est difficile. Innocẽ. in quadam glo. sua hic, non tamen formando contrarium prędictum dicit quod non est simoniacum, quod renuncietur ius spirituale ad dictum arbitrorum, qđ detur aliquid temporale, cum hoc possit fieri non in compensatione iuris spiritualis, sed pro bono pacis. Ad hoc dictum c. nisi, sed quia hoc habet speciem simonię prohibetur a iure, & licet partibus ꝟuenire iuramento non obstante, vt hic, sed non tollit formaliter contrariũ. Credo tamen quod Innocen. habuit bonum sensum, vt infra dicam. Hostien. dicit quod ex partium compositione non licet recipere tem-
c. ve-

rale pro renunciatione iuris spiritualis, vt in c. cum pridem, de pactis. vbi text. sed quando hæc ordinatio habuit originem ab arbitris, hoc potest admitti, & ita intelligit text. istum in fin. Aduerte, nam hæc solutio nõ tollit contrarium, quod elicitur ex. ver. quoniam, in princi. nam hic non interuenit factum partium, imo pars resistebat, sed sola dispositio arbitrorum. & tamen tex. dicit. quod si ita nequiter arbitrati sunt, nõ debet istud incorrectum relinqui, ergo hoc non potest induci etiam ex ordinatione arbitrorum, & hæc contrarietas facit me multũ dubitare, sed pro concordantia huius tex. & aliquorum iurium di stinguerem sic, quod aut certum est, quod temporale datur in compensationẽ iuris spiritualis, quod remittitur, vt quia certũ est de iure alteri parti competenti, tunc dico indubie istam ordinationẽ non teneri, etiam si sit facta ab arbitris, & etiam si arbitri alias essent iudices, ad hoc allego tex. apertum in cap. fi. de re. permut. Aut potest dubitari, vtrum temporale detur in cõpensationem iuris, spiritualis, an pro bono, pacis tantum, vt puta, quia non est certum de iure competenti alteri parti, & est possibile, quod alteri parti nullum ius competat, sed arbitri, ꝓ bono pacis ordinant, vt illa pars renunciet iuri, si quod habet, seu quod cedat liti, & recipiat aliquid temporale a parte, & tũc hoc nõ est simoniacum, sed habet speciem simoniæ, quia si ius competit parti, datur temporale pro spirituali, & hoc casu præsumptio est maxima contra arbitrium: & prima fronte tale arbitrium nõ debet obseruari. Ita intelligo istum text. in ver. qũi, in prin. & gl. istam. tamen ista præsumptio simoniæ potest purgari, & purgata debet istud arbitrium obseruari, & ita intelligo istum tex. in fi. purgabitur autem, si isti arbitri allegant aliquam iustam excusationem eorum arbitrij, puta quia dicũt quod hoc nõ fecerũt propter ius spirituale, quia nullum ius competebat parti, vel erat valde dubiũ, sed pro bono pacis fecerunt illã ordinationem, non tamen omnino debet credi dicto arbitrorũ, sed ex circunstantijs, & ex actis & ex qualitate ipsorum arbitrorum superior admittet istam excusationem, vel non, ad hoc vi de bo. tex. cum gl. in c. cum dilecti, de acc. Et hoc videtur tacitè sensisse Inno. hic, dum dicit, quod isti arbitri admittũtur ad excusandum istud arbitrium de iniquitate. dico etiam quod tanta potest esse idoneitas arbitrorum, & partium quod non præsumeretur simonia, sed quod pro bono pacis hoc fecerunt, & faciemus præsumptionem, quod ille, qui iubetur cedere quæstioni, non habebat aliquod ius in veritate, & in hoc casu intel-
11 ligo tex. no. in d. c. nisi, de præben. vt patet ex prin. literæ. † In gl. pen. ibi propter inopiam probationum. Not. bene istam gl. iuncto tex. ex qua habes, quod arbiter, seu iudex potest esse testis su
c per gestis a se, c deficiente alia probatione, d & generaliter ex gl.
d potest notare, quod in defectum probationum admittũtur testes non omnino idonei, ad quod facit ca. fi. infra de test. cog. &

ADDITIONES.

a Iniuste iudicando. Quod arbiter iniuste arbitrando faciat litem suam, tenet gl. in l. pe. C. de arb. & glo. in c. 1. in ver. iudicio. de re iu. in 6. de quo late Ro. in consi. 328. incip. In casu propositæ quæstionis. & Fel. in c. pastoralis, §. qa vero, colũ. 3. ver. item dicit Abb. de off. deleg. & ibi etiam late, quid in arbitratore. Seb. Sap.
b Exceptio doli. Adde quod pulchre voluit Ro. consi. 90. Fulg. consi. 180. Abb. consi. 41. 2. lib. & uide Cal. consi. 3.
c Gestis a se. Adde Fulg. consi. 144. & ibi quid de iudice.
Adde Innoc. in c. cum ad sedem. infra de restit. spol. & hic in gl. sua. in uer. clericis, Bar. & Bal. in l. ne in arbitris, & ibi Cyn. C. eo. Lanfra. late in tracta. de arbi. 7. parte. quæstio. 27. & in cap. quoniam contra, in uersic. quod facit. infra de probat. Tu autem distinguendo conclude, quod aut assumitur, ut testis in causa, & tunc possit, & si assumatur causa finita super processu. Zachar.
Circa hoc, an credatur iudici, & possit esse testis de gestis coram se factis, vide glo. in l. quoties, in §. fin. ff. de proba. & glo. Cyn. Bald. & Docto. in l. ne in arbitris, C. de arbi. & ibi dicit Barto. quod durante lite coram eo non potest esse testis, nec credetur sibi, ne sit iudex, & testis, contra ea, quæ habentur in capitulo forus. de uerbo. signifi. sed lite finita creditur ei quo ad processum, sed non quo ad iustificationem sententiæ, & hoc modo potest intelligi glo. quæ dicit, quod ei non creditur, in cap. fi. de test. in 6. & uide omnino Do. Abb. in cap. a nobis, de test. & quæ habentur per glo. in l. ob carmen in §. 1. de test. & per Spec. in titu. de teste. in §. 1. in uer. quid si aduocatus, & in uersic. Item fiat, in ea causa. & per Ioan. And. in addit. Specu. in tit. de dil. in §. fi. in uer. pen. & Barto. in authẽ. nisi breuiores, in fi. C. de sen. ex peri. recitan. ubi dicit, quod in causis breuib. forsan ei crederetur, tamen Innocen. in c. cum dilectus, de elect. uidetur tenere, quod sibi non creditur, de quo etiam per Do. de Rota. in suis decis. 92. incip. Iudex, in no. ubi dicunt, quod potest esse testis de gestis coram se, & de facto proprio, licet non sit facta scriptura, de quo etiam vide per glo. in c. statuentum, alias statutum, 2. quæstio. 6. & an si iudex remoueatur, quod possit esse testis in illa causa, habetur in d. capitu. dilecto, de test. imo dicit Specu. in tit. de teste, in §. 1. uersic. quid si impuberes, quod debet remoueri a iudicando ad hoc, ut possit esse testis. Ant. Fran.
d Alia probatione. Vide Bart. & alios in l. in illa. ff. de uer. ob. ubi dicunt, ꝙ lex est contenta illa probatione, quæ fieri potest. unde in his, quæ sunt difficilis probationis, sufficit fieri probationem per coniecturas. l. filium. 3. ff. de his, q sunt sui, uel alie. in c. cum multis alleg. per Ia. in l. si quis ex argentarijs, §. pton. col. 4. ff. de eden.

Universidad de Deusto
Biblioteca

c. veniens. ll 2. in fin. de testib. & habes consimilem glo. in cap. cum dilectus, de electio. Idem tenet Ioan. And. in c. Romana, de testib. lib. 6. super glo. 2. Et per hoc posset solui contrarium, de c. statuendum, alias statutum 1. quæstio. 6. vbi dicitur, quod in causa, in qua quis fuit iudex vel assessor non potest esse testis, vt illud fallat data inopia probationum, quod esset notandum, si esset verum. Doct. hic multum variarunt. & Hostien. hic distinguit, quod aut iudex, vel arbiter assumitur ad deponẽdum super intentione iniquitatis, i. an iudex, vel arbiter habuit bonũ animum in iudicãdo, & debet admitti, quia intentio ipsius aliter probari non potest, & in hoc casu posset intelligi iste tex. facit in sim. cap. si vero, de senten. excommunic. Aut sumitur ad corruptionem probandam, & non debet admitti, quia corruptio potest per alios probari, ad hoc capit. fin. de testi. & sic videtur concludere, quod in his, quæ secundum naturam non possunt probari per alios, admittuntur iudices, & arbitri ad deponendum super gestis à se, aliàs secus. Innoc. vero in hoc multum variat, & loquitur multum intricatè, sed in effectu videtur velle quod isti arbitri non assumuntur omnino, vt testes, sed ad excusandum arbitrium modo prædicto, vnde dicit, quod si ip
si confiterentur turpitudinem propriam, ad eorum dictum nõ
a retractaretur a sententia, arg. in cap. 1. de confess. & 15. quæstio. 3. cap. nemini, secus si confiterentur aliam iniquitatem, non ad legando turpitudinem, vt puta si allegarent errorem probabilem, & finaliter concludit relinquendum esse arbitrio iudicis, quantum ipsis debeat credi. Dom. Anto. hic multa tangit, quę fuerunt, expedita in cap. cum in nobis, de testi. vbi plene dixi, an, & quãdo iudex possit esse testis? propria autem materia huius cap. est quando finito officio iudex, seu arbiter assumitur, vt deponat non de gestis coram se, sed de gestis per se: vnde ad. p-
positum Dom. Ant. concludit, quod iudex, seu arbiter non potest deponere super iustitia sententiæ suæ, seu super alio, quod videtur competere, & fouere factum a se, & ita loquitur illud cap. statutum, secus autem, si deponat contra sententiam, seu impugnando aliud gestum a se, nam tunc debet sibi credi, ga
12 hoc casu cessat suspicio, & in hoc casu intelligit istum tex. † Ex
b quo infert, quod si aduocatus d deponit contra, & in præiudicium clientuli sui, q̃ sibi est credendũ, quia hoc casu cessat suspicio, & idem dixit in proxenetis, & alijs personis, quæ deponunt contra id, quod verisimiliter debent fouere. Nam tunc, cum cessat omnis suspicio, debet eis credi & bene facit in argumen. capitulo. attestationes. de desponsatio. impuber. & quod ibi nota. vbi valet confessio coniugis contra matrimonium, quando confitens deponit contra partem suam, & fuit hæc bona consideratio. Sed tu vide Ioan. Calde. qui hunc intellectum sensit ad istum tex. in dict. capitulo. cum a nobis in fine, vbi firmat, quod regulariter iudex non potest deponere etiam finito officio super iustitia sententiæ suæ, seu super alijs gestis a se, nisi deponeret contra se, vel reciperetur ad præsumptionem faciẽdam, ad hoc allegauit istum text. Et secundum hoc potest iudicio meo limitari Barto. in l. ne in arbitris, C. eod. ubi simpliciter tenuit, quod super iustitia sententiæ is, qui fuit iudex, nõ potest esse testis, & vide ibi text. de materia, iuncta gl. hoc dictum. Domi. Anton. & Calde. puto procedere, quando dictum iudicis deponentis contra, sententiam cõcurrit cum iuris præsumptione, vt concurrebat hic, si autem non est præsumptio contra sententiam, tunc dicerem, quod si iudex deponendo contra sententiam suam, allegaret propriam turpitudinem, quod non deberet sententia retractari ad solam suam depositionem etiam si essent plures, quia ex quo confitentur turpitudinem p
priã, non debet eis credi in præiudicium partis stantis pro sententia, & in cap. 2. & quod ibi not. de confes. & bonum text. in c. sicut, de test. & hoc est, quod voluit Innocen. hic, si bene ponderetur: sed vbi iudex non allegaret turpitudinem propriam, sed aliter deponeret contra sententiam, puta allegando probabilem errorem, & tunc posset procedere dictum istorum, vt etiã sentit Innocen. hic. Super iustitia vero sententiæ in fauorem ipsius non debet is, qui fuit iudex, vel arbiter admitti, nisi forte ad præsumptionem faciendam, vt voluit Cald. In glo. fin. ibi, absolutum restituas, scilicet, ad beneficium, quo fuerit de facto spoliatus, vt dicitur in prima glos. quasi innuat, quod ex quo arbitrium annullatur, debet sibi restitui beneficium, & hoc placuit Hostien. sed Innocen. contradicit, quia restitutio non datur hic, & hoc mihi plus placet. agat ergo postea ad restitutionem, ex quo arbitrium non fuit immediata causa suæ spoliationis. Et in fin. glo. No. bene si. glo. ex qua potes colligere duos intellectus ad tex. Primus, vt tex. loquatur in arbitramento, quod prætextu iniquitatis potest reduci ad arbitrium boni viri, vt in l. societatem, §. arbitrorum, ff. pro so. De quo vide bo. glo. in c. causam supra de electio. & 2. q. 6. estio. 6. cap. a iudicib. & per hoc
ollitur contrarium, quod potest formari de §. stari, alle. in glo. vbi
ur standum esse dicto arbitri, siue sit æquum, siue iniquum. Illud enim procedit in arbitro, & non in arbitratore, e &
c rationem diuersitatis dico in c. Quintanallis, de iureiur. Secundus intellectus, vt loquatur tex. in arbitro. & tunc ad contrariũ de §. stari, respondet gl. no. quod propter simoniam non valuit
13 arbitrium. † Ex quo singulariter no. quod arbitrium inducẽs simoniam, est ipso iure nullum. Idem dic si inducit vsurariã prauitatem eadem rõne. Idem sensit Goff. hic dicens, q̃ dolus in p-
14 promisso, & simonia in laudo soluunt contrariũ de §. stari. † Idẽ sequitur Host. tradẽs in hoc notabilem regulam, quæ quotidie allegatur, dicens q̃ vbi arbitrium continet euidentem iniquitatem, debet per superiorem retractari, & eo ipso q̃ enormiter lædit partem, continet peccatum f̃m eum. Dicit tamẽ q̃ est declarandum intra decem dies, ar. l. cum antea, C. eo. & dicit hoc debere practicari ẽt in foro ciuili, tum quia in materia peccati standum est canoni, vt no. in reg. possessor, de reg. iu. lib. 6. tum quia hoc vr̃ de mente legis, quæ mãdat peccata puniri. Aduerte, quia hæc opi. quæ attribuitur Host. vr̃ originaliter fuisse glo. in d. c. à iudicib. vbi pro hoc dicto allegat istum tex. & tene mẽti illam gl. Tamen in hoc passu latius sic distinguerem, q̃ si lau
dum cõtinet peccatum per partes irremissibile, tunc est ipso iure nullum, siue pronuncians suum arbitrium fuit arbiter, siue arbitrator, & pro hoc facit iste tex. f̃m expositionem gl. in eo, q̃ exponit, absolutus, id est, absolutum offendas, ad idem c. fin. de rer. permu. Et hoc casu non est opus, vt fiat reductio ad arbitriũ boni viri, quia quando arbitrium est nullum, põt iudex simpliter pronunciare ipsum fore nullum, vt est tex. in d. c. fi. in examinata, de consir. vtili vel inuti. Nulla enim lex, nec aliquis superior potest sustinere actum cum peccato, vt in cap. fi. de præl. & 11. q. 3. in c. qui resistit, & in c. Iulianus, & 60. dist. c. 1: & hoc casu indubie non habet locum §. stari, nec hoc casu procedit restrictio Host. vt intra decem dies reclametur, quia potest reclamari quandocunque, sicut à sententia iudicis, si transit in rem iud. & ratione peccati imminentis, vt in c. lator, & q̃ ibi no. de re iud. & bo. gl. in c. inter monasterium, eo. tit. Aut laudum cõtinet peccatum remissibile per partes, puta, quia solum tãgit p̃ iudicium partium bursale, seu pecuniarium, & tũc si iniquitas laudi est notoria, indubitanter tene, q̃ non solum ex officio iu-
d dicis potest retractari, d sed etiam contra executionem e com-
e petit parti exceptio doli, qa omnis iniquitas notoria habet dolum præsumptum, vt in cap. 1. & quod ibi no. de præsum. & in l. creditor. §. Lucius. ff. mand. Sed vbi laudum est dolosum, competit exceptio doli alteri parti, vt in l. 3. C. eo. & in l. non distinguemus, in §. cum quidam, ff. eod. & dixi supra post gl. Pro hoc facit, quia sententia lata hoc casu à iudice est ipso iure nulla, vt plene dixi in cap. inter cæteras. de re iudic. nec etiam curo hoc
15 casu de lapsu decem dierum respectu exceptionis: † Quia exce-
f tio doli semper potest opponi. Aut non continet euidentem iniquitatem, & tunc debet distingui inter arbitrium, & arbitramentum: nam arbitramentum non potest reduci ad arbitrium boni viri, ex quo pars est parata probare læsionem, vt in capit. veniens, de iureiuran. & in §. arbitrorum, secus in arbitrio, vt in d. §. stari, quia ex quo non constat de euidenti iniquitate, non præsumitur dolus, & sic nullum remedium competit. Imputet enim sibi, qui omisso iudice voluit adire arbitrum.

ADDITIONES.

a Non retractaretur. Adde pro hoc, quod non creditur notario dicenti, quod non confecit instrumentum, vt voluit Fed. consi. 123.
Circa hoc an credatur notario, qui dicit se non esse rogatum de instrumento, dicas quod notario creditur, ut testi de gestis coram eo, licet non redegerit in actis, ut per Spec. in tit. de sen. in §. 8. in ver. sed pone, creditur etiã sibi de commissione sibi facta a partibus, quod scribat, & sic de rogitu, ut per Bald. in l. fi. in §. finautem, C. de iur. deliber. non creditur sibi de facto suo, & ideo si asserat se cancellasse instrumentum, uel quid aliud simile fecisse, non crederetur ei, de quo per Barto. in l. in fraudem, §. sicut in fi. ff. de testamen. milit. per Barto. in rub. C. de fide instrum. in 12. colum. & in l. fi
vnus, & ibi per Barto. C. de test. & in l. fi. ff. de tab. exhibẽ. ibi tamen dicit, q̃ creditur notario asserenti se cancellasse vnam particulam instrumenti, licet non totum instrumentum, quod tamen non transit sine dubio, cum de toto ad partem, & e contra procedat. arg. l. quæ de tota, ff. de rei vendic. cap. pastoralis, §. item cum rorum, de offic. delega. tene tamen menti dictum Innocen. in cap. ad audientiam, de præscrip. ubi dicit, quod notario creditur sine testibus, & magis quam test. licet pars neget tenorem cõtractus, quod etiam uoluit Cyn. & cæteri sequuntur in l. fi quis decurio. C. de fal. Anto. Francis.
b Aduocatus. Adde Ro. consi. 483.
c Non in arbitratore. Adde de utroque videndum, Federic. consilio 125. & 140.
d Retractari. Adde Roma. consilio 90. Fulgo. consi. 180. quando laudum dicatur continere pactum, uide Ioan. de Ana. consil. 16. & uide Areti. consi. 101. & 302. 2. lib.
e Contra executionem. Adde Rom. consi. alleg. 90. Alex. consil. 118. 4. lib. Paul. de Cast. consil. 206. & 224. And. consil. 310. Fulgo. alleg. consil. 180. Rapha. Cum. consi. 136.
f Exceptio doli. Vide ad hæc not. per Felin. in capitu. causam, colum. 4. infra de re iu. ubi ponit, an sententia arbitri iniqua contra ius litigatoris sit nulla & in hoc refert multa pro & contra, & multa accumulat. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Frater etiam si sit clericus, tenetur dotare sororem suam, & si non hẽat aliũde potest ex redditibus sui beneficij.*

3 missum sic. † Sexto nota, quod mortuo vno ex electis in discordia ad eandem prælaturam non debet attentari alia electio, nisi prius discutiatur per iudicem de viribus, seu de validitate illius electionis factæ de superueniente: & est ratio, quia data validitate illius electionis, non valet secunda, vt in cap. considerauimus, de electio. & hic in fi. debet ergo primo constare, an electio superstitis valet, & hodie decisum est, quod electio attentata post mortem coelecti est ipso iure nulla, quia debet prius discuti validitas alterius electionis, vt probatur in cap. 1. & 2. vt
lit. penden. lib. 6. & ibi firmauit Ioan. And. & per illa iura pos-
4 sunt decidi multa hic tacta per Innocen. quæ per te videas. † Vl
ti. no. quod licet expiret compromissum factum in ordinariũ, non tamen cessat iurisdictio sua ordinaria, & potest postea procedere tanquam ordinarius, & ita intelligitur iste tex. Sed dubium est nunquid poterit causam decidere per acta gesta coram eo, tanquam arbitro? Abbas tenuit hic quod sic, alleg. cap. præsentata, de testi. & in l. 1. C. de arb. dom. Ant. videtur innuere contrarium, nisi processit, potestate ordinaria & cõpromissaria, præsupposito quodistæ duę potestates sint compassibiles: sed certè primum dictum de iure procedit, seruata tamen distinctione illius cap. præsentata, & vide quod ibi dixi. In glos. 2. ibi, secundum leges, quasi dicat secus secundum canones, & facit iste tex. apertè contra Barto. in authen. decernimus, C. eod. vbi dicit de iure canonico non probari, vt iuramentum valeat, quando compromittitur in aliquem tanquam in arbitrum, & vide circa hoc, quod plene dixi in cap. 2. supra eod. In gl. in ver. allegauit, ibi, necessaria est sententia quantum ad canonicos. Aduerte, quia glo. intricatè hic loquitur in prima ratione, ideo tene istam rationem, quæ incipit ibi, sed illa videbatur, & scias quod istud cap. habet duos intellectus. Quidam intelligunt (vt Innocen.) quod compromissum fuit hic factum per electos, & non per electores, quia electi compromiserunt tantum de iure eorum, merito per mortem alterius expirauit compromissum: ideo non debuit durare potestas compromissaria quo ad canonicos, & ideo debuit iste archiepiscopus procedere nõ obstante morte alterius electi, quia ex quo non erant mortui cõpromittentes, nec arbitri, durabat compromissum: & hanc lectu. tenuit hic Hostien. exponens literam, ibi, Partes. i. eligentes, sed hæc lectu. non est bona, cum Papa hic expresse dicat, q̃ compromissum fuit finitum per mortem alterius, ideo tene p̃ cedentem lect. Et in fin. glos. Dic melius, vt iupra dixi in 1. not. Extra glos. quærit hic Innocen. vtrum committatur pœna apposita in compromisso, si pars citata per arbtrum renuerit cõparere? & ponit aliqua bona dicta, quæ ego latius expediui post glos. in capitu. cum dilectus, supra eodem.

SVMMARIVM.

1 *Compromissum potest firmari datione obsidum, vel pignorum.*
2 *Papa an possit esse iudex in laicos sibi temporaliter non subiectos.*
3 *Compromissum de puris, & liquidis, non potest fieri in arbitrum, secus in arbitratorem.*
4 *Compromissum factum cũ clausula, vt intelligatur lis, & quæstio super omni, & toto eo, quod fuerit laudatum, non extenditur ad pura, & liquida.*

CAP. XI.

EXposita. Arbiter post rem iudica. super discordijs nouis assumptus non põt, per suũ arbitrium sententiam immutare, etiam si de compromissione inter partes à Papa mandatum receperit. hoc dicit. Pars secunda ibi, Licet autem. Casus liter. Inter episcopũ Feltrensem, & Belunensem ex vna parte, & ciues Teruisinos ex altera parte super districtu, seu iurisdictionibus, & rebus alijs q̃stio vertebatur, quæ per sententiam Hostien. episcopi Apostolicæ sedis legati fuit terminata: tandem occasione sententiæ ipsius quędam discordiæ ortæ sunt inter eos, super quibus discordijs partes compromiserunt in Ducem Venetorum, & vt eius arbitrium seruaretur, obsides super hoc ab vtraque parte recepit Papa vt iniuper eidem Ducimandauit, ad componendũ interponeret partes suas, & ipse Dux contra sententiam legati iniquum protulit, arbitrium. Episcopus Feltren. conquestus est domino Papæ, & ipse scribit quibusdam in dictibus super hoc dicens, quod licet eidem Duci literas suas misisset, vt ad componendum interponeret partes suas, non tamen fuit suę intentionis immutare sententiam legati, vel suscitare quæstiones per eum sopitas: vnde mandat, quatenus non obstantibus literis illis, quicquid per dictum Ducem factum inuenerit contra sententiam prædictam, debeant in irritum reuocare, districtius p̃hibentes eidem, ne vlterius in compromisso procedat, & compellentes eundem per censuram ecclesiasticam ad restitutionem obsidum datorum, vt ipsius arbitrium seruarent. Ber. No. 1. quod super discordijs ortis ex sententia potest compromitti, vt sic de nouo cognoscatur de meritis causæ, de quo dicetur infra cum gl. No. 2. quod super iuribus ecclesiæ potest fieri com-
promissum etiam in laicum, quod intellige, vt dixi in c. cum tẽ
1 pore. supra eo. † Not. 3. quod compromissum potest firmari da
tione obsidum, vt sic dentur obsides in potestatem arbitri, vel alterius detinendi, donec arbitrium ferendum vigore compromissi habuerit effectum, & solet hoc sæpe attentari inter nobiles & potentes, qui, de facili non possunt conueniri super executione laudi, vt indirecte compellantur ad executionem per retentionem obsidum, sicut firmatur quãdoque compromissum datione pignorum, vt no. glo. in c. cum dilectus, supra eo. quandoque pœnæ appositione, vt in cap. per tuas, & in c. dilecti, supra eod. Item de iu. cano. valet compromissum nudo pacto factum secundum Hostien. de quo vide quod latius dixi su
2 pra eo. in cap. per tuas. † Oppo. contra text. in eo quod iste electus habuit recursum ad Papam contra Ducem Venetorum: nam cum iste esset laicus, non debuit Papa se intromittere, vt in c. causam, qui fil. sint leg. actor enim debet sequi forum rei, vt in c. cum sit generale, & c. si clericus, de foro competent. Sol. Innocen. non respondet directe ad contrariũ, sed dicit non esse dubitandum, quin Papa habere hoc casu iurisdictionẽ cõtra istum Ducem, allegat capit. Apostolicos. 12. quæstio. 2. & c. si quis de potentibus. 14. quęstio. 3. & aliter non dixit, videtur tamen velle secundum iura, quæ alleg. ex eo, quod iste Dux opprimebat ecclesiam, & iura ipsius retinendo iniuste obsides ec
clesiæ, & retractando istam sententiam, quod iuste potuit Papa adiri ratione quasi cuiusdam sacrilegij, seu oppressionis. Et no. singulariter hoc dictũ iuncto text. quod licet laicus prætextu compromissi opprimat ecclesiam, seu eius iura, nihilominus potest adiri iudex ecclesiasticus contra eum, quod intellige, quando notorie constat de iniustitia, seu oppressione, vt hic constabat: nam ista sententia non habebat colorare factum iudicis, cum notorie esset nulla ex defectu potestatis: secus puto, vbi laicus ex potestate sibi inhærente processit ad aliquam sententiam: nam cum ista sit nulla, vel iniqua, debet recurri ad superiorem suum & non ad superiorem ecclesiasticum, iuxta ea, quæ dixi in cap. fin. de iud. & in cap. si duobus, de app. & in cap. significantibus, de offic. delega. Secundo vltra Doct. potest dici
3 ad tex. quod iste Dux Venetorum non recognoscit a saltem de facto superiorem in temporalibus, merito potuit in hac re ardua adiri Papa in defectum superioris, vnde puto quod etiam per laicum potuisset adiri Papa in hoc casu contra istum Ducẽ per ea, quæ dixi post Innocen. in capit. licet ex suscepto, de foro compe. & in cap. cum te, de re iudi. facit quod not. Hostien. in c. cum Ioan. de fide instrumentorum. Tertio potest notabilius dici, quod de iure communi, & ordinario, fuit hic Papa aditus p̃ istum electum: nam cum prętenderet electus arbitrium Ducis esse iniquum, & debebat executioni mandari contra eum, & sic erat reus, in hoc casu poterat adire Papam tanquam iudicẽ proprium, cum ipse esset iudex principalis causæ contra ipsum electum, vt in simili no. Barto. in l. si societatem. §. arbitrorum, ff. pro soc. vbi dicit quod reus petens arbitramẽtum reduci ad
b bonam æquitatem potest adire iudicem proprium, b quia cum proprius iudex habeat iurisdictionem in ista causa, cum iste sit reus, potest adire eundem iudicem super articulo illius causæ, quod plenius examino. in cap. Quintauallis, de iureiuran. meri
to Papa hic mãdauit reduci in statum pristinum quicquid fuit
3 attentatum contra sententiam. † In glo. 2. ibi, Transigi, siue cõpromitti nõ potuit. No. bene istam gl. iuncto tex. primo in eo, quod æquiparat trãsactionem, & compromissum, secundo qa, vbi non potest transigi, non valet compromissum, nam compromissum

ADDITIONES.

a Non recognoscit. Circa hoc, an D. Veneti recognoscant superiorem, & quomodo, Dicas primo, quod ciuitas Venetiarum ideo est libera, quia sita est in mari, in quo ædificium cedit ædificanti, vt per Bald. in rubr. ff. de re. diui. & per Barto. Cæpol. Veron. plene in tract. de ser. in rub. de ser. rusti. præd. in tit. de mari. ad fi. Et adde, quod ciuitas ipsa maritima habet districtum, sicut ciuitates terrestres, vt per Ioan. Mona. in cap. vbi periculum, de electio. lib. 6. & per Barto. Cæpol. vbi supra: & tene menti, quod ciuitas in mari, vel vicina mari, habet dominium, & iurisdictionem in mari, vsque ad centum miliaria, vt dixit singu. Barto. in suo tract. Tyberi. in 2. par. in tit. de insula. & dicuntur domini Veneti de populo Roma. secundum Barto. in l. hostes, ff. de capti. nec recognoscunt superiorem ex præscriptione, vt ibi per eum & per Bald. in l. 1. ff. de re. di. vbi etiam dicit, quod sunt domini maris Adriatici, & littorum eius in genere, & non in specie, quia littora sunt ciuitatum adiacentium littori, vt per Bald. in l. penult. C. de condi. inser. & per Barto. in liquominus, in 2. quæst. fidei fin. & in l. finem ff. de iniur. & per Salyc. in l. 3. C. de nau. fœn. & per Barto. Cæpol. in d. tract. de ser. in tit. de ser. rusti. prædi. in præalleg. rub. de mari. & per eundem in l. cum qui vectigal. ff. de verb. signific. Aut. Franc.
Recognoscit. Vide do. laf. in l. cum Rom. primus, C. de summa Trin. & fi. cath. & in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iur. vbi tangit an ciuitas Venetiarum sit subdita Imperatori. Seb. Sap.
b Iudicem proprium. Adde iste Ioan. consi. 387.

Universidad de Deusto
Biblioteca

promissum est quædam transactio, vt in auth. si vero, C. de iud. Et fecit hoc pro statutis locorum, in quib. cauetur, vt inter consanguineos fiat cõpromissum. Debet enim statutum intelligi, qñ petitur compromissum super re dubia: a nam si res esset certa, & clara, quemadmodum non habet locũ transactio, ita nec compromissum. Et ideo si petitur executio sñiæ, vel instrumẽti habentis executionem paratam, nõ debet fieri compromissum, nisi opponeretur aliquid rationabile, & hanc conclusionem firmauit Bar. in proœ. C. & in l. post rem iud. ff. de transac. & in l. eleganter, in princi. ff. de condi. indeb. facit quod no. in l. pen. C. de pact. l. si quis in conscribendo. & tenuit Hostien. aperte hic, dicens quod compromissum nõ valuit, quia factum fuit super rebus decisis per sententiam, vt dicit etiam Innocen. Sed aduerte, nam prædicta possunt optimè procedere, vbi compromissum fieret tanquam in arbitratorem: uam tunc propriè cõpromissum dicitur transactio, vt no. in cap. Quintauallis, de iureiuran. & in d. authen. si vero: sed si compromittitur in aliquẽ, vt arbitrum, tunc esset iudicio meo dubitandum, nunquid valeat compromissum, super decisis b per sententiam, quia arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum, vt in l. 1. ff. eo. vnde quẽadmodum valet iudicium super decisis per sententiam, præsertim si non opponitur de transitu in rem iud. vt in cap. inter monasterium, propè finem. de re iudicat. ita deberet valere compromissum factum, & iudicium inde secutum. Innocen. tamẽ hic videtur sentire, quod etiam tanquam in arbitrum non potest compromitti super decisis per sententiam in eo, quod alle. arbitrium hoc non valuisse, quia non tenet sententia cõtra res prius iudicatas, vt 2. quæstio. 6. cap. ei, qui appellat, §. diffinitiua, versic. item si sententia. Item quia prælatus non potest (etiam si vellet) renunciare iuri ecclesiæ quæsito per sententiam, alle. l. interpositas, C. de transact. Hæc vltima ratio est bona, sed concludit tantum in re ecclesiæ, nonautẽ in facto priuati, prima vero ratio est vniuersalis. Sed illa dependet ab alia quæstione, nũquid teneat sententia contra sententiam, quam plene examinaui in d. cap. inter monasterium. & si tenemus opinio. quod indistincte non valeat, procederet dictum Innocẽ. hic, sed si tenemus aliam opinio. quod in diuersis instantijs, valet tertia sententia, quam tenuit Bartol. in l. 1. C. quando prouo. non est necesse non procederet hoc dictum Innocen. Vnde ego putarẽ, quod compromissum bene fieri potest tanquam in arbitrum: & ad istum tex. potest responderi, quod hic annullatur sententia ex eo, quia non fuit compromissum super rebus decisis per sentẽtiam, sed super discordiis nouiter ortis: vnde non debuit iste arbiter extendere manum ad non cõprehensa in compromisso, & hanc solutio. sentit gloss. 4. in fine. In gloss. 4. ibi, non est standũ iniquo arbitrio: sed per hoc non soluitur contrarium formatum de l. diem proferre. §. ftari. allegata in glo. vbi dicitur standum esse arbitrio metu pœnæ, siue sit æquum, siue iniquum. Solu. dic dictum gloss. procedere, quando arbitrium in se continet euidentem, iniquitatem, nam tunc saltem de iure canoni co non est standum tali arbitrio, & ita loquitur cap. 2. allega. in gloss. vt ibi plene dixi. † Et in fin. glo. quæro, quid si fuisset in cõpromisso dictum, vt intelligeretur lis, & quæstio super omni, & toto eo, quod fuerit laudatum, nunquid tunc valeat arbitriũ contra priorem sententiam? dom. Anto. tenet quod sic, quia super sententia poterat esse contentio, vt in l. 1. ff. quæ senten. sine appel. resci. vnde vigore illius clausulę videtur compromissum factum super re dubia, dicit tamen hoc procedere in reb. priuatorum, secus in rebus ecclesiarum, quia prælatus non potest sic fingere quęstionem in præiudicium iuris ecclesiæ. Sed domi. Cardina. tenet contrarium c etiam quo ad primum dictum, quia per ista verba generalia nõ videtur data potestas retractandi sententiam, quod plus placet. Et pro hoc adduco istũ text. nam Papa hic scripsit Duci, vt partes niteretur reducere ad concordiam, & tamen dicitur in text. quod per verba generalia Papę non fuit intentio, vt quærimonia iam sopita deberet suscitari, quasi in generalia sermone non veniat id, puod in specie quis non fuisset verosimiliter concessurus, vt in reg. in generali, de reg. iur. lib. 6. & in c. fin. de officio vica. eo. lib. Ergo idem dicendum est in partibus generaliter compromittentib. vt per generalem, & effusum sermonem non videantur cogitasse de rebus iam decisis per sententiam, vel aliud remedium decisum. Vtile tamen est apponere semper in compromisso illam clausulam, ne postea opponatur contra arbitrum, quod excedit limites compromissi. In gl. fi. ibi, Sed tenentur obsides, vt fiat quod inter partes conuenit. No. bene glo. quia sæpe ob ista cãm dantur obsides inter principes, quod an possit omnino de iure fieri, vide, quod dixi in c. ex rescrip. de iureiu.

a Dubia. Adde Pet. de Anch. consi. 18. & Rom. consi. 68.
b Dubia. Vide Ludo. Roma. in rep. rubr. de arb. colum. 17. Bald. & Moder. in l. si iuersa. C. de transa. vbi ponunt, quid si remuncians fuit sententiæ, an possit nasci compromissum, vide etiam Alexand. in l. fratris. C. eo. de transact. & vide Fely. in c. inter monasterium. colum. pen. ver. demum collige. infra de re iud. Seb. Sap.
b Super decisis. Adde Roman. consilio 369. & ibi vide, an valeat compromissum contra priorem sententiam, & vide Fulgo. consilio 20. per totum. Seba. Sapia.
c Card. tenet contrarium. Tu adde, quod compromissum super re liquida, & clara, non valet, quamuis apponeretur clausula, & lis intelligatur super eo, super quo fuerit laudatum: ita multum sing. no. Pau. de Cast. Doctor, vt omnes dicunt, irrefragabilis. in l. 1. ff. de transa. contra Ange. ibi, & ita dicit esse consuetum practicari Florentiæ. Zac.
An super certis & liquidis possit fieri compromissum, communis conclusio est, quod non, ut in auth. si vero contigerit. C. de iud. & per Pau. de Cas. post Bal. & Ange. & ibi etiam per Nouissimos, in l. 1. ff. de transact. & per Pau. de Cast. in l. post rem, in fi. & ibi etiam per Barto. ff. de transact. & per Bar. in l. eleganter. in prin. ff. de condi. indeb. & per Ioan. de Imo. & Alex. in l. si stipulatus, ff. de uer. oblig. & istud sine dubio est uerum, tãquam in arbitratorẽ, sed tanquam in arbitrum, etiam de re liquida potest fieri compromissum, secundum Ang. fing. & ibi per Alex. in d. l. eleganter, de condi. indeb. Adde tamen, quod si res esset liquida per publi. instrumentum, si opponatur contra instrumentum aliqua exceptio, non tamen calumnioſe, cum per tale obiectum exceptiones res deserit esse liquida, poterit fieri compromissum secundum Ang. post Bart. in d. l. post rem. de transact. & plene per Lanfran. de Oria. in tract. de arb. in 7. parte. quod intellige uerum, nisi fingatur quæstio, uel lis, secundum Barto. qui omnino est videndus, in l. cum hi. in §. sed cum lis. ff. de transac. & uide Alex. in consil. 45. in 2. parte consi. ubi dicit, q̃ statutum dicit non debere fieri compromissum de publicis instrumentis, intelligitur, tamen, quod prius debeat constare, an instrumentum sit publicum. Ant. Fran.

SVMMARIVM.

1 *Compromissum factum in certam personam in arbitrum eligendam, non valet. 3. 4. vide plene inf. nu. 8.*
2 *Compromissum potest fieri super causa delegata a Papa in fauorem partiũ, secus si in fauorem publicum, & in casu, quo potest fieri, non per hoc expirat iurisdictio delegati. 5.*
6 *Compromissum secundum tollit primum.*
7 *Iudex delegatus si in eadem causa fuerit electus arbiter, an possit uti utraque iurisdictione.*

CAP. XII.

1 INnotuit. † Hoc intendit. Non valet cõpromissum de incerta persona in arbitrum assumenda. h. d. quo ad titu. vel latius sic. Non valet compromissum factũ in duos, seu plures hoc adiecto, vt in casu discordiæ eligatur tertius per eosdẽ, vel alios. Primo ponit factum. Secundò dat iudices, ibi, Ideoq;. Casus literal. Quidam laicus nomine O. impetrauit literas contra Gu. laicum super quadam summa pecuniæ ad quosdam iudices delegatos, coram quibus dictus Gul. tractus fuit in causam. Tandem fuit a partibus in duos arbitros compromissum, ita quod si illi adinuicem discordarent, tertium adderent iudices nominati, retenta penes se potestate compellendi partes ad obseruãdum arbitrium per dictos arbitros promulgandum. Sed cũ dicti arbitri non possent esse concordes, dicti iudices tertium adiunxerunt, qui cum altero illorum dictum Gul. condemnauit, idem Guli. a dictis iudicib. compellebatur sñiam obseruare. Idem Gul. sentiens esse grauatum ad sedem Apost. appellauit, sed ipsi eius appellatione spretat tulerũt excõicationis sñiam in eundem. Vnde mandat Papa, quatenus si est ita, dictam sñiem denuncient esse nullam, cum iure ciuili sit statutum, vt cõpromissum de incerta persona in arbitrium assumenda nõ teneat. B. † Not. 1. quia super cã delegata p Papam possunt partes com
2 promittere in alios tanquàm in arbitros & sic causam eripere a manibus delegatorum, quod intellige, quãdo causa fuit delegata in fauorem partium: possunt enim partes renũciare fauori suo, vt in c. ad apostolicam, de reg. & in l. si quis in conscribendo, C. de pac. secus si cã esset delegata in fauorem publicum, ad hoc q̃ le. & no. in c. ad petitionem, de accu. & in c. ex conqõne
3 de rest. spol. † Nor. 2. q̃ quẽadmodũ non p̃r cõpromitti in duos,
a hoc adiecto, vt data iter eos discordia ipsi eligãt sibi tertium,[a] vt

a Tertium. Adde Ang. consi. 84. Abb. consi. 64.
Adde, quod istud quod hic dicitur, est uerum in arbitris, secus autem in arbitratoribus, quia in eos potest compromitti cum clausula, ut si discordent, possint eligere tertium, ita no. do. Bald. in l. 1. in lect. anti. C. de his, quæ pœno. alleg. Cy. & refert Ioan. Mona. in rub. eodem tit. lib. 6. & est casus secundum gl. inf. c. prox. quem pro sing. alleg. Lud. Rom. sing. suo. 163. incip. tu habes c. innotuit. Zach.
Circa hoc an compromissum, factum in duos cum potestate eligendi tertium, valeat, vide etiam Spec. in tit. de arb. in §. fina. in versic. Item & quod dixi. & Hostien. in Sum. huius tit. in §. fina. & quæ habẽtur per Alexand. post Barto. in l. item si vnus. §. si in duos, ff. de arb. & vide gl. in ver. tertium, & ibi per Docto. in c. cum speciali. infra de app. & concludit, quod non valet tale compromissum, nisi tertius sit certius, etiam si postea arbitri electi sunt concordes in eligendo tertium, secundum Innoc. in c. pen. hoc eod. tit. & idem Bald. uoluit in d. c. cum speciali. uide Laufran. de Oria. in tract. de arb. in 5. par. in 2. q. Ant. Fran.

a vt probatur in l. Item si vnus. a §. si in duos. ff. eod. ita non potest fieri cõpromissum, vt data discordia inter arbitros, iudices delegati deputent tertium, vt probatur hic, & in hoc ista decret. pro uidet vltra illum §. si duos, hoc tamen puto fuisse de mente illius tex. vnde potest cõcludi, quod vbi quibuscunque detur ista potestas eligendi tertium in casu discordiæ, non valet compromissum: debet enim fieri compromissum pure, & in certos arbitros, & si postea contingit discordia, debet iudex ordinarius compellere arbitros ad eligendum tertium, vt in cap. suspicionis. de offic. deleg. & in cap. cum speciali, de app. & in prælleg. l. item si vnus. §. principaliter. rationem diuersitatis dicam. inf. super gl. fi. Not. 3. iuncta gloss. 1. & tene meuti, quia alibi non ita bene probatur, quod delegati possunt de consensu partium retinere sibi potestatem exequendi sententiam arbitrorum ferẽdam super ista causa, quæ eis fuerat delegata: à contrario ergo, potestate non reseruata, non possunt delegati exequi istam sententiam arbitrorum, sed debet recurri ad ordinarium, vt dixi
4 post gloss. in cap. per tuas, supra eo. † Vltimò no. quod non valet compromissum factum super eligẽda in certa persona arbitri, & no. quia text. dicit hoc esse statutum ex legali prouisione, & habuit respectum ad dictum §. si in duos: sed iste tex. fundat se super alia ratione, videlicet quod arbitri possunt discordare in electione tertij, sed potest dici, quod ratio huius literæ elicitur ex illa, vt dicamus quod ista incertitudo reprobatur propter discordiam, quæ posset contingere ex facto arbitrorum, vel aliorum, qui debent eligere tertium, de quo dicendum vt infra la-
5 tius dicam. † In gloss. 1. in fin. Et ex hac gloss. colliguntur tria. Primo quod potest ☞ compromitti in iudicem delegatum retenta potestate delegata. Secundo, quod iudex delegatus hoc modo in arbitrum assumptus potest vti (si vult) vtraque potestate, & in hoc not. gloss. Tertio, quod partes compromittentes possunt prorogare iurisdictionem delegatorum ad executionem arbitri ferendi per arbitros assumptos. Circa primum, dic post Doctor. quod si compromittitur in delegatum, vel in alium, per hoc non expirat potestas delegata, quantuncunque specificè nõ fuerit reseruata potestas delegatorũ: vnde licet partes compromittant de causa alijs delegata, non per hoc extinguitur po testas delegata, quia iurisdictio, & rescripta sunt perpetua, vt in l. fallo, C. de diuer. rescrip. & no. gloss. in cap. si autem, de rescrip.
6 † Secus autem si de causa in aliquem compromissa partes fa-
b ciant compromissum in alium: nam tunc videntur recedere b à priori compromisso, vt in l. fed & si in seruum. §. fin. ff. eodem. & est ratio diuersitatis, quia compromissum est voluntarium, & arbiter recipit potestatem à partibus, ideo possunt partes nuda voluntate ab illo compromisso recedere, argumen. in reg. 1. infra de regulis iuris, sed iurisdictio datur a publico, & non a partibus, & contra inuitum, vt in cap. intelleximus. de iudic. & in l. inter stipulantem. §. si Stichum, ff. de verborum obligatio. merito non extinguitur, licet partes vadant ad arbitros vnde posſũt de vno redire ad delegatos, sine alia delegatione, ad hoc facit clemen. quandiu, de appellat. & in authen. si tamen, C. de tempor. appella. An autem adeundo ordinarium, videatur extincta potestas delegata, dic vt legi. & not. in capitul. ad petitio-
7 nem, de accusat. & hoc quo ad primam partem gloss. † Quo ad secundum, dicit dominus Anto. se putare, quod super diuersis articulis posset delegatus vti vtraque potestate, & hoc casu, pcedat dictum glossæ, sed super eodem articulo non potest iudex vti vtraque potestate, quia resultaret quædam contrarietas: sed in contrarium multum facit capit. nisi, infra de præbendis. vbi circa articulum sententiæ delegati fuerunt vsi ibi vtraque potestate: sed potest procedere dictum suum, quando esset vnicus articulus diuisibilis, & esset casus, in quo potestas arbitraria non conueniret cum delegata, alias secus. Circa vltimã partem gloss. Docto. communiter sequuntur conclusionem gloss. sed quidam, vt refert Innocen. tenuerunt in contrarium dicentes, quod ista reseruatio potestatis non valuit, quia sententia arbitri non mandatur executioni, sed metu pœnæ compelluntur partes ad obseruandam, vt in d. cap. dilecti supra eo. & in l. 1. ff. eo. tum quia sententia arbitri mandatur executioni per ordinarium, aut per delegatum ad hoc specifice deputatum, vt dixi in cap. per tuas, supra eod. sed tu tene dictum gloss. non obst. primum contrarium, quia ista reseruatio potestatis super executione debet intelligi secundum naturam arbitri, vt fiat executio eo modo quo fieri potest. Ad secundum contrarium respondetur quod ordinarius debet adiri, regulariter tamen non tollitur, qn partes possint in hoc prorogare iurisdictionem alterius: nam & in his, quæ sunt meri imperii, habet locum prorogatio, quando fit in persona iudicis habentis idem imperium, vt plene dixi in cap. 1. de mut. per. & per Innocen. in capit. de causis. supra de offic. deleg. sed delegatus Papæ, vt erat ille, habet imperium in executione sententiæ, quia potest suam sententiam mandare executioni, vt in capit. quærenti. de offic. delega. ergo partes possunt prorogare iurisdictionem illius delegati ad executionem arbitri, vel alterius sententiæ, cum de re ad rem possint partes prorogare iurisdictionem delegati, vt in cap. cum olim. &
8 in c. P. & G. de offic. deleg. † In glo. fin. ibi, & ideo cũ a principio non tenuerit compromissum & c. No. hanc particulam gloss. q̃ compromissum factum in duos hoc adiecto, vt in casu discordiæ deputetur tertius per arbitros, vel alios, non valet compromissum, quantuncunque concorditer postea eligatur tertius, quia ab initio compromissum fuit nullum, sed videtur obstare cap. cum speciali. infra de appella. vbi valet compromissum factum in duos, & in casu discordiæ debet iudex compellere arbitros ad eligẽdum tertium, & idem probatur in l. Item si vnus §. principaliter, ff. eo. nec gl. reddit sufficienter rationem diuersitatis inter primum & secundum, sed colligendo dicta Innoc. potest reddi duplex ratio, quare in casu huius c. & in prælleg. §. si duos. non tenet compromissum: & prima ratio est hæc, nã quãdo partes dant potestatem iudicibus delegatis, vel arbitris, seu alijs eligendi tertium in casu discordiæ, tunc res possunt esse sine exitu, quia si arbitri non concordarent, nõ posset iudex compellere istos, quibus est data potestas eligendi tertium, qa cum illi fungantur iure partium, sicut partes, nõ possent ab initio compelli ad committendum, vt in l. 1. ff. eo. ita nec isti, qui funguntur iure partium, compelli possunt: vnde ne partes vigore huiusmodi compromissi cõtingeret litigare, voluit lex à principio prouidere, statuendo, vt tale, compromissum non valeat: nam melius est ante tempus occurrere, quam post causam vulneratam remedium quærere, vt l. fi. C. in quibus cau. in integ. restit. non est necessaria. & q̃ infirmari, vel vituperari potest, præcauendum est, vt in c. 1. de seru. non ordin. facit c. quanto, de diuor. sed quando compromissum est factum simpliciter in duos, non potest res esse sine exitu, quia si duo discordarent inferenda sententia, iudex teneretur compellere arbitros ad eligendum tertium, vt in d. § principaliter, & in d. cap. cum speciali. Præterea in primo casu cum illi, quib. est data potestas eligendi tertium, habeant hanc potestatem a partibus, præsumendum est, quod inducerentur ad eligendum gratum partibus, & cum voluntates partium sint discordes, quia quælibet pars vellet habere tertium sibi gratum, de facili isti non cõcordarent in electione tertij, sed in secundo casu iudex habet potestatem compellendi arbitros a iure: vnde præsumitur, quod tã ipse, quam arbiter exequeretur officium suum laudabiliter in electione tertij. Et vt habeas hanc materiam clarissimam, enumerabo aliquos casus, q̃ possunt occurrere in hac materia. Primus casus, quando datur potestas duobus, hoc adiecto, vt in casu discordiæ ipsi eligant tertium, & data discordia non possunt conuenire in tertium, & tunc secundum omnes, illud cõpromissum non valet, nec iudex supplet in compellendo circa electionem tertij, & iste est proprius casus d. §. si in duos. & idẽ dicendum, quando hæc potestas eligendi tertium fuit data iudicibus delegatis, vt probatur hic. Eadem ratione quando fuit data hæc potestas alijs personis. Fallit tamen quando potestas eligendi tertium fuit data iudici ordinario, tunc enim tenet compromissum, & data discordia iudex ordinarius debet dare tertium. Hanc opi. tenuit Host. in cap. proxi. per illum tex. ¶ Ratio diuersitatis secundum eum, quia ordinarius habet hanc potestatem a iure, vnde id exprimitur, quod inest, sed delegati, vel alij habent hanc potestatem a partibus. Item iurisdictio delegata est stricti iuris, vt in c. P. & G. de offic. deleg. sicut & potestas arbitraria, vt in c. cum dilectus, supra eo. sed potestas ordinaria est fauorabilis, & est hoc dictum satis æquũ, & cõmuniter cum eo transeunt Docto. in c. seq. Sed satis potest dubitari, quia ordinarius non habet potestatem a iure eligendi tertium, sed compellendi arbitros ad electionem tertij, vt in d. c. cum speciali, & in d. §. principaliter ergo iudex recipit hãc potestatem a partibus, & per consequens militat ratio Innocẽ. quam superius allegaui. tenet tamen menti dictum Host. quia credo, quod in iudicio seruaretur, cum Doct. communiter transeant cum eo. Secundus casus est, quando retentis eisdem terminis illi, quibus data fuit potestas eligendi tertium, conuenerunt in electione tertij, & sic cessat ratio discordiæ, & hoc casu tenuit gloss. in d. § si in duos, quod valet compromissum, & idem tenuit Fran. Accur. & recitat Ioan. And. in addi. Spec. eo. titu. §. si. secundum eum, quia cessante ratione legis, debet cessare ipsa lex: nam qd plus est, ratio præfertur verbis, vt in c. secundo requiris, de app. & in l. adigere. §. quamuis. ff. de iure pa. sed ratio legis fuit fundata super discordia in electione tertij, vt in d. §. si in duos. ergo, ex quo tertius fuit electus concorditer, debet valere compromissum & lau-

a In l. Item si vnus. Nunquid dispositio [illegible] si in vnus. C. in duos, habeat locũ in arbitratoribus, ponit Card. in consil. [illegible] cinct. in causa, quæ uertia est, Fel. in c. suspicionis in 2. col. de offic. deleg. Seb. Sap.
b Recedere. Adde Ioan. de Anan. consilio 29. 8. oma. consilio 33. Fulgo. consilio 110.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& laudum inde secutum, sed hoc dictum indubitanter non est verum: nam contrarium apertissimè probatur in isto text. vbi delegati concorditer elegerunt tertium, & tamen propter malum fundamentum a principio non valuit hoc cõpromissum, nec laudũ, & hoc tenuit apertè ista gl. fi. & Spec. eo. titu. §. fi. ver. sed pone, quod intelligendo, & Bar. in d. §. si in duos, & Io. And. in d. add. nam vt ipse dicit, & bene, si tale compromissum teneret a principio, posset sequi inconueniens, de quo supra dixi, ga possent partes litigare coram arbitris per magnum tempus, & data discordia inter eos illi, quib. fuit data potestas eligendi tertium, possent non cõcordare, & sic partes essent frustratæ laboribus, & expensis: vnde licet posset contingere, quod isti cõcordarent in electione tertij, tamen satis est, quod posset contingere contrarium, & ideo bona fuit prouisio legis, volentis a principio prouidere, vt tale compromissum non valeat, & hęc opi. omnino est sequenda, tum per istum text. vt prędixi, tum quia tex. in d. §. si in duos, dicit tale compromissum esse nullum, ergo non posset conualescere ex postfacto, vt in regu. non firmatur. de regu. iur. lib. 6. Tertius casus est, quando retentis eisdem terminis arbitri concordauerunt, in sententia, ita quod nõ fuit opus venire ad electionem tertij, ex quo non dubitatur, nungd valeat compromissum, & per consequens laudum ipsorum. d. An. videtur sentire, quod sic, quia vitium est in electione tertij, quod cessat, ex quo non fuit deuentum ad electionem, sed arbitri concordauerunt in vnam sententiam, quia clausula, quę nũ quam locum habuit, vt separabilis non vitiat, sed vitiatur. C. de leg. l. si legata, & l. post aditam, C. de impub. & alijs substit. & dicit do. Ant. de hoc hic esse casum, in alia tamen parte huius c.
a non videtur do. Ant. ita clare dicere: sed tu vide Ioan. And. a in addi. præall. vbi apertè sentit contrarium, & melius: nam incõueniens, quod sequi potest ex præcedenti casu, potest sequi ex isto: nam si ab initio valeret hoc cõpromissum, cum potest sequi discordia, sequeretur illud inconueniens. Item quia text. in d. §. principaliter, dicit cõpromissum tale non valere, vnde nõ potest conualescere propter discordiã subsequẽtem, satis est ergo, quo ad nullitatem compromissi, quod res poterat esse sine exitu, & hanc opi. tene, & optimè facit iste tex. in fi. dum fundat se super ratione incertitudinis. Quartus casus, quãdo fuit compromissum in duos, vt eligerent partibus arbitros, qui habeant per se duntaxat determinare quæstionem, & hoc casu tenet hic Inn. valere compromissum, quia non habet malum fundamẽtum, & placet mihi hæc opi. & iudicio meo sensit gl. in cap. seq. vbi dicam: nam hoc casu cessat ratio inconuenientię, de qua supra cum ab initio sint isti arbitri eligendi: nam partes confidentes de aliquibus amicis possunt quo ad istum actum electionis duntaxat facere ipsos arbitros. Et iste posset esse casus. c. sequ. & tene hoc dictum menti, quia est singulare & optime facit in argu. tex. in l. non distinguemus, in §. quæsitum. in fi. ff. eo. vbi dicitur, quod arbitri non possunt delegare vices suas alijs, sed habent per se quæstionem diffinire, nisi aliud sit dictum in compromisso: ergo potest arbitris dari potestas, vt ipsi deputẽt alios arbitros, non dico in casu discordiæ, sed ab initio. Quintus casus, quando datur potestas arbitris, vel alijs, vt in casu discordię eligant tertium arbitrum, puta Sempronium, & tale compromissum valet, vt no. glo. hic in fi. & tex. in d. § si in duos, quia ex hoc cessat ratio discordiæ, & incertitudinis. Sextus casus, quando compromittitur in duos, ita quod in casu discordiæ nõ plures, sed vnus, in quem partes conueniunt, debeat deputare tertium, & hoc casu tenuerunt quidam compromissum valere, quia cessat ratio discordię in electione tertij, cum hæc potestas sit data vni, qui non potest in seipso discordare. & hanc opi. sentit glo. infra c. proxi. & ita intelligit illum tex. qui videtur huic contrarius: & hoc etiam sequitur Goffred. ibi, sed Host. non placuit propter rationem incertitudinis, & quia pars posset causare iniquitatem, & suspicionẽ in isto arbitro incerto, arg. in d. §. quæsitum: sed Io. And. in addi. præd. post Iac. dicit, q̃ istud compromissum non nititur viribus proprijs, nec prætorijs: viribus proprijs non, quia compromissum est incertum, vt hic, & in d. §. si in duos: viribus prætorijs non, quia prætor non potest compellere arbitros ad eligendum tertium, cum hæc potestas fuerit per partes alteri tributa, arg. in l. consulta. C. de testa. nec ille, cui fuit data potestas, potest compelli ad eligendum tertium, quia ad hoc se non constrinxit, arg. in l. si merces, in princip. ff. loca. & per hanc rationem tenuit hic D. Car. quod si iste tertius acceptauit a principio hanc potestatem, potest compelli, eligendum tertium, & per consequens debet tenere compromissum, sed contra eum facit hic Inn. vbi videtur velle, quod non valet quantuncunque potestas detur vni, quia non potest compelli, cum fungatur iure partium, sed nec partes possunt cõpelli, vt supra dixi, sed si iste obtulisset se de consensu partium ad eligendum tertium, posset procedere dictum suum. Septimus casus, quando eliguntur aliqui arbitri, & datur eis potestas eligendi tertium si volunt, ita quod habeant eligere ab initio, & tertius habeat cum eis inchoare processum, valet hoc compromissum, vt sentit in d. addit. quod mihi satis placet, quia cessat hoc casu inconueniens, de quo supra dixi, cum iste non sit eligendus in casu discordiæ, sed ab initio. Et no. sing. hoc dictum, quia videtur sentire Ioan. And. id, quod supra dixi post Innocẽ. vt possit dari potestas arbitro eligendi ab initio alium arbitrũ, qui procedat secum, vel sine eo. Et per hoc potest decidi octauus casus, quãdo eligitur vnus arbiter, vt possit sibi eligere aliũ arbitrum, si sibi placuerit, & dicendum est, quod valet compromissum per prædicta. Nonus & vltimus casus est, quando fit cõpromissum in aliquem tanquam in arbitratorem, seu aliquos & datur ptãs eligendi tertium in hoc casu discordiæ, & hoc tenuit gl. in c. seq. per illum tex. q̃ valet compromissum, vt aliud sit in arbitratore, q̃ in arbitro, sed de hoc dic, vt latius dicam.

ADDITIO.

a Ioan. And. Vide Alex. in consi. 124 alias, 276. in 2. uol ubi refert dictum Ioan. And. & sequitur. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Arbitri non possunt delegare vices suas.*
2 *Confessio facta coram arbitro, an habeat vim confessionis iudicialis?*

CAP. XIII.

CVm a nobis. Non solet communiter summa ri propter varietatem lect. sed secundum vnum intellectum, quem sentit gl. hic, & In no. in c. præcedenti, qui placet mihi, potest sic summa ri. Valet cõpromissum factum in vnum, vel in plures, vt ipsi p se causam diffiniãt, vel per alios, quos ipsi elegerint. Primo ponitur factam. Secundo confirmatio, ibi, nos igitur. Casus liter. Inter, abbatissam & conuentum, Iotrensem & Archiepiscopum Senonen. vertebatur quæstio super eo, quod idem Archiepiscopus dicebat monasterium ipsum Metropolitico iure sibi subesse, petens propterea ab isto monasterio procurationes & res alias: tandem concorditer a partibus compromissum fuit in R. Sancti Angeli diaconum Cardinalem Apostoli. sed. legatum. Et compromissum fuit sub certa pœna, quod præcisè parerent arbitrio, seu ordinationi eiusdem, vel duorum mediatorum, quos idem Cardinalis super hoc deputaret. Legatus super hoc deputauit magistrum P. Capellanum domini Papæ, & I. Archidiaconum Senon. mediatores, & ipsi ordinando, & diffiniendo causam huiusmodi terminauerunt: postmodum petierunt partes a domino Papa, vt ordinationem, & diffinitionem prædictam confirmaret, & ipse quod per dictos mediatores factum fuit confirmauit. Bernar. No. 1. quod super procuratione debita ratione visitationis potest cõpromittt: nam quẽadmodum super modo procurandi potest fieri aliqua compositio, vt not. in clement. 2. de censi. dixi in capitu. cum ex officij. de præscrip. ita eodem modo potest fieri compromissum: an autem possit in totum tolli ,curatio per compositionem, seu compromissum? dic vt dixi in d. capitu. cum officij. Not. 2. quod etiam in Legat. Papæ Cardinalem potest fieri compromissum nam Legatus Papę habet ordinariam iurisdictionem,
1 vt in capitu. 2. de offic. leg. lib. 6. † Tertio not. quod licet arbitri non possint alijs delegare vices suas, siue sint arbitri, siue arbitratores, vt in l. non distinguemus, §. quæsitum, ff. eod. & in l. si quis arbitratu. ff. de verbo. obligat. potest tamen a partibus eis dari potestas, vt ipsi eligant alios arbitros, seu arbitratores, & in hoc tene menti istum text. dixi latius supra capit. proxi. & illud est bonum remedium, quando partes possunt conuenire in arbitros, vt eligant certos amicos, quibus detur potestas eligendi eis arbitros, & facit dict. §. quęsitum. in fin. Not. vlti. ex fine litræ secundum vnum intellectum, quod arbitrium potest confirmari per Papam, sed dicit Goffred. se putare, quod per hanc cõfirmationem nõ alteratur natura arbitrii, agitur enim ad executionem, seu ad pœnam, vel interesse, vt plene dixi in capitu. per tua supra eo. In glos. fin. hæc glo. opponit de cap. præcedenti. vbi non tenuit compromissum factum de incerta persona, & hic tenuit: pro solutione gl. ponit tres lecturas. Prima, quod iste legatus erat arbitrator, & deputandi per eum debebant esse arbitratores, & non arbitri, sed in capit. præcedenti illi erant veri arbitri. Et ex hac solutione habes notare vnum dictum singulare, quod potest compromitti in duos tanquam in amicabiles compositores, vt in casu discordiæ eligant tertium, & hanc lec. tenuit hic Host. reddens rationem diuersitatis, quare hoc compromissum valet tanquam in arbitratores, quia si est iniquum, reducitur ad arbitrium iudicis & bonam æquitatem, vt in l. si societatem, § arbitrorum, ff. pro soc. sed dictum arbitri tenet siue sit æquum, siue iniquum, vt ibi, & dixi in c. 2. sup. eod.

vnde valet compromissum tanquam in arbitratores factũ, ga per illud deciduntur lites, non autem sic per arbitratores, sed ſę pe lites ex litibus oriantur. hæc ratio Host. bona est cõsiderato fine, sed considerato principio non concludit: nam non valet compromissum prædicto modo factum in arbitros, qa res posset esse sine exitu in casu discordiæ, & sequeretur inconueniẽs, de quo dixi in c. præcedẽti, quæ quidem ratio militat etiam in arbitratoribus, cum possint discordare in diffinitione, & in electione tertij. Item c. præcedens, & in l. item si vnus. §. si in duos. ff. eod. loquuntur in distincte, scilicet faciendo mentionem de arbitro; & arbitrator potest dici arbiter: nam vltra omnes indifferenter cum glo. & Host. potes tu reddere aliam rationem diuersitatis, quia in arbitris non valet compromissum, quia corã eis est iudicium, seu quasi, vt in c. cum dilectus, supra eod. & in l. 1. ff. eod. vbi instantia iudicialis posset euanescere in casu discordiæ sine aliquo effectu, & ideo non valet compromissum, sed coram arbitratore non est iudicium, vt dicit gl. sed est quædam amicabilis compositio, & ideo cessat ratio, ne euanescat iudicialis instantia, sed inspecta subtilitate iuris posset teneri cõtra istam gl. Secundo soluit hęc gl. q̃ hic non fuit factum compromissum de incerta persona, sed partes dederũt potestatem Legato, vt ipse eligeret arbitros, & ipse elegit certos. Ioan. And. videtur impugnare hanc lectu. quia in cap. præcedenti illi iudices elegerunt certum, & tamen non valuit ibi laudum. Ego puto, quod glo. habuit alium intellectum, quod ibi debebat eligi tertius in casu discordiæ, & non ab initio, hic autem fuit data potestas legato, vt ipse diffiniret per se, vel daret alios arbitros, scilicet qui deberent cognoscere & diffinire quæstionem, & hanc lect. sentit etiam Inno. supra c. prox. in fi. & hanc puto veram lectu. huius c. nam in hoc casu non potest sequi inconueniens, de quo in ca. præcedenti. vnde hoc c. in effectu prouidet circa hoc, quod arbitro potest dari potestas diffiniendi negocium per se, aut per alios, & in hoc tene menti istum tex. & concordare videtur cum d. l. non distinguemus. §. quæsitum, in fi. ff. eo. & in d. l. pe. ff. eod. & ibi hoc firmat Bal. & facit, quod dixi
2 in d. c. causam quæ. † an autem confessio facta coram arbitro habeat vim confessionis iudicialis, vt efficiatur confessus infa-
a mis eo casu, quo confessio infamaret coram iudice? a dic quod non, siue compromissum expiret, siue duret, ratio, quia confessio infamat eo casu, quo confessus haberetur pro damnato, & sic talis esset causa, in qua damnatus efficeretur infamis, vt dixi in cap. at si clerici. de iu. & no. Bart. in l. ictus fustium. ff. de his qui no. infam. Vnde sicut vera sententia arbitri non infamaret, qui no. infam. Vnde sicut vera sententia arbitri non infamaret, vt in l. quid ergo, in §. ex compromisso, ff. de his, qui no. infam. ita nec cõfessio facta coram arbitro; quod etiam firmauit Bal. in d. l. pe. Tertia lect. glo. est, q̃ fuit data potestas vni, qui non poterat in seipso discordare, sed in c. precedenti fuit data potestas pluribus. hanc lectu. sequutus est Goffre. sed Hostien. non placuit, quia posset pars prętendere læsionem, seu iniquitatem rationem arbitramenti, sed tu dic plenius circa hanc lect. vt dixi in c. præcedenti. Quartam lect. extra gl. posuit Inno. supra c. proxi. vbi dicit, q̃ isti mediatores non erant arbitri, sed iudices delegati dati a legato, pro hoc secundum eum, quia papa confirmauit hic hoc factum istorum mediatorum, nam si fuissent arbitri, Papa non confirmasset ipsorum sententiam, quia sententia arbitrorum non confirmatur, quia non habet executionem paratam, sed ei statur metu pœnæ, vt l. 1. C. de arbit. & in l. 2. ff. eo. Nec ob. secundum eum, si dicatur quod hic interuenit pœna, quæ declarat istos fuisse arbitros, & non iudices: dicit enim ipse, q̃ hęc consideratio non procedit, quando fuit compromissum in iudicem ordinarium, vel delegatum, quia propter com promissum non definit esse iudex delegatus, vel ordinarius, vt in c. nisi. de præb. & in c. ex parte, supra eod. vnde licet legatus fuisset arbiter hic, nihilominus remansit ordinarius, & ta quã ordinarius potuit dare istos delegatos. hæc lect. non placet hic Host. primo quia, secundum ipsum, hæc decre. non faceret ad titulum. Item quia tex. in 2. parte non appellat ipsos iudices, sed appellat ipsos mediatores. item dicitur, q̃ tulerunt sententiam, & q̃ fecerunt ordinationem quandam: quę verba in nouum, q̃ isti erant arbitri, vel arbitratores. Quinta lect. q̃ laudum istorum non tenebat de iure, per c. prox. ideo fuit opus q̃ Papa confirmaret: valuit ergo arbitrium virtute confirmationis papalis, & non ex validitate compromissi: sed ille intellectus non est bonus, quia non appareret hic, q̃ papa ex plenitudine potestatis voluerit dare robur huic laudo. Sexta lect. ponit Host. quod orfuerit dare robur huic laudo. Sexta lect. ponit Host. quod ordinario potest dari potestas eligendi tertium arbitrum: nam legatus habet ordinariam, vt sup. dixi, sed arbitris, vel delegatis non potest hæc potestas dari, & ita loquitur, c. precedens. diuersitatis ratio est secundum eum, quia ordinarius habet a iure hanc potestatem, sed delegatus non. Item potestas ordinaria est fauorabilis, non sic potestas delegata, vel compromissaria. tu vide circa hãc lect. quid dixi in c. precedẽti. Mihi p ceteris placet 2. lect. & expedias materiã huius c. qui plenius dixi i c. precedẽti.

ADDITIO.

2 Coram iudice. Vide no. in d. l. fi. C. de test. vbi traditur, an acta facta coram arbitro faciant fidem coram iudice. & de confessione tangunt Mod. in c. at si clerici. in prin. inf. de iud. & Ang. in §. omniũ, col. 2. Inst. de ac. Alex. in cõsi. 13. in 1. vol. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Compromissum expirat morte vnius compromittentium ante laudum datũ, secus post. nu. 5. nec transit in hæredes, nisi fuerit dictum, vide in num. 4. vbi ponitur ratio, quare non transit in hæredem.*
2 *Obligatio defuncti, an transeat in hæredem.*
3 *Hæres an possit capi in casibus, in quibus defunctus poterat.*
5 *Acta facta coram arbitro, non expirant, si expiret compromissum. Præscriptio interrupta per citationem, adhuc remanet interrupta, licet instia iudicij pereat.*
7 *Confessio facta coram arbitro, an habeat vim confessionis iudicialis?*
8 *Compromissum factum in arbitratorem, vel amicabilem compositorem, an expiret morte vnius compromittentis.*
9 *Hæredis appellatione, an veniant hæredes hæredis.*
10 *Compromissum factum per prælatum de rebus ecclesiæ, an expiret morte prælati compromittentis.*

CAP. XIIII.

1 COmpromissum. † Breue est, & per alia verba põt sic summa ri. Compromissum ante sententiam latam finitur
a morte alterius compromittentium, a vnde nõ transit in hæredes compromittentium, nisi de eis sit cautum in cõ-
2 promisso. h. d. comprehendendo mentem c. † No. 1. vnum casum, in quo obligatio contracta cum defuncto non transit in hæredem, regulariter autem contra: nam omnis obligatio transit in hæredem, licet de hærede non fuerit facta mentio in contractu, vt in l. veteris, C. de contrah. & commit. stipu. Fallit tamen in quibusdam casibus, de quibus dicendum, vt leg. & no. in l. qui in futurum, §. 1. & in l. iurisg. §. pactorum. ff. de pact. & inter cęteros casus excipitur vnus casus satis generalis. f. quãdo pactum factum cum defuncto cohæret personæ defuncti, ita q̃ ex natura ipsius actus non potest obligatio concernere hæredem, de quo plene per Bar. in l. ea. ff. de verb. obl. & in l. si decesserit, ff. qui satisd. cog. & in l. postulante, ff. ad Treb. † Et per hæc
3 deciditur quęstio: pone, q̃ aliquis b obligauit se in contractu, vt possit capi personaliter pro obseruantia contractus, posito q̃ pactum valeat; quęritur nunquid hoc transeat in hæredem, vt hęres possit capi? determinat Bar. per prędicta in d. l. si decesserit, q̃ non; secus tamen ipse sentit in statuto, vt si caueatur statuto, q̃ debitor possit capi personaliter: tunc. n. tenet, q̃ eius hæres poterit capi, quia potest compelli ad obseruantiam contractus, sicut defunctus, & hoc posuit in d. l. postul. & de materia
4 dicendum plenius, vt no. in locis prędall. † Secundo no. q̃ compromissum transit in hęredem, si hoc dictum fuerit in compro
c missо, c & dicit Host. q̃ natura compromissi tenet medium inter naturam societatis & iudicij, nam societas nunquam transit in hęredem, etiam si fuit dictum, q̃ transiret, licet hæres teneatur ad reddendam rationem, & ad alia accessoria ad societatem, vt in l. nemo potest, & in l. cum duob. alias, l. si fratres, in §. idem respondit, ff. pro soc. & ibi no. vera ratio huius dicti. & vide, quod dixi post glo. in c inter dilectos. in fi. de fide instru. Iudicium autem transit in hęredem, licet non sit dictum, q̃ transiret, vt patet in c. præsentata, ff. de testa. & in l. orarione, ff. de fe. & in l. vnica. C. ne ex deli. defun. compromissum vero non trãsit in hęredem, nisi sit dictum, & pro hoc, quia cõpromissum est stricti iuris, vt dr in gl. Et credo, q̃ potest assignari alia ratio magis specialis, quia iura non assignãt in hoc rationem, nam iste tex. & in l. diem proferre. §. 1. & in l. sed interpellatur. §. fin. ff. eo. ti. simpliciter dicunt, q̃ compromissum non transit in hęredem, sed non assignant aliquam rationem, vnde puto, q̃ ista potuit esse ratio, nam arbitri communiter eliguntur amici, vn de compromittentes recesserunt a iudice ordinario pp confidentiam specialem, quam habebãt in arbitris, in quos compromiserunt: quę ratio non vendicat sibi locum in hęrede, nã hęres qñque non est ita amicus, vel notus arbitro, sicut erat defun
ctus. unde cum arbitri fuerint assumpti sub specie amicitiæ, &
5 compromissum personalis, non debet compromissum transire ad
hæredem quia illa confidentia est quid personale inhęrens per
sonæ defuncti, merito non debet transire in hęredem per prę-
dicta, arg. opt. in l. non distinguemus. §. quęsitum, ff. eod. vbi
dicitur,

ADDITIONES.

2 Morte alterius compromittentium. Dic hoc esse verum in arbitro, secus in arbitratore, vt dicam infra, no.
b Pone, quod aliquis [illegible] de Bolon. [illegible] in Curia mand. Pa. de Ca. & Alex. fatetur in consultatione, [illegible] Seb. Sap.
c Si hoc fuerit dictum in compromisso. No. per Bar. Dec. in Lotren. proferri. 1. E. com. Pau. de Cast. cons. 1. [illegible] Zoch.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicitur, quod arbitri non possunt alijs vices suas delegare, nisi partes consenserint, quia partes habuerunt confidentiam de eis, & non de alijs, & si diceremus contrarium. sequeretur, q̄ gs posset hre quandoque arbitrum sibi suspectum, cuius suspicionem forte probare non posset, vt in d. §. quæsitum. Item si a persona arbitri non receditur, ita q̄ compromissum est omnino personale, quo ad arbitros, vt in l. si quis arbitratu, ff. de verbo. obl. & in d. §. quæsitum, & in c. vno. deleg. 3. de offic. delega. ita debet esse compromissum personale, quo ad ipsos compromittentes. vide aliud bonum simile in executoribus testamentorum: nam illud officium vni iniunctum non transit in suū hæredem, quia hoc officium solet iniungi prætextu amicitiæ, & confidentiæ, maxime quæ non ita de facili contingit in personam hæredis, vt dixit gl. & bene in c. fin. de test. lib. 6. sed iudiciū transit in hæredem, quia iudex ordinarius aditur ex necessitate, & præsumitur, q̄ incedat per semitā iustitiæ, quo ad omnes: vnde nō aditur prætextu amicitiæ, merito compromissum differt hoc casu a iudicio: vnde licet arbitria sint redacta ad instar iudiciorum, vt in l. 1. ff. de arbit. istud est verum regulariter, sed fallit, vbi potest inter ea notari diuersitas, & multas differentias inter arbitrium, & iudicium, dixi post gl. in c. cum dilectus, supra eo. † In gl. ibi, Per mortem alterius compromittentis. Intelli
5 ge hoc, & tex. de cōpromisso anteq̄ sit lata sn̄ia, vel laudū. Nā si sn̄ia, vel laudū esset latū ante mortē, licet non sit mandatū exe cutioni, nihilominus transit in hæredem, vt in l. quamuis, & in l. diem proferre. §. 1. ff. eo. dixi in c. ex parte, supra eod. nam, ex quo fuit lata sententia ante mortem, cessat ratio, quam præmisi, quare compromissum non transit in hæredem, sed si sententia nondum est lata, vel laudum, vel arbitrium, tunc expirat per mortem alterius compromittentium, ēt si ante mortem fuisset in causa conclusum, & dies esset præfixus ad sententiam ferendam, vt sing. probatur. supra eod. c. ex parte. vbi dixi. † Sed circa
6 hoc quæro. Nunquid expirant acta gesta coram arbitro p̄ mortem partis, sicut expirat compromissum? Petr. & Abb. dicunt hic, quod non per c. præsentata. infra de testi. & l. pe. C. de arb.
a vnde expirat compromissum, a scilicet, vt in eo non procedatur contra hæredes per arbitros, sed acta gesta coram arbitris non expirant, sed faciunt fidem corā iudice, & idem tenet Specu. eodem titu. §. differt, post princ. & hoc teneas non solum, quando expirat compromissum per mortem, sed etiam qualitercunque compromissum finiatur: semper enim acta causæ, non dico litis, perseuerant in sua validitate, ita q̄ faciant fidem
b coram iudice, b vt probatur in d. l. pen. & ibi hoc firmant Doct. maxime Bal. & acta causæ dīr attestationes testium, confessiones partium, & similia, quæ habent instruere causam, & respectu attestationum distingue, prout hī in d. c. præsentata, & in l. fi. C. de testib. acta litis dīr, quæ non concernunt instructionem causæ, sed ordinant iudicium, vt citatio, litis contestatio, satisdatio, & similia. ista enim pereunt expirante compromisso, sicut quando perit instāria iudicij, de quo vide, quod plene dixi post Innoc. in c. causam quæ. de test. Item dicas q̄ licet pereat compromissum, tamen effectus iam productus de præterito nō extinguitur: vnde si fuerit coram arbitris interrupta ptæscriptio p contestationem litis, vel alio modo legitimo, non expirat ille effectus, licet extinguatur compromissum, vt in d. l. pen. & ibi
7 hoc fiimat Bald. dixi in d. c. causam quæ. † An autem confessio
c facta coram arbitro habeat vim confessionis iudicialis, vt efficiatur confessus infamis eo casu, quo confessio infamaret coram iudice? dic q̄ non, siue compromissum expiret, siue duret, Ratio, quia confessio infamat eo casu, quo confessus, pro damnato habetur, cum sit talis causa, in qua comdemnatus efficitur infamis, vt dixi in cap. at si clerici. de iud. no. Bar. in l. ictus fustium. ff. de his, qui not. infam. vnde sicut vera sententia arbitri non infamaret, vt in l. quid ergo in §. ex compromisso. ff. de his qui no. infam. ita nec cōfessio facta coram arbitro: quod etiam
8 confirmauit Bal. in d. l. pen. † Vlterius quæro, an dispositio hu-
d ius c. habeat locum in arbitratore, d & amicabili compositore, vt sic expiret tale compromissum per mortem alterius cōpromittentium? Spec. formauit hanc quæstionem eo. tit. in §. finitur, ver. sed nunquid arbitrator. & ibi concludit q̄ non, quia si compromittitur, vt in arbitratorem, istud non est verum compromissum, sed est quædam transactio, siue compositio, vt no. in c. Quintauallis, de iureiu. & in authē. si vero contingerit, C. de iud. Compositio autem, siue pactum transit in hæredem, vt in l. si pactum. ff. de prob. & cum hoc dicto Spec. ad quod etiam se remisit Io. And. transit hic do. Ant. Sed aduerte, quia no[illegible] to hoc dictum verum per rationem, quam supra dixi, vnde puto, q̄ fortius debet hoc casu expirare compromissum, q̄ quando fuit compromissum tanquam in arbitros, quia arbitratores eliguntur magis prætextu amici[illegible]. & confidentiæ, quam arbi[illegible] & habent maiorem potestat[illegible] bitratores, q̄ arbitri, quia a[illegible]tratores possunt dare de iure vn[illegible]s partis alteri, moderate tamen prob[illegible] no concordiæ, vt no. in c. nisi. de præben. & no. in l. si de meis. §. recepisse. ff. de arb. ergo debet expirare illud compromissum, sicut alio casu. Præterea mirandū est de dicto Specu. nam istud c. solum facit mentionem de compromisso, nec iure probatur, quod non appelletur compromissum istud. q̄ fit tanquam in arbitratores. Preterea & tertio, arbitratores dicuntur arbitri, vnde non differunt nisi in casibus in iure expressis, vt l. si societatem. in §. arbitrorū, & quod ibi no. ff. pro soc. Nec obst. motiuum Spe. q̄ istud sit quædam transactio, quia fateor, si effectus fuisset secutus ante mortem alterius, sed ex quo ante
9 decisionem, seu pronunciationem altera pars compromitten-
tium decesset, non potest dici, q̄ transactio sit perfecta. † Item quæro, pone. in compromisso fuit facta mentio de hærede, nun quid transeat in vnum hæredem tantum, vel in hæredis hæredem, & sic in infinitum? Spec. in d. §. post prin. concludit, quod transit in omnes hęredes in infinitum, quia appellatione hæredis veniunt omnes: nam hęredis hęres, testatoris est hęres, ideo
c regulariter appellatione hæredis e veniūt omnes in infinitum, vt l. in annalibus. C. de leg. & in l. fin. C. de hære. instit. non ob. l. antiquitas, C. de vsuf. vbi solum venit vnus hæres, quia illud est speciale, quando vni suo hæredi relinquitur vsusfructus alicuius rei, alteri vero relinquitur proprietas. Nam tunc ne frustra
10 proprietas sit sine vsufructu, restringitur nomen hęredis. † Vltimo quęro de quotidiana quęstione, nunquid post mortem prę lati compromittentis super iuribus ecclesię expiret cōpromissum? Spec. in d. §. finitur, ver. quid si prelatus format quęstionē, & videtur aliquantulum vacillare, nā quod expiret, facit, quia sicut expirat pro alia parte, ita debet expirare pro parte prelati, vt equalitas seruetur inter vtranque partem, arg. l. sed interpellatur. §. fi. all. in gl. Item prelatus non potuit compromittere in perpetuum prejudicium ecclesię suę, vt in c. puenit, & c. cum tempore. 3. eo. tandem videtur sentire Specu. quod si est compromissum factum pro vtilitate ecclesię, successor habebit illud ratum, alias non, arg. in c. 1. de prębarijs. & Colle. sentit hic singulariter partem affirmatiuam, quòd expirat compromissum per mortem prelati, sed hoc dictum non tenerem sic indistincte: quia compromissum fit nomine ecclesię, & ecclesia non moritur, vt in c. liberti, 12. q. 2. vt in c. si gratiosę, de rescr. li. 6. vnde distinguerem sic, quod aut compromissum fuit factum intercueniente solemnitate debita, vel fuit factum simpliciter super his, super quibus prelatus solus habebat potestatem cōpromittendi; & tunc non expirat per mortem prelati, quia prelatus est nudus minister, & ecclesia dicitur compromisisse ministerio prelati; fatendum tamen est, quod si ecclesia fuit lęsa, potest petere restitutionem in integrum, vt in c. 1. de in integ. restit. sed si prelatus compromisit super iuribus, quę non poterat in perpetuum obligare, vel obligauit ecclesiam citra solemnitatem debitam, tunc fateor, quod sicut transactio non haberet effectum post mortem prelati, vt in c. veniens, & quod ibi notatur, de transl. ita & compromissum dēt expirare per mortē plati. Vlt. si vis videre multos alios casus, in quib. expirat cōpromissū, vide Spe. in d. §. finitur. & an inter ꝓmittentes possit esse

ADDITIONES.

a Expirat compromissum. Vide Bar. in l. naturaliter, §. nihil commune, col. antepe. vbi Iaf. col. pe. ff. de acq. pos. & Ang. Are. in §. omnium, col. 2. Instit. de ac. Alex. in cons. 13. in 1. vol. Seb. Sap.

b Coram iudice. Adde Alex. consi. 13. lib. 1.

c Iudicialis. Adde Alex. consi. 14. lib. 2.

d Arbitratore. Adde Pau. de Cast. consi. 31. Io. de Ana. consi. 19.
Adde eundem Pau. de Cast. consi. 28. & seq. pro quo ille consi. 31. corrupte, librariorum, vt credo, incuria, alle. idem no. Spec. eod. tit. §. finitur, ver. sed nunquid arbitratu. Laufr. in tract. suo de arb. par. 6. col. 2. Bart. & Alex. in l. si quis arbitratu, col. x. & ibi Ro. ff. de verb. obl. & ratio diuersitatis, quam dat Bal. in l. diem proferre, §. 1. ff. eo. tit. est, quia factum in arbitratorem dicitur transactio, & sic est contractus, ergo tunc non est personale, sicut compromissum in arbitrum. vnum tamen non omitto, quod si non apparet, an compromissum sit in arbitrum vel in arbitratorem, quod in dubio præsumitur esse compromissum in aliquem, vt in arbitrum, ita no. sing. Iud. Rom. sing. 511. incip. partes compromittentes, alleg. tex. sing. in c. veniens, de iureiur. Zachar.
Circa hoc, quod dicitur de compromisso facto in aliquem simpliciter, quo modo intelligatur factum, an vt in arbitrum, an vt in arbitratorem, dicas quod in dubio intelligitur factum, vt in arbitrum, secundum Ioan. And. post Host. in c. veniens, huc alleg. & habetur per Spec. in titu. de arbi. c. fin. an ver. quid si simpliciter. quod intellige verum, nisi quando forsan ex forma statuti non posset fieri compromissum, nisi, ut in arbitratorem, de quo vide Io. de Imo. in l. 1. in §. & post operis. ff. de noui oper. nuncia. in c. 1. de lit. conte. & per Alex. in l. si societatem. in §. arbitrorum. in 3. col. ff. pro soc. & in l. ius publicum. ff. de pac. vbi fit cōclusio, quod an processerit vt arbiter, uel ut arbitrator, cognoscitur ex modo procedendi, & sententiandi. Ant. Franc.

e Appellatione hæredis. An appellatione hæredis veniant omnes. vide Fel. in c. quia V. col. fi. inf. de iud. Alex. consi. 6. in 1. vol. & in consi. 29. in prin. eod. vol. late declarat Iaf. in l. qui liberis, §. hæc verba, vbi etiam alij, ff. de uulg. & pup. & in l. in annalibus, C. de lega. Seb. Sap.

a esse aliqua diuersitas a in obligatione, vt magis obligetur vna pars ad obseruantiam compromissi, quam altera? vide Specu. in eo. tit. §. fi. ver. hoc quoque prætermittendum non est, cum trib. seq. Et vt mortem euitemus, vitam perpetuam post mortē temporalem concedat nobis qui viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

ADDITIO.

a Diuersitas. Adde Pet. de Anch. consi. 1. Ro. sin. suis. fol. 4.
Adde, quod est sing. nu. 140. quod inci. quid dices. vbi dicit, inæqualitatem pœnæ non vitiare stipulationem, sed reducitur ad æqualitatem pœnæ minoris, alle. Spec. per istum alleg. in §. fin. ver. hoc quoque prætermittendum. Zachar.
In isto passu, an inæqualitas pœnæ vitiet stipulationem? dicas, quod si stipulatio habet requisita pro forma stipulationis, ex inæqualitate pœnæ non vitiatur stipulatio, imo si etiam peccaret in forma, dato, quod non valeret vt stipulatio, valeret vt pactum, nisi aliter appareat de mente partium, quod omnino voluissent facere stipulationem, & non pactum, vt est gl. in l. iurisgentium. §. sed cum nulla. & ibi per Alexan. ff. de pact. & per eum. in l. 1. §. si quis ita. in prin. ff. de verb. obl. imo dici solet, quod stipulatio inualida valet in vim nudi pacti, si non præcedit debitum, sed præcedente debito, valet in vim constituti, vt pulchre declarat Bal. in rub. C. de const. pec. in vlt. colum. imo stipulatio vna valida interposita in coatractu, validat etiam alias stipulationes inualidas, vt in l. vnica. & ibi per Bal. in prin. C. de rei vxor. actio. & adde, quod stipulatio pœnalis est nulla, si principalis stipulatio sit nulla ratione incertitudinis, l. ita stipulatus, & ibi per Bartol. in 12. opp. & per Alexan. post alios, ff. de verborum oblig. & an, & quando stipulatio pœnalis noc uet obligationem præcedentem, habetur in l. prædia. & ibi per Bar. in 3. colum. ff. de actio. empt. & in l. si quis a socio, in prin. ff. pro socio. & in l. duo sotietatem. in j. q. ff. eo. & per Bal. & alios in l. si pacto quo pœnam, C. de pact. Ant. Franc.

FINIS.

COMMENTARIORVM ABBATIS PANORMITANI
in Secundam Libri Primi Decretal. Partem.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
A a.

Omnes sunt quaterniones præter A a, qui est duernio.

VENETIIS. APVD IVNTAS.
M D X C I.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca